Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Navarra
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

guerra. Pero si viniere a ella, [illegible]
y cosa de ligamida [illegible] esto mas pode
[illegible] esta de Marte ella
do el Mare en su cayda, y infortunado. Y mas, q &
bien

[illegible] pigritiæ nutrica p
ege. Marte en la exaltacion de Iupter palmes
de amore, y trabajos a la gente pisa pal y mesto
mesmo sinala el lo infortunado en esta cadente.
Los
2 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMVNIVM OPINIONVM SYNTAGMA,

SIVE

RECEPTARVM I.V. SENTENTIARVM,

In quibus varia Prudentum ſelecta Reſponſa, pulcherrimæq; Iuris Quæſtiones, quæ hactenus ſparſim apud diuerſos auctores legebantur, ex vſuq; ſunt communi, digeſtæ, decentiq; ordine collocatæ habentur;

Aliàs quidem QUATVOR IN TOMOS diuiſum, ſummo ſtudio, maximaq; diligentia à nobis illuſtratum, vt iuris ſtudioſo nihil vltra deſiderari poſſit.

Nunc verò denuò excuſum, atque D. Ioseph Ludovici Assisiensis I. C. præſtantiſs. aureo volumine adauctum, præter alia multa, quæ in epiſtola ad lectorem præfati ſumus, vt infrà pagina ſeptima videre licet.

Iuriſconſultorum autem nomina, à quibus totum hoc opus decerptum eſt, pagina quinta docebit.

Cum Indice rerum atque verborum copioſiſſimo.

TOMVS PRIMVS.



Del Sr. D. Sto Rodriguez

LVGDVNI,

M. D. LXXXIIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMVNIVM OPINIONVM SYNTAGMA.

SIVE



LVGDVNI.

M. D. LXXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

ILLVSTRISSIMO VIRO,

D. BARNABAE BRISSONIO,

EQVITI, DOMINO GRAVELLAE,

ſanctioris, intimiq; conſeſſus Chriſtianiſſimi Regis Conſiliario, & in ſuprema Pariſienſi Curia Præſidi digniſſimo,

SYMPHORIANVS BERAVD S. P. D.

ILLVD MIHI, ſi quid vmquam, viſum eſt conſideratione digniſſimum, hominem non ſibi ſoli natum, ſed & aliis, ita, vt qui totius vitæ ſuæ rationem ad propria tantum commoda refert, eum non hominem dixerim, ſed terræ inutile pondus. Quare diuini quidem homines ij ſunt exiſtimandi, qui, ſuis commodis neglectis, ſe totos communi vtilitati addixerunt, ea aſſidue facinora molientes, quæ & reipub. ſint maxime ſalutaria, & ſibi glorioſa, ſcriptoribúſque perquam amplam ſuppeditent materiam, ad omnem poſteritatem commonefaciendam. Proxime ad hos meo quidem iudicio accedunt illi, qui, cum ſe non ad agendum natos videant, nolunt illi quidem vitam ſilentio tranſigere: ſed in eo operam omnem collocant, vt vel aliorum egregia facta ſcriptis illuſtrent ſuis, vel ipſi ſui animi ſenſa in publicum commodum proferant: quo in genere multi ita excelluerunt, vt vehementer dubitetur adhuc, vter vtri, ſcriptor, an actor ſit præponendus. Inueniuntur quidam, qui, cum facere cum periculo, aut ſcribere cum laude non poſſint, aut, ſi poſſint, nolint, alia ſunt via aggreſſi, ne fruſtra hac luce frui videantur. Hi, aliorum ſcriptis à tineis, atque blattis, & ab ipſo adeo interitu vindicandis, ſe orbi vniuerſo commodaturos arbitrentur, tamquam qui pretioſiſſimos theſauros, in terræ viſcera abditos, inueſtigant, ſummo cum labore effodiunt, in lucem proferunt, neque vero eos ſibi recondunt, ſed omnium direptioni (vt ita dicam) exponunt. Quo nomine hos magis admirandos, ac prędicandos affirmarim, quam qui triticum, aut pecunias vniuerſas in magna annonæ caritate ciuibus ſuis dilargiuntur: hi enim vix vni ciuitati, ad exiguum tempus, in re, quæ ad famem ſedãndam pertineat, profuerint: illi autem in totum orbem, in omnémque poſteritatem ſuum beneficium ſine vlla imminutione deriuant, in re præſertim, qua nulla fructuoſior excogitari poſſit. Quare eos primo potius loco reponendos, quam tertio recenſendos, optimo iure iudicauerim: quí enim melius in commune conſuli poteſt, qui magis orbi vniuerſo commodari, qui accuratius omni poſteritati ſeruiri, quam in clariſſimorum virorum monumẽtis, in quib. viuæ diuinorum ingeniorum ſunt expreſſæ imagines, conſeruandis, eisq; diſperſis in vnũ quaſi corpus colligendis: Studeant ergo alij pecuniis accumulandis, alij agris continuandis inuigilent, alij in eo omnes labores ſuos, & impenſas collocent, vt priſca numiſmata, ſtatuas, lapidum fragmenta, atque alias antiquitatis reliquias, ac vel ipſa rudera effodiant, in quibus glorientur, quæ ſuas delitias ducant. Verùm PHILIPPVS TINGHIVS (cuius equidem viri laudes non poſſum ſine ſcelere non paſſim prædicare) longe aliter vitam inſtituit: nam omnem ſuam operam, ingenium, conatus, labores, facultates, partim ſuo marte incitatus, partim domeſticis exemplis impulſus, eò tantum contulit, vt doctiſſimorum ſcripta, præcipue autem iuriſconſultorum, vndique gentium ex variis bibliothecis maximis ſuis ſumptibus corrogata, publica luce donaret: homo ad commune omnium bonum natus, cui nihil potius vmquam fuit, quam vt tantum bonum, cælitus ad nos delapſum, typographicam ſcilicet artem pro virili promoueret. Is autem, cum infinitos propemodum libros curaſſet excudendos, tandem COMMVNES OPINIONES excellentiſſimorum quorumque Iuriſconſultorum, à ſe ſępe alias, maiori deinceps locupletatione editas, nunc vero plurimorum auctorum magni nominis acceſſione auctas, & ſummorum hominum opera maxime illuſtratas, ingẽti ſuo ſumptu, ac labore typis imprimẽdas tradidit: cui operi, antequam ad vmbilicũ perduceretur, eſt immortuus, non ſine maxima typographicæ artis iactura, & meo quoque ingenti dolore, quippe qui eum, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrem vnice ſemper dilexerim, ab eo viciſſim filij loco habitus, ex quo tempore me primum cognouit: quod & viuus non obſcuris argumentis aſſidue prę ſe tulit, & moriens aperte omnibus declarauit. Quare cum diuturno conuictu, & longiſſimi temporis ſocietate, qua ſecum coniunctus fui, tum caritate, qua me & viuens & moriens eſt proſequutus, me quodammodo obſtrinxit, vt ipſius ſtudiorum, inſtituti, & laudis ſim æmulator: atque ita, vt tam beneuoli erga me viri, vel potius tam pij parentis memoriam pari pietate retineam, ſtatui, Deo fauente, non ſolum opera ab eo inſtituta perficere, ſed & prouinciam hanc, ab eo mihi traditam ad extremum vſque ſpiritum pro virili tueri. Eum librum tibi, ILLVSTRISSIME VIR, is viuens deſtinauerat: & ego eumdem illius opera inchoatum, meáque abſolutum, tibi vtriuſque nomine dico, illius quidem, qui poſtremum hoc opus tibi tãquam anathema conſecrare ſtatuerat: meo vero, qui, ludum ita difficilem ingreſſus, primum hunc actum, veluti primitias, cum ex mortui voluntate, quam ſine piaculo negligere non poſſum, tum etiam animi mei inductione offerre potiſſimum tibi volo. Cui enim alij potius id opus debetur, quam tibi, ad quem de præcipuis Galliæ vniuerſæ controuerſiis referatur, cuius reſponſa veluti oracula quædam excipiantur: ſententiæ autem de rebus maximis dictæ, totidem grauiſſima, quæ poſtea alij in iudicando ſequantur, ſint præiudicia, cuius denique dicta legum propemodum vim habeant? Ecquis vero dubitauerit, quin ex tuo arbitrio (quod non poteſt non eſſe veriſſimum) aliorum ſententiæ efficiantur communes & ratæ: aliorum vero, quæ communes opiniones videbantur, irritæ poſtea habeantur? Nam, ſi authoritate rem metiri velimus, omnes norunt, quæ ſit in ſuprema hac curia Præſidis dignitas, quæ partes, quis ei locus inter cæteros, ita vt reliqui ex eius (vt ita dixerim) ore pendeant: ſi vero prudentiam, ſapientiam, integritatem, iuris ciuilis, ac cæterarum bonarum artium cognitionem ſpectauerimus, nemo eſt adeo hebes, qui non intelligat, te vnum ita in his excellere, vt quolibet vel maximo munere ſis digniſſimus, atque ita fit, vt te vnum omnes intueantur, te maxime ſuſpiciant, iudicúmque conſeſſus in tuam ſententiam pedibus ſine vlla controuerſia diſcedat, quippe qui tuis ſapientiſſimis dictis non audeat contradicere. Quare ſi patronus huic libro quærendus eſt, quem tutiorem te, aut ornationem deligere poſſem: te, inquam, quem patronum publicum, ſeu potius, communem omnium parentem, mox à Rege accerſitum, in ampliſſimo Aduocati Regij gradu locatum, & tandem nuper ob eximias tuas virtutes ſuprema illa Præſidis dignitate decoratum, omnes vndequaque cõſpiciunt, ac prope colunt. Quæ cum ita ſint, COMMVNES has OPINIONES, ex præſtantiſſimis Iuriſconſultis in vnum quaſi corpus coactas ſub tuo nomine potiſſimum apparere volui: haud enim aliter euenire poterit, quin eæ, tua ſemel authoritate munitæ pro communibus opinionibus, quod nomen præferunt, ab omnibus poſthac habeantur. Quod ſi gratum tibi librum, tuáque commendatione apud alios receptum intellexero, næ mihi maximum animum addideris, ad multa in poſterum edenda, quæ reipub. literariæ, quam tu inter eius præcipuos patronos toto pectore foues, non exiguam, mea quidem ſententia vtilitatem ſint allatura. Hoc igitur à me munus tamquam primitias benigno vultu ſuſcipe: cum eóque me, tui obſeruantiſſimum in tuum patrocinium, clientelámque non dedigneris accipere. Vale. Lugduni, Prid. Id. Septemb.

M. D. LXXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVRISCONSVLTORVM
NOMINA:

è quorum ſcriptis hæ Communes Opiniones, receptæq;
Sententiæ decerptæ ſunt: quorum aliqui nunc
primum ſunt excuſi.

TOMIS PRIMO ET SECVNDO QVIDEM, HI:

Ioannes Bellonus Tholoſanus.
Franciſcus Viuius ab Aquila, Peruſinus.
Io. Baptiſta Villalobos Tolletanus.
Io. Fichardus.
Franciſc. Turzanus ab Inciſia.
Emanuel Suares à Ribeira.
Mattheus Cherianus.
Julius Clarus.
Pius Fichardus.
Marianus Socinus Iunior.
Eraſmus Muſculus.
Benedictus de Capra.
Hyppolytus Bonacoſſa.
Laurent. Kirchouius Megalopolenſis.
Michael Graſſus Pomeranus.
Iaffred. Lanfrancus Balbus,
Caſsianus Putæus Subalp, Senatus primarius Præſes.
Rolandus à Valle Caſalenſ. Senatus Præſes.
Petrus Andora,
Franciſc. Burſatus Mantuanus I.C. & Eques.
Ioan. Antonius Maſuerus.

TOMO TERTIO.

Antonius Gabrielius Romanus.

TOMO QVARTO.

Stephanus Ranchinus.
Iodocus Damhouderius Brugenſis.
Antonius Maria Coratius.
Macagnanus Azzoguidus.
Ioan. Neuizanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LE PRIVILEGE.

HENRY PAR LA GRACE DE DIEV Roy de France & de Pologne, A nos amez & feaux les gens tenans nos Cours de Parlemens, Baillifs, Seneschaux ou leurs Lieutenans, & à tous nos Iuges & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Nostre bien amé, Philippes Tinghi, marchand Librairre, Florentin, demeurant en nostre ville de Lyon, nous a fait remonstrer, que nos predecesseurs Rois, sur tous nostre treshonnoré Seigneur & ayeul, le feu Roy François premier, fauorizant l'art d'imprimer, & desirant l'exalter, auroit pris (à son grand contentement) grand accroissement en nostredite ville de Lyon, par la diligence de l'exposant, lequel se seroit entierement dedié à imprimer & mettre en lumiere plusieurs beaux liures, tant en loix que autres facultez, & qu'il a tousiours continué: & desireroit volontiers maintenant (pour le bien public, grand proffit & splendeur de nostre Royaume, commodité particuliere de nostredite ville de Lyon) mettre en lumiere deux liures en droict, qu'il a fait reuoir, corriger & augmenter outre ce qu'il a cy deuant fait, par gens doctes & bien versez aux sciences. Mais il craint, qu'apres auoir fait les grans fraiz à ce necessaires, pour mettre en lumiere lesdites œuures, plusieurs enuieux, se voulans preualoir de ses peines & labeurs, ne voulussent imprimer les mesmes liures qu'il pourroit faire imprimer: sçauoir, Communes Opiniones diuersorum authorum: Item, vn autre liure intitulé, les œuures de Didacus Couarruuias, nous requerant à ces fins luy estre sur ce pourueu. NOVS A CES CAVSES, & autres à ce nous mouuans, voulans fauoriser ledit exposant en vne si bonne & louable entreprise, luy auons permis & permettons imprimer ou faire imprimer lesdits liures, Communes Opiniones Iuris diuersorum authorum, & les œuures de Didacus Couarruuias, cy dessus specifiees, par tels imprimeurs & où bon luy semblera, pourueu qu'il n'y ait aucune chose en iceux qui contreuienne aux saincts Decrets & Canons de l'Eglise Catholique, Apostolique & Romaine, & puisse preiudicier à nostre estat & authorité: Auec defenses, à tous Imprimeurs, Libraires & autres, de nostre obeissance, imprimer ou faire imprimer, vendre, debiter ou distribuer lesdits liures, en quelque sorte & maniere que ce soit, autres que ceux qui seront imprimez ou faits imprimer par ledit Tinghi, sans son sceu & consentement, pendant & durant le terme de dix ans prochains, à compter du iour que lesdits liures seront acheuez d'imprimer, sur peine de confiscation desdits liures & marchandises, & autres peines arbitraires: ce que nous voulons estre estroitement gardé & obserué, en consideration des grans fraiz qu'il a conuenu & conuiendra faire, Nonobstant oppositions ou appellations quelconques & lettres à ce contraires, donnees cy deuant ou apres, ausquelles nous auons derogé et derogeons: & en mettant par ledit Tinghi, au commencement ou à la fin de chacun desdits liures sus specifiez, l'extraict du present Priuilege, nous entendons qu'il soit bien & duement signifié à tous qu'il appartiendra, sans qu'ils puissent pretendre cause d'ignorance. SI VOVLONS, VOVS MANDONS, & à chacun de vous, comme il appartiendra ordonnons, que du contenu cy dessus vous faites ledit exposant iouyr pleinement & paisiblement, cessans & faisans cesser tous troubles ou empeschemens qui pourroyent estre faits & donnez au contraire. Contraignans à ce faire, souffrir & obeir tous ceux qu'il appartiendra & pour ce faire à contraindre, par toutes voyes dues & raisonnables, nonobstant oppositions ou appellations quelconques, & sans preiudice d'icelles, CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. Et pource que de ces presentes on pourroit auoir affaire en plusieurs & diuers endroits, Nous voulons, que au vidimus d'icelles (duement collationné à l'original, par l'vn de nos amez & feaux Notaire & Secretaire, ou fait sous seel Royal) foy soit adiousstee comme au present original. Donné à Paris, le xxvij. iour du moys de May, l'an de grace mil cinq cens quatre vingts, & de nostre regne le vj.

Par le Roy en son Conseil,

LE RAGOIS.

Ingenuo Lectori.

S.

AN fato quoddam, an huius noſtræ potius miſerrimæ tempeſtatis morib. tribuendum ſit, q̃ multorum hominum ingenia, inſana quadam temeritate, nil aliud cogitẽt, nil aliud ſtudeant, nil deniq; audeant, quàm ex alieno labore quæſtum facere, inanemq; gloriam captare; doctiſſimorum virorum vel monumentis, vel iuuẽtis ſacrilegam quodãmodo manum inferendo, eaq; peruertendo, & vt non inepte vulgò dicitur, quadrata rotundis immutando: vix diiudicare quidẽ auſſim. Vtcunq;, tamen ſit; eorum tandem temerarios conatus hunc manere finem experientia ipſa ſatis docet: q̃ eis etiam ſuperſtitibus, ſua ipſorum ſtudia cum primis ipſis chartulis & typis miſerè interijſſe ſæpè videant. Sed quorſum hæc, amice lector? Dicam paucis. Non dum tertius ab hinc lapſus eſt annus, cùm nos (vt optimè noſti) in lucem edere curauimus Communium opinionum, ſeu receptarum I.V. ſententiarum Syntagma, tunc primùm à nobis in quatuor diuiſum Tomos, ſummoq; ſtudio, maximaq; diligentia adauctum, & illuſtratum. Quod opus incredibili Iuris ſtudioſorum applauſu receptum eſt, communiq; omnium Iuriſconſultorum calculo ita comprobatum: vt de ſecunda editione iam iàm cogitaremus. Interea verò vt debita & vigilijs & inuentis noſtris in perpetuum gratia defraudaremur (fœdiora taceo) en nos prę-ueniendo, recèns tibi excuditur ab alijs Syntagmatis noſtri omninò liber, ſpecioſiorem tantummodo nomen præſeferens: ad inſtar, ſcilicet Iuſtiniani Codicis in titulos redactus: cùm reuera nihil prorſus ſit, nihilq; vlterius contineat, niſi meras rapſodias ex noſtris ipſis voluminibus nullo Iuris decore, nullo ſtudioſorum profectu vtilitatéue, peſſimè conſarcinatas. In hoc autem præſtat (fateor) quòd vt ne noſtra continere videatur, omnia in peius loco mota, tradu-cta, tranſpoſita, mutata habeat. Imò tantò inferior Syntagmate noſtro quidem ſubſidet, quòd theſes, hypotheſes, reſponſa deniq́ue & concluſiones doctiſſimorum Iuris Conſultorum Caſſiani Putæi, Petri Andoræ, Ioannis Antonij Maſuerij, & Stephani Ranchini, quæ in noſtra impreſſione habentur, in eo integræ vel mutilatæ deſunt. Quod arte & conſultò dubio procul factum eſt, ne Regiam mulctam, ex noſtro priuilegio, tanti operis auctor tandem penderet. Quæ omnia ſic eſſe tu ipſe, iudicioſe lector, facillimè deprehendes; ſi hæc noſtra & aliena illa conferens, iudicium vtrinq́ue ſumere minimè pigeat. Sed & hoc tibi præfari operę precium duximus, nos huic noſtro operi D. Ioſephi Ludouici Aſſiſienſis I.C. præclariſſimi, Communes opiniones adieciſſe, quæ in prima noſtra editione caſu potius, quàm electione omiſſa fuerant. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMVNIVM OPINIONVM,

SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuersis Authoribus collectarum,

Liber primus.

A

ABbas solus potest hæreditatem vel legatum monacho delatum absque eius consensu repudiare, fm Cyn. & Iac. de Are. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Bart. in l. tutor. in fi. ff. de bon. pos. Bal. in l. 1. in 10. q. C. qui admit. Pau. Cast. & Alex. nu. 2. in l. legatum seruo. ff. de leg. 1. & Can. omnes in c. in præsentia. de prob. quia monach' ipse per se nõ dicitur habere velle, neque nolle. c. si religiosus. de ele. in 6. sed omne suum velle dependet à velle Abbatis cũ monachus profitendo, sicut propriis renuntiauit, ita voluntati suæ renuntiasse censet, vouendo illa tria substantia regulæ. c. nullam. 18. q. 2. Et opi. istam asseuerat esse magis cõem A le. in d. l. legatum seruo. nu. 1. & in l. 1. nu. 24. ff. de vulg. & pupil. substi. nu. 24. & veriorem dicit Pomates in addi. ad Bart. in d. l. tutor. & Aug. Beroius in c. Raynu. nu. 384. de testam. Contrariam verò partem, videlicet, q̃ monachus in acquirendo, magis seruo q̃ filio æquiparetur, cuius certè factum omnino requiratur, & domino præiudicare possit, tenuerunt omnes Legistæ & Inn. in c. cùm olim. de priuil. Spec. in ti. de sta. mo. §. 1. ver. 8. quæritur. Bart. in l. cùm hæredes. in princ. ff. de acq. pos. Bal. & Rom. in l. 1. C. qui admit. Ang. in l. Papinianus. in prin. ff. de acq. hær. Bart. Bal. & Fulg. in l. fi. in prin. C. de bo. quæ lib. & Rom. in l. is qui hæres. in fi. ff. de acq. hære. & ita tenent cæteri Legistæ magis communiter in loc. præcitatis. & istam esse magis cõem sententiam Legistarum facit mẽtionem Beroius in d. c. Raynu. n. 283. circa med. & nu. seq. circa fi. Sed, omissa omni disputatione, prima opi. videtur verior, communior, & tutior in actu practico, quam legendo, consulendóque sequutus est Beroius, vt ipse censuit in d. c. in præsentia. n. 15. & in d. c. Raynu. Et ista communis ita amplexa interpretatur non habere locum in Prelato, qui hereditatem seu legatum ecclesiæ delatum repudiare nullo pacto potest absque capituli cõsensu, quia huiusmodi repudiatio dr̃ esse alienatio, fm Bal. in l. pupillorum. C. de repu. hær. & in l. contra iuris. §. i. ff. de pact. Pau. de Cast. in d. l. legatum seruo. Anc. & im. in c. 1. de reb. ec. non al. & alios relatos per Alex. in d. l. legatum seruo. vbi supponit istorum opinionem esse magis communem, contra Feder. de Sen. cons. nono contrarium asseuerantem. F. Viuius.

Abbas, & non episcopus, in Monachos habet iurisdictionẽ & correctionem, etiam si via ordinaria iudicialiter ageretur. hanc magis communem testatur Benedictus de Benedictis de Capra. reg. 84. num. 2. & 3. idque etiam procedere dicit in Abbate confirmato, nec dum consecrato aut benedicto, quia etiam ante benedictionem recipit iurisdictionem, secundum communem opinionem ibid. nu. 16. vide i. in verbo, Monachus, vbi fallentias aliquot pro communibus opinionibus receptas inuenies. Bened. Capra.

Abiurans hæresim, ante sententiam latam modò non fuerit aliàs quoque de hæresi accusatus, & post pœnitentiam in eam relapsus, non solùm euitat pœnam mortis, sed ẽt ꝓfiscationem bonorum, licet ipso iure à die commissi, delicti sit imposita. Hanc communem esse Doctorum opinionem attestatur Paris. cons. 185. & seq. lib. 4. Ita refert Iul. Cla. Alexandrin. in lib. 5. sentent. §. hæresis. ver. sed quæro. in fi. P. Fichard.

Abiurans hæresim ante sententiam latam, modo non fuerit aliàs quoque de hæresi accusatus, & post pœnitentiam in eam relapsus, non modo mortis pœnam euitat, sed etiam bonorum confiscationem, quamuis ipso iure à die commissi delicti sit imposita, vt est communis opinio, de qua Iul. Clar. in §. hæresis. ver. sed quæro. in fi. Bonacoss.

Abiurans vnam hæresim, si in aliam incidat, relapsus verè dicitur, communis est opi. Bursat. cons. 7. nu. 40. Bonacoss.

Abiuranti prima vice hodie de necessitate eps & inquisitor gratiam impartiri, & bona condonare tenetur, quinimo omnes dignitates, & honores, ac pristina iura recuperat, vt est communis opin. Bursat. cons. 14. nu. 33. Bonacoss.

Abiurantis bona sibi & filiis dimittuntur, vt est communis opin. Bursat. cons. 7. nu. 32. Bonacoss.

Abolitio generalis delictorum ex decreto, vel statuto, non comprehendit crimen falsi, vt est communis opinio, de qua Iul. Clar. quæstio. 59 versicul. in huiusmodi. Bonacoss.

Abolitione sequuta per transactionem, vel mortem accusatoris, potest iudex prosequi accusationem: sed debet facere nouum processum, & nouam inchoare instantiam, ex quo prima instantia per transactionem fuit perempta. Sed hodie contrarium seruatur, quia iudex potest prosequi sine nouo processu. Clar. lib. 5. sentent. §. fi. q. 58. ver. Et scias. Bonacoss.

Abortui qui causam præstitit, prægnantem mulierem percutiens, capite plectitur, si fœtus animatus iam erat, aliàs supplicium extra ordinem luet. cõe interpretum placitum attestantur Blanc. & qui eum laudat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 68. ver. abortum procurans. in fi. Et si longè verius, æquiusq; sit, nunquam huic capitis pœnas infligendas esse, seu animatus, seu inanimis fœtus abortu perierit, si modò prægnans vnà mortem non obierit, vt luculenter probat fons iuris, iustitiæque omnis sacrosancta diuini Mosis lex, Exod. 21. cuius sententiam ab Accurs. in l. diuus. ff. de extr. cri. in aliud oĩno ꝓrium eius, quod præcipit, perperam accepta, nihil aliud verè sancit, q̃ vt qui grauida muliere percussa abortum intulerint, mulcta arbitraria puniãtur, ni pernicies ipsius mulieris insequuta sit. alioquin si non solũ spes hominis, sed mater vera homo è medio auferatur, vitam ꝓ vita, oculum ꝓ oculo, dentem ꝓ dente, &c. pendi iubet: & hoc etiam, si diligentius inspiciatur, iisdem fermè verbis, quo ad mortis pœnam constituit. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. si mulierẽ. ff. de sic. & probat d. l. diuus. tradit eleganter, ac verè Alex. post Bal. in l. quod dicitur. nu. 4. ff. de lib. & posth. & qui sese hac in q. variis modis induit Aeg. Bos. in pract. ti. de homic. nu. 6. qua ẽt de re nos alibi latius, & cõmodius: si quidẽ in præsentia titulum operis præ oculis semp habebimus, ac re ipsa Plin. iun. consilium sequemur lib. 5. epist. 6. inquientis: Primũ ego officiũ scriptoris existimo, vt titulum suum legat, atque identidẽ interroget se, quid cœperit scribere: sciatq; si materiæ immoratur, non esse longum: longissimum si aliquid accersit, arq; attrahit. Suarez.

Abortum causans, percutiendo nimirum mulierem prægnantem, ita vt illa abortum faciat, debet puniri pœna vltimi supplicij, si dolus adfuerit, magis cõem dicit Bos. in ti. de hom. nu. 6. Alij tamen distinguunt, dicentes, si partus fuerit animatus, tũc puniendum esse causantem pœna homicidij, sin verò nõ fuerit animatus, puniendum pœna extraordinaria. Et hãc esse communem testatur Blanc. in pract. crim. n. 33. Clar. libr. 5. sent. §. fi. q. 68. ver. abortum. P. Fichard.

Abortum causans, debet puniri morte, si dolus adfuerit, si partus fuerit animatus, aliàs non: quia tunc punitur extra ordinem communis est opin. Clar. q. 68. ver. abortum communem dicit Soarez. ver. Abortui. Bonacoss.

Absens causa reipublicæ restituitur ad appellandum. Fran. Are. cons. 160. nu. 7. communem dicit. Io. Bapt. Villalob.

ADDITIO. I. Fich. Rario est, quia absens ex causa probabili, voluntariè non dr̃ absens. Rebuf. in tract. de priuil. schol. priuileg. 77. nu. 2. & ob tale impedimentum non currit tempus gl. in verb. post dationem. cle. sæpe. § & quia. de verb. sig. Vulcur. in l. si finita. §. Iulianus. nu. 88. ff. de dam. inf. Si verò partim causa Reipublicæ, partimque ex sua causa propria fuerit absens, considerabitur quod principaliter obseruabat, per l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. & in terminis Ias. in l. non solùm. §. si cum iure. nu. 2. ff. de no. oper. nun. gl. in verb negotij. in l. non verè. ff. ex quib. cau. ma. & Tiraq. de retract. munic. §. 30. in gl. 1. nu. 6. Si autem dubium fuerit, præsumitur suum principale motiuum fuisse ꝓ suo facto priuato, vt not. Bal. in c. dilecti. nu. 4. de app. Vnde voluntaria absentia dicetur, quæ restitutionem impedire videtur. Paris cons. 99. Adr. nu. 11. & seq. vol. 4. & tex. in l. & qui data. ff. ex quib. caus. ma. Sed an, & quando, & quomodo absentia excuset, & quæ sit causa ad restituen. & an absentia vel præsentia præsumatur, & quando incipiat currere tempus, per Bero. in c. 1. vbi per plures. nu. 1. de in int. resti. Tiraq. in eo. Tract. §. 35. in gl. 3. nu. 1. & an semper restitutio executionem impediat, aliqua per M. Ant. Bard. Senen. in tract. de tempore vtili & continuo. c. 5. nu. 1. & 2.

Concordat cum hac l. communi, l. 10. tit. 23. part. 3. & cum hac l. & cum cõi concordat l. fi. C. de resti. mil. quæ vr̃ limitari

Universidad de Deusto
Biblioteca

p̃r.l.is qui reipublicæ causa.ff.ex quib.cau.ma.cùm absens dimisit procuratorem,qui illum indefensum reliquit: quia tũc nõ restituitur quod planè est ɔ̃ tex.in l.sed etsi per prætorem. §.hæc clausula.ff.e.quas ll.concordat gl.dicens l.is,qui. habere locum, qñ procurator est soluendo, alteram aũt cùm non sit soluendo,quam solutionem Ioan.Man. in tract.de resti.in int.c.352.repellit.Et concludit,q̃ si absens dimisit procuratorem idoneum,qui non appellauit,restituitur:si autẽ non erat idoneus non restituitur: quas solutiones nostra cõis opin.& Aret. non tenent. Aliàs dicunt indistinctè restitui, & vltra id vr̃ innuere,q̃ si dimisit procuratorem,non sit necessaria restitutio: sed q̃ oportet appellare intra x.dies post aduentum,vt aliquid ob rempublicam tribuatur, cum generaliter dñs qui pp̃ negligentiam procuratoris fuit grauatus in non appellando,si procurator est non soluendo,restituitur,vt appellet,fm gl. Bar.in l.i.§.fi.in ver.audiatur.ff.qñ ap.sit.& Fulg.in l.vnic.§. fi procurator.ff.si quis ius di.non obt.& Sal.in auth.hodie.C. de app.quos refert Sas.in d.§.si procurator.n.13.vbi ponit reg. & limit.Et nota oẽs istas opi. vsque ad n.8. pro intellectu d.l. & limit.Et nota oẽs istas opi. vsque ad n.8. pro intellectu d.l. 10.&l.18.titul.29.part.3.& 6. Ioan.Mau.à c.332.vsque ad c. 352.pro intellectu dictarum legum.

Effectus istius restitutionis operatur,q̃ subducatur de medio tempus absentiæ,vel impedimenti,Franc.Balb.de præscr. part.6.q.1.casu 22.nu.26.communem dicit.

Restitutio autem ista debet peti intra quadriennium,& terminari.l.superuacuam. C.de temp.in int.restit. & currit à tpe lesionis completæ,completa maiori ætate,vel postquam cessauit impedimentum, & sic,finita præscriptione, ante tamen non currit quadriennium.Balbus ibi,nu.27.cõem dicit.

Quadriennium autem licet sit assignatum ad petendam restitutionem post completam læsionem: tñ si læsio sit per minus tps,restitutio est postulãda post lapsum illius tpis:vt sunt x.dies ad appellãdum, intra illud tempus debet peti:vel si per vnum diem fuerit impeditus causa reipublicæ, restitutio est petenda intra illum diem,Balb.in d.q.1.nu.28.cõem dicit.

Tempus istud quadriennij licet sit in prosecutione continuum:tñ à principio est vtile,& sic non currit nisi à tpe scientiæ,vel potentiæ petitionis,Balb.tract.de præscr.in 6.par.q.1. casu.22.nu.28.in fi.communem dicit. I.B.Villalob.

ADDITIO. Quia ergo quadriennium non currit nisi à die scientiæ,vt dicit etiam Ang.in l.à sententia.§.si quis.nu. 1.ff.de app.ideo dr̃ vtile à principio,&ex post facto ɔ̃tinuum, quam opi.ẽt secutus fuit M.Ant.Bard. in tract.de temp.vti.& contin.c.3.Sub.7.licet aliqui etiam teneant q̃ probabiliter ignorãs poterit petere restitutionem, etiam post centum ann. quod videtur mirabile,vt ibi per eum. I.Fich.

Fallit in ecclesia, quia semper tempus est vniforme, i. quadriennium.licet læsio sit minoris temporis. Idem ibi cod.nu. 28.in fi.communem dicit.

Tempus intra quod causa restitutionis est terminanda, semper est vniforme, i. quadriennium à die petitæ restitutionis,idem nu.28.communem dicit.

Nota q̃ absentibus causa reipublicæ non ita fauetur, sicut minorib.quia minores restituuntur ad integram cãm,absentes aũt solum ad appellandum: Tiraq.de vtroq; retract.lignagier.§.35.gl.4.nu.46.communem dicit. I.B.Villalob.

ADDITIO. Distinguas, Aut absens defensus fuit, & vera est d.opi.cõis,Sas.in l.cum quidam.nu.9. circa med. ff.de acq.hær.aut non defensus,quo casu & ad appellandum, & ad totam cãm restituitur,stante probabili impedimento,& equitate.Sas.in l.non quocunque. §.si ex bonis. nu.8.9.& 10.ff.de leg.1.Ab.in c.ex ratione.n.j.& 9.de app.Alb.in Dictio.in ver. absens,ibi.Adde q̃ absens causa reipublicæ si non fuit defensus,restituitur ad totam causam,ac etiam in aliis,prout de anno in iure protomij absenti concesso, cùm tempus non currat,nisi à die scientiæ:lac.Nouel.in tract.iur.protomis.§.7.n.3. & aliis casibus saltem per clausulam generalem, si qua mihi iusta causa,&c.vt toto tit.C.de temp.in int.rest.cum tit.seq.& ibi Scrib.& tit.ff.quib.ex cau.ma.

Nota tamen, q̃ licet in hoc magis fauetur minoribus absentibus,tamen milites absentes causa reipublicæ, restituuntur ipso iure:minores autem subueniuntur petitione restitutionis.Bart.& alij in l.j.C.de iur.& fa.ign.& Sas.cons.159. vol. 2.quod etiam facit pro intellectu d.l.10.& 18.de d.Sas.meminit Tiraq.in d.§.35.gl.4.nu.50. Io.Fich.

Amplia istam communem,quòd in tantum est vera:quòd etsi currat longissima præscriptio: nihilominus competit restitutio infrà quadriennium. Tiraq.ibi nu.47.communem dicit:de hoc vide in verb.restitutio,j. I.B.Villalob.

Absens & impeditus, non tenetur in causis arduis mittere procuratorem.Bar.in l.idemque.ff.pro soc.Bal.in l.2.§.si quis in iudicio.n.3.ver.tu verò aliqualiter.ff.si quis cau.in iud.sist. & in l.1.§.vsus.ver.sed reuoco in dubium. ff.de proc.l.ab eo. nu.7.ver.quæro vtrum absens.C.quom.& quan.iud.Alex.de Im.in l.recusare.§.si quis alio.vers.sed Io. de Im.ff.ad sen.treb. & hanc cõem ɔ̃el.Doct.esse inquiunt Sas.in d.§.si quis in iudicio.nu.13.vers.retenta tamen cõi conclusione. & Mod.Paris. in cons.19.nu.23.in Tom.1.cons. kirchouius.

Absens, cui per notarium stipulatum fuit, acquirit irreuocabiliter secuta ratificatione re integra fm cõem per Bursat. cons.33.nu.1.lib.j. cui absenti acquiritur sine ratificatione ex actu, qui merum commodum absenti reportat, ex cõi Doct. sniã,per eundem cons.118.nu.4.eo.lib. Clar.§.donatio.q.13. ver.j.Ofasc.decis.33. & id maximè procedit interueniente stipulatione notarij ex qua acquiritur actio vtilis ipso iure sine alia cessione,ex veriori & magis cõi sententia per Bursa.cons. 40.nu.16.lib.1.Aym.cons.252.Rol.cons.19.nu.22.lib.j.imò possessio & dominium directum secundum communem,per eundem Burs.d.cons.40.nu.17.vbi latius declarat.

Absens in casibus in quibus iudex potest procedere ad diffinitiuam contra absentem, ita q̃ puniatur corporaliter, puta statuto ita disponente,tunc potest extraneus allegare innocentiam delati absentis. Bart. cons. 100. & 107. præsupponit ergo ɔ̃rium quando proceditur secundum dispositionem iuris communis,per l.absentem.ff.de pœn. & C.de req.reis,vel vbi statutum imponit aliam pœnam quàm corporalem: vt vbi statutum imponit aliam pœnam quàm corporalem: vt ex Ducalib. decretis patriæ Subalpinæ, per quæ confiscantur bona.Et in primo casu iudex informationes etiam ex officio pro absente sumere potest: & quatenus alleganti causas denegaretur probatio,appellari potest.d.cons.100. Pur.

Absens quando potest condemnari fm formam statuti in causa criminali,potest procurator interuenire. Ang.in l.pen. §.ad crimen.ff.de pub.iud.fall.9.communem dicit, quem refert August.in addit.ad Ang.de malefic.in verb. qui iudex videns quod inquisitus,in addit.incip.tu autem in hac materia, sed Alexan.cons.116.vol.2.magis communem dicit contrariam,quod non potest admitti. I.B.Villalob.

Vt aũt possimus deuenire ad aliquem intellectum legis regni, nota q̃ absens de iure ciuili non potest condemnari.l.absentem.ff.de pœ.& l.absentem.C.de accus.pœna idque maiori relegatione:exceptis trib.casibus: primus,faciens aliquem spadonem l.Cornelia. §.lege constitutum.ff.ad l.Corn.de sic. Secundus,repertus in venali perfidia apparitor, in l.ne dim.C. de pœnis. Tertius,in crimine lesæ maiestatis,per constitutionem Henrici, quos refert Hipp.in l.Cornelia. §.constitutum. nu.7.& Cæp.in cons.40.nu.8.in crimen. Et in istis verificatur nostra cõis,vt per Hipp.in d.§.constitutum. & Cæp. cons.49. Ex quibus stante l.9.tit.2.l.3.ord.& l.2.tit.17.lib.8.& pragm. fi.Complutensi de iure Regio,cùm per prędictas ll.absens de quocunque crimine potest condemnari,ẽt si pœna sit capitalis: vr̃ q̃ indistinctè in omni causa criminali intenta ɔ̃ absentem,potest interuenire procurator.Sed ɔ̃rium tene per l.7.ti. 9.par.3.ibi, *el mismo por su persona*:relatam in d.pragm.201.c.penult.Compluten.vbi innuitur in causa criminali non posse interuenire procuratorem pro absente: bene tamen interuenit excusator proponens causas absentiæ:vt hr̃ in d.l.7.ibi, *no viniere en su persona delante el Iuzgadoz a estar a derecho o no embiare o mostrar escusa derecha por que no pudo venir*.de quo per Ang.de malefi.in ver.iudex videns quod inquisiti.ver.quæro an talis banitus.& hic ad excusandã absentiam vel contumaciam.l.pen. in fi.ff.de pub.iud.l.1.ff.an per ali.cau.app. de quo per Bart.in cons.100.& vi.Corn.cons.fi.l.3.& cons.122.l.4.& Dec.cons. 429.& no.tex.in l.seruum quoq;.§.publicè.ff.de proc.q̃ quilibet non tanquam ꝓcurator, sed tanquam quilibet p̃t interuenire ad defendendũ absentem,vel eius innocentiam.&istius tex.ad hoc no.& sic illum intelligit apostillator ad Alex.cons. 116.vol.2.ver.procurator.Ex quibus dantur duę differentię inter ius cõe, & regni,in d.ll.prima, q̃ absens in causis criminalibus,ẽt maioribus relegatione,condemnatur. Secunda,q̃ non admittitur procurator, licet in hoc sit cõformis legi cõi, vt per Alex.in d.cons.116.Erit etiam tertia,q̃ cõtumax fictus æquè punitur sicut verus,ibi faciendo,*pregonar en aquel lugar do solia morar el emplazado y si morada no le allaren deue ser pregonado alli do el hierro se hizo*.Pro quo est notandum,q̃ lata sententia non valet contra absentem non verum cõtumacem, vt quia non fuit inuentus personaliter.l.ea,quæ. C.quo.& quan.iud. quia vera contumacia non dr̃, etsi facta sit citatio ad domum, vel in valuis ecclesiæ,nisi probetur notitia citationis, fm Ang.in l.1.§.biduum.ff.quan.ap.sit.& per Ioan.de Ro.decis.48.in nouis,quia etiamsi citatus ad domum, præsumatur sciuisse citationem

tionem fm glam l.si legibus.in ver.probatum.C.de epiſc.aud. non tamen dicitur verus contumax.Im.in c.fi.de eo qui mit. in poſſ.& Fel.in c.cùm ſit Romana.de app. quia fictiones non habent locum,quando agitur de incurrenda pœna.Io.Andr. in c.cognoſcentes.de conſtitu. & Iafred.deciſ.3.Quarta,quia cùm fm opi. Doct. licet verus contumax non poſſit appellare,fiſcus tamen appellat,fm gloſ.cõiter approbatam in cle.vnic.de dol.& contu.per Im.ibi,de quo per Bart.in l.fi. C.de in int.reſtit.& Bald.in l.cùm non eo die.C.quando prouoc.non eſt neceſ.& gl.in l.1.C.quor.ap.non reci. & Bart. in l.poſt edictum.§.fi.ff.de iudi.& in l.properandum.§.& ſi quidem.C.eo. tit.& Inn.in c.1.vt lit.non cont. & gl.in c.non ſolum. de app. in 6.& Ang.in §.1.Inſtit.de oblig.quę ex del.naſc.& Io.de Im. in conſ.126.De iure autem regio fictus contumax, de quo in d.ll. non appellat: quia in dictis legibus contumax habetur pro confeſſo:quæ verba fm Petr.de Anc. in repet.c.1.de conſtit.& Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.& Im.in l.inſulam.ff.de verb.obl.& ibi Alex.& Aret.in c.at ſi clerici.de iudi. nu.19.poſt Bart.in l.obſeruare.C.quor.app.non recip import tant,q contumax non appellet,licet Bald.in l.ita demum.ver. reſtat nunc videre.nu.6.C.de proc.tenent contrarium: & Nellus in tract.banni.in 4.par.1.temp.1.q.& alij quos refert Lud. Carrer.in repet.d.l.obſeruare.nu.37. Sed tamen primam opi. tene, & ita obſeruatur, tunc etiam quia in d.l. Complutenſi datus eſt ordo.ſi compareat intra annum,q audiatur:& iudex de innocentia abſentis debet inquirere, & tenetur, vt per Fran.de Areti.conſ.146.viſa conſultatione. etiam publicatis atteſtationibus, ad defenſam abſentis poteſt teſtes recipere. vt per Bart.in l.4.§.hoc autem.ff.de dam.infect. & in l.2.in fi. ff.de quæſt.& Bald.poſt Bart.in auth.at qui ſemel.C.de prob. & Doct.in c.fraternitatis.de teſtib.& Iaſ.in l.ſi quis.C.qui teſt. facer.poſſ.nu.7.et ſi inuenit eum ſine culpa,eſt abſoluendus:vt eleganter dicit Bart.in conſ.100.à domino Cino.vol.1.quem refert & ſequitur Hyppol. in l.1.§.ſi quis.nu.71.ff.de quæſt. vbi congerit plures alios idem tenentes.Et idem diſponit dicta pragma. à contrario ſenſu, ibi, *ſi parti dicti rei non ſit parendum que aya prouança baſtante para le condemner*. Et ad intellectum d. pragm. nota dictum ſatis notabile, q fugiens ſi ſponte reuertitur, omnem ſuſpicionem criminis purgat. l.1. C.de requir. reis. non enim dicitur receſſiſſe habens animum redeundi, l. quis ſi fugitiuus. §.1.ff.de ædil.edict.ſicut nec auis,quæ ex nido euolat, breui reuerſura, receſſiſſe dicitur. Bart.in l.1. C.de ſer.fug.Et habuiſſe animum reuertendi præſumitur,qui intra annum venit.per d.l.1.& c.cùm contumacia. de hære.in 6.& ob hanc cauſam licet inducat ſemiplenam probationem fuga contra fugientem:tamen ſi ſponte reuertitur in totum diluitur:vt tenet Coraſi.in l.admonendi.nu.75.ff.de iureiur. Et plus dicit Iaſ.in d.l.admonendi.nu.90.in lect. poſt Bar.in l.raptores. C.de epiſc.& cler. q fugiens de carcere, ſi denuò eſſet incarceratus etiam inuitus q propter illam fugam non eſt condemnandus,quæ faciunt pro limita.l.34.lib.8.titul.18.in ordin. vbi diſponitur q carceratus fugiens de carcere habetur pro fractore.& circa d.l.6.aliàs 8.limit.per Epiſcopum Calagur.in ſuis regulis.in ver.fuga. Item nota,q ita ſunt de ſubſtantia,in d.pragm.banna ac tempora q ſi non fuerint ad vnguem obſeruata, non poteſt abſens condemnari, & haberi pro confeſſo:& ita in individuo dicunt Bal.& Iaſ.in auth.quę ſupplicatio.nu.5.C.de prec.imp.off.& Alex.in l.2.nu.9.ff.de iudi.per gl.in cle.1.de vita & hon.cleric.in verbo,tertio.& in c.1.in prin.de mil.vaſ.qui cont.eſt,in verbo,tertiam vocationem Alber.Brun.in tract.de for.& ſolen.art.ex quibus conſtat forma.ver.37.& in art.quando cenſetur aliquid tradi pro forma.concl.16. Ex quibus ſi contra abſentem de ſtylo alicuius curiæ obſeruentur alij termini in procedendo (vt eſt in Cõpoſtella b.Iac.) non vendicant ſibi locũ pœnæ iſtarũ legũ.

Abſens ſi poſt ſententiam capiatur, audiendus eſt ſuper omnibus contentis in proceſſu & ſententia,tam in pœnis corporalibus,quàm pecuniariis,& ita pluries practicaui,cum ibi eſſem iudex maior:præcipuè cùm forma tradita à ſtatuto dicatur ſubſtantialis. Deci.in conſ.429. nu.5. & de materia dictarum legum,vide Ang.& ſuam additio. Auguſt. in tract.malefic.in ver.videns,q inquiſiti per totum. & Hippol.in pract. §.poſtquam.à nu.35.vſque ad nu.62.& in conſ.64. nu.43. & in conſ.117.nu.36.& in conſ.134.nu.11.& Chaſſ.in conſue. Burg.rub.1.§.7.in prin.nu.10.vſque ad fin. & Lud.Carrer.in pract.crim.in prin.nu.65.cum aliis.& Iſern.& Matth.de Affl. in conſtit.Neap.incip.Grandiſ.tit.1.libr.2. de materia poſtea quam hæc ſcripſi, reperi Petr. Nuncum de exequendis mandatis regum,conſ.15. vbi congerit quatuordecim correctiones iuris communis per dictas leges.

Nota circa l.1.tit.3.lib.3.ordin. quæ loquitur de non conteſtanti infra nouennium. & l.5.tit.16.lib.eiusdem 3.ord.de citato ad audiendum ſententiam,q contumacia in d.legib. debet eſſe vera,adeò,vt non ſufficiat ficta. vt per Bart.in l.ſi ſe non obtulit.§.condemnatum.ff.de re iud.& Iaſ.ibi n.32. item nota circa d.l.1. q requiritur, q dicta petitio ſit propoſita in iudicio, parte præſente, vel procuratore ſuo, vt per Ant.in c.2.de dilat.& Panorm.in c.fin.de iudic. & in tantum operatur ficta confeſſio in d.l.1. q pars non admittitur ad probandum contrarium. vt per Iaſ.in l.error. C.de iur.& fact.ignor. nu.6. & 7.reprehendentem Alexan.tenentem contrarium, de quo per Franc.de Aret.conſ.146.viſa conſultatione.

Nota etiam, q licet per d.l. non requiratur ſententia, ſed hoc eſt intelligendum verùm quò ad ipſum fictum confitentem, ſecus quò ad ſuum hæredem, quia tunc requiritur ſententia, fm Bald.in l.2. C.de edend.quia confeſſio ficta hæredi non præiudicat,vt tenet Bart.in l.1.ff.de priua.delic. ver.item quæro, dixi.nota etiam, q dicta confeſſio dicitur iudicialis. & ſolennis,vt tenet Aretin in c.at ſi clerici.nu.21.de iud. ex Cino.& Bald.in l.quoniam.ff.de iis qui not.infam.& de materia iſtius l.vide Hyppol.ſing.27.& Alex.in addit.ad Bart.in l.tranſigere.C.de tranſact.circa tamen l.5.tit.16.vide l.3.tit.22.par. 3.& l.9.tit.23.par.eod. & quod Doct.tractant, maximè Io.de Im.in l.ex conſenſu.ff.de app.& in l.ſiuus.ff.de in int.reſtit.& gl.in cle.vnic.de dol.& cont.in gl.ii.vbi dicitur, q non dicitur contumax, niſi pars comparuerit ad accuſandam contumaciam: & vide Bald.in l.falſus.C.de fur.& Alex. in l.contumacia.ff.de re iud. Vill.Iob.

Abſenti liberatio facta non per modum confeſſionis, ſed per modum pacti,ſeu conuentionis,non prodeſt, niſi aliquis nomine abſentis receperit.Eſt magis cõis opin.fm Alexan.in conſ.131.in cauſa & lite.vol.4. M.Cherianus.

pro Abſente nunquid procurator in cauſis maleficiorum admittatur, ex forma tradita à ſtatuto condemnari poteſt. Hoc autem latiùs declarat,& quomodo de iure ciuili procedat,ac quomodo ſecundùm leges regni,pluresque caſus enumerat,nec diſtinctionem veri, ac ficti contumacis omittit,& quid de excuſatore,addit deinde aliqua de eo, qui aufugit,& de eo quoque qui ſponte pòſt reuerſus fuit. I.Fich.

Abſens non poteſt propter crimen vel delictum quod ipſi abſenti imputatur, diffinitiuè condemnari, Com. dicit Ant. Gom.ſuper l.86.Tauri.nu.1. nam de iure cõi contumax non poteſt à iudice haberi pro confeſſo & conuicto. & licet Iac. de Aren.tenuerit, q quando crimen eſt liquidatum inter præſentes, poteſt eo caſu ferri ſententia contra abſentem, tamen ꝺ cum eſt cõis Doct.opi.vt dicit Bal.in l.quamuis la.1.nu.1.C. de adul.& Boſ.in tit.de req.reis. nu.1.in fi. & q etiam de iure can.non poſſit contra abſentem,lite non conteſtata deueniri ad condemnationem,neque etiam ad teſtium receptionem, cõem dicit Abb.in c.veritatis.nu.20.& 27.de dol.& cont.adeò vt etiam in tali caſu abſentiæ teſtes non poſſint recipi ad perpetuam rei memoriam,vtcunque ſenes, valetudinarii,vel in longinquas partes receſſuri ſint illi teſtes com. atteſtatur Gom.in d.l.86.Tauri.nu.4.Intellige,tamen hæc omnia,quando ageretur de pœna corporis afflictiua,nam ſi tantùm veniret pœna relegationis,vel ea minor,imponenda,eo caſu poſſet abſens condemnari.cõem dicit Bald.in l.abſentem.in fin. C.de accuſ.Sal.in d.l.abſentem.n.14.quem refert pract.Conrad.n.7.ver.quartò excipio.Boſ.in d.tit.de req.reis.n.1. Clar. lib.5.ſent.§.fi.q.44.in prin.de conſuetudine tamen Italiæ,Gallie & Hiſpaniæ,tam in foro ciuili quàm can. ꝺrium obſeruari, dicit,teſte Gand.de malefic.rubr.quid agendum reo abſente. Io.Fabr.in l.cunctos populos.de ſum.trin. Ant.Gom.in l.86. Tauri.nu.8.& Rip.in c.1.nu.77.de iudic. Clar.ibid.ver.licet autem. P.Fichar.

Abſenti donationem tacitam acquiri,nor.Bar.& Caſtr.in l. ſi cum dotem.ff.ſolut.matr.in materia autem abſentiæ dic, q quando fit actus qui de ſe aliter non valet niſi cum præſentia alicuius: tunc præſumitur præſentia, ſi præponatur nomen ipſius,puta,ſi in inueſtitura dicatur,princeps inueſtiuit talem, intelligitur præſentem, Caſtr.in l.Titia.§.idem reſpondit. de verbor. oblig. & obſtante conſtituto ſeu retentione vſusfructus non acquiritur poſſeſſio nec dominium abſenti ante ratificationem.Rui.conſ.174.lib.1.an autem ex ſtipulatione notarij acquiratur abſenti abſque ratificatione: nor.Rub.Alex. conſ.117.n.4.& ſeq. poſt Bar.in l.nec ei.§.fi.ff.de adop.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de verb.ob. Quid de donatione expreſſa, an facta abſenti valeat? & dic, q non,etiam ratione piæ cauſæ, ſecus in tacita,quæ valet in fauorem abſentis, teſte Iaſ.conſ. 13.lib.1.valet tamen donatio facta poſthumo vel primo filio

Universidad de Deusto
Biblioteca

naſcituro, Deci.conſ.245.in princi.& dic,q donatio facta abſenti,ꝑt reuocari antequam acceptetur,confirmatur tñ morte donantis,ẽt ſi non ſit ratificata, Deci.conſ.432. & q donatio facta abſenti non valet, niſi ſtipulet notarius,& niſi ita ſtipuletur:non poſſet exinde ratificari.gl.in l.illud. C.de ſac.ſan. eccl.Caſtr.in l. 1.ff.de pact.quando autem valeat vel non,donatio inter viuos, vel cã mortis facta abſenti,dic,vt per Corn. conſ.254.cui adde,q ſi notarius ſtipuletur pro donatario abſente, cui eſt facta donatio,q tunc donans pœnitere non poteſt etiam ante ratificationem donatarij.teſte Bald.in l.cum à ſocero.C.de iur.dot.quem ſequitur Dec.conſ.226.in fi.Quid de collatione beneficij, vel de inueſtitura facta abſenti,an valeat? vel antequam acceptetur, an poſſit reuocari? & quid de electione?vide Ab.in c.accedens.el 2. vbi Io.And. de præb.& dig.& dic,q priuilegium & gratia principis acquiritur abſenti.gl.in l. 1.in gl.fi. C.de quad.præſcr.vbi Bal.2.lec.Iaſ.in l.fi.ff. de conſtit.princip.In donatione autem facta abſenti an & qñ valeat?dic,vt per Caſtr.in l.illud.C. de ſac.ſan.eccl.vbi an præſumatur abſentia vel præſentia, quam in donatione facta eccleſiæ nemine acceptante, non valere in vim donationis, ſed in vim pollicitationis,vt ex ea non acquiratur ius reale, ſed actio perſonalis,teſtis eſt Rui.conſ.37.lib.4.& q donatio facta abſenti non obſtante ſtipulatione notarij poſſit reuocari ante acceptationem:ſcribit Grat. conſ.25.nu.37.lib.1. vbi idem dicit de conſtituto,& conſ.128.n.21.& q per ſtipulationem notarij donatario abſenti acquiritur qñ donatio continet merum commodum,voluit Rub.Alex.conſ.117.Quid de donatione tacita quæ inducitur ex diſpoſitione legali? & dic, q acquiritur abſenti, vt per Caſtr.in l.ſi cum dotem.col.1.ff.ſolut. matr.quæ donatio valet etiam facta infanti abſque aliqua acceptatione alicuius,Rub.Alex.conſ.17.ſed Petr.Stella in rep. l.ſi creditores.C. de pign.tenet contra cõem opi.q non poſſit acquiri,nec ex expreſſa,neque ex tacita donatione. Iac.Nigri in rubr.num.21.de verbor.oblig.nu.194. qui ſequitur opin. Bal.de quo plura no.Rub.Alex. in rep.§.morte.ff.de oper.no. nunc.Quid in dominio & poſſeſſione,an acquiratur donatario abſenti añ ratificationem re vel verbo?vide Rui.cõſ.174. lib.1.& dic, q dominium transferꝛ ſine traditione ex contractu cum principe celebrato,Rui.conſ.32.libr. 1. & an conceſſio facta abſenti acquiratur añ acceptationem, not.Grat.cõſ. 127.nu.19.lib.1. Quid ſi adſit ſtipulatio notarij pro abſente, vel ante acceptationem fuerit facta conceſſio alteri qui acceptauit:&an renuntiatio facta fratribus abſentib.valeat?Corn. conſ.135.lib.2.Quid de ceſſione actionum?& dic,q poteſt fieri abſenti, gl.in l.in cauſa.§.ſi in parte.ff.de procur. Alb.in l.3. col.vlt.in fi.C.de noua. cui adde q ẽt pactũ non ſolet prodeſſe abſenti.l.2. C.de pact.ſecus tamen ſi ſit liberatorium ẽt tacitum,Bar.in d.l.2.in fi Rui.conſ.167.nu.15.lib.1. Quid de acquiſitione pœnæ?& dic,eam fieri fiſco ex toto iuramento,teſte Rui.conſ.10.lib.4. Put.

Abſens nõ poteſt propter crimen,quod ipſi abſenti imputatur,diffinitiuè condemnari,vt eſt cõis opi.Nam de iure cõi contumax non poteſt à iudice haberi pro confeſſo & conuicto,vt eſt cõis opin.Clar.q.44.in princ. Sed de conſuetudine contrarium ſeruatur tam de iure ciuili quàm canonic. vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.licet autem. Bonacoſ.

Abſens,vbi imponitur pœna relegationis,vel alia inferior ꝑt procedi ad ſententiam ↄ abſentes, vt eſt cõis opi. Oſaſcus, deciſ.Pedemon.105.nu.8.communem dicens. Bonacoſ.

Abſens poteſt damnari, non tamen deueniri poteſt ad annotationem bonorum à relegatione infra,etiam ante lit.con teſtatam,ſecus ſi ſuprà,vt eſt communis opin. de qua Boſſius tit.de requir.reis.nu. 1.col.2.fol.264. Bonacoſ.

Abſens & impeditus non tenetur in cauſis arduis mittere procuratorem,communis eſt opin.Chircouius conclu.communi.centuria.1.conclu.1. Bonacoſ.

Abſenti ex ſtipulatione iudicis acquiritur,qñ interponitur in iudicio, ſaltem qñ interponitur ſuper his, quæ pertinent ad officium iudicis.Vtputà accipere cautionem,ne talis à tali iniuriatus offendatur,vt eſt communis opi.de qua D.Hercul. de Sylueſtris,Ferrar.conſ.97.nu.10. inter conſ.crim.diuerſorum per Ziletum.tom.2. Bonacoſ.

Abſentiæ cauſas volens proponere,non requiritur,q hẽat mandatũ.Præpo.in c.ſi qñ.2.q.6.n.21.cõem dicit. Bonacoſ.

Abſens, lite non cont. iis de criminibus nequit iure ciuili condemnari, quibus corporis pœnæ indicuntur:vt frequenter Doctoribus probatum inquiunt Ant.Gom.meus olim iuris Doctor.in l.27.Tauri.nu. 1. Boſſ.tit.de requir.reis. nu. 1.in fi. idemque Pontificum iure receptum affirmat Ab.in c.veritatis.n.20.& 27.de dol.& cont.at in iis, quibus pœnæ nomine, vel relegatio, vel quid etiam relegatione minus infligitur,ritè cõdemnabitur, commune interpretum dogma aiunt Bald.in fi.Sal.nu. 14.in l.abſentem. C.de accuſ. & ij,quos laudat Clarus optimè de vtriuſque iuris ſtudioſis meritus in pract.§.vlt.q.44. Suarez.

Abſens quibus in criminum cauſis iuxta ſtatuti formam damnari poteſt,& procurator eius nomine interuenire poterit.commune axioma recenſet.Ang.in l.pen.§.ad crimen.fall. 9.ff.de pub.iud.&qui eum retulit Aug.ad Ang.de malefi.ver. q iudex videns,& vberrimè hanc rem agens Iul.Cla.in pract. §.vlt.q.33. quin & iiſdem in cauſis pro abſente iudex ſuamet ſponte probationes inducet: vt frequenter iuris auctoribus placitum aiunt Alex.nu.20.Rip.nu.74.& ſeq.in l.3.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.& qui id diligenter explicat Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.61.ver.ſed hæc quidem. Suarez.

Abſens, atque ignorans effecta, & acquiſitiones, quæ legi alicui accepto ferri debent,conſequitur, vt commune aio ex Ang.& Anc.quos laudat & ſequitur Aymon.in rub.nu.77.ff. de leg.1. & iis,quos alleg.Alc.in c.cum contingat. num.121. ver.ſecundo quia.de iureiur.& vide ꝑ.verſ.legis lucra,& effecta. Suarez.

Abſenti reip. cauſa reſtitutio ad appellandum conceditur: vt communem eſſe opinionem ait Aret. conſ.160. nu.6.late Tiraq.de retract.lign.§.35.gl.4.n.46. amicus noſter Nic.Ant. Grau.ad Veſtrium l.8.c.3.nu. 20.efficiétque huiuſmodi reſtitutio vt abſentiæ, impedimentiúe tempus de medio ſubmoueatur, vt receptũ aſſerit Balb. de præſcr. par.6.q. 1.caſu 22. nu. 26. peti tñ ea debet ꝑ. quatuor annorum ſpacium abeo tpe auſpicaturum, quo vel læſio maiori in ætate cõplebitur: vel impedimentũ euanuerit:vt frequens doctorũ enunciatũ fatur idem Balb. eod.in loco,nu. 27. nec oberit ſi longiſſima antea cucurrerit preſcriptio,vt communem ſententiam enũtiat Tiraquel.d.§.35.gloſ.4.nu.40. Suarez.

Abſentiæ cauſas propoſiturus non eget mandato, vt cõe placitũ infit Præpoſ.in c.ſi qñ, 2.q.6.nu.21.& qui ea de re accurate differit Iul.Clar.in pract.§. vlt.q.33.ver. ſed nunquid. egebit tñ ſi tanquam procurator velit defendere, vt receptũ aſſeuerat Iaſ.in l.is qui.nu.6.C.qui teſt.fac.poſ. Suarez.

Abſente parte,ratificatio actus fieri poteſt, & abſenti prodeſt,quia pendet duntaxat à volũtate ratificantis,licet ex huiuſmodi ratificatione ratificans obligetur, vbi certè præſentia partis non requiritur aliquo pacto,ſm Cyn.in l.ſi in fraudẽ.in fi.C.ſi in frau.patr. vbi refert hoc idẽ tenere Iac.de Are. & Pet.eandémq; opi.tenet & ſequitur Bar.in l.Põponius.n 1. ff.de neg.geſt.& in l.quo enim.§.rem hẽre.in fi.ff rem ra.hab. Alex.cõſ.126.in fi.vol.5.Deci.cõſ.281.& 297.& in l.ſemper qui non prohibet.nu. 10.ff.de reg.iur.Io.de Ana.conſ.85.& iſta eſt cõis opinio, prout ſcribit Cranet.in tract.de antiquitate tẽporum,in 1 par.nu. 123.in ver.abſens.& circa hoc poſſet in medium proferri vnum exemplũ dictæ cõi conſonum in approbatione teſtamenti facta per filium preteritũ quæ abſque dubio aliquem prodeſt hæredi inſtituto etiam abſenti,ſiquidẽ actus approbationis vt ſ. docuimus) depẽdet à ſola voluntate approbantis:exemplum hoc refert Angel.in §.ſi verò expreſſim.in auth.de hered.& fal.duo alia exempla ſimilia,ac prædictæ communi opinioni concernentia refert Bart.in d.l. Pomponius.nu. 1. F.Viuius.

PRO. Abſens in criminalibus nec accuſare nec accuſari, nec dãnari põt.in l.abſentẽ.C.de acc.& in l.abſentẽ.ff.de pœ.

OB. Primò contrà,abſens accuſare poteſt,per l.quãuis indubitati.C.ad legem Iul.de adult.vbi mulier in quæſtionibus confeſſa de crimine petit accuſatorem in officio publico cõſtitutum præſentari,quo tñ abſente ↄ ream fertur ſententia.

SOL. Specialis ibi eſt caſus ratio ſpecialitatis eſt duplex ibi. Prima, quia accuſator abſens erat in ſeruitio reipublicæ. Altera quia iam rea confeſſa erat de crimine.

OBIEC. Secundò cõtrà,q abſens poſſit damnari,eſt tex. in l.ſeruum.§.publicè.ff.de proc.vbi vbicunque damnari põt abſẽs,ibi & defendi põt:ergo pſupponit ibi abſentẽ ↄdẽnari.

SOL. Põt abſens ↄdẽnari in pecuniaria pæna, & etiã vſq; ad relegationẽ.nõ pœna capitis:d.l.abſentem.§. 1. ff.de pœn.

OB. Tertiò,ad idem obſtat l.nec diu.C.de pœn.vbi de venali perfidia apparitores etiam abſentes damnãtur. Speciale ibi in eo caſu contra apparitorem.

PRO. Abſens cauſa ſtudiorum,abeſſe non videtur.l.quæſitum.vbi Bart.ff.de leg. 3.

Abſens cauſa ſtudiorum, integrè debet fructus ſui beneficij percipere, c.ſuper ſpecula.extra de magiſt.c.tuæ.de clerie. non reſid.& c.2.de priuil. in 6. exceptis tamen diſtributionibus quotidianis.in c. licet.de præbend.in antiq.

PRO

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRO. Absentia causa studiorum est iustissima, in l. necnō. ff. ex quib. cau. maior.

PRO. Absentia ei. qui reipub. causa abest, non obest. l. j. ff. ex quib. caus. ma. nisi dolo malo & data opera abesset: vel. l. itē 1. & l. qui data opera. ff. eodem titulo. I. Bellon.

ADDITIO. Ita etiam dicit Ang. in l. liberto. §. litē in iudicium. ff. de neg. gest. vbi quilibet amicus sicut pōt in causa criminali allegare absentiam amici. l. seruū quoq;. §. j. ff. de pe. ita & in ciuili causa. probari autem tūc etiam debet absentia per ipsum allegantem, vt ibi per Ang. in §. 1. nu. 3. nec talis allegans tenetur appellare nisi procurator fuerit, Quid autē si fuerit inimicus ille allegās? Vide Ang. in d. §. litē. n. 2. I. Fichar.

Limita hanc communem si velit defendere tanquam procurator: quia tunc non admittitur sine mādato, Ias. in l. is qui. nu. 7. C. qui testam. fac. pos. communem dicit. Villalob.

ADDITIO. Hanc limitationem sublimita in duobus casibus, primò q̄ hoc intelligat in causis ciuilibus, cum in criminali procurator non audiatur nisi in pecuniariis. Ang. in l. seruum quoque. §. publicè. nu. 1. & 6. ff. de proc. Secundò sublimita, nisi de potestate & licentia Principis absoluta procurator compareret, sed de ordinaria non posset, Ang. ibid. n. 5. Inn. in c. veniens. de accu. m. in l. pen. §. ad crimen. & ibi Alex. ff. de pub. iud. cum aliis. & hæc est communis. Contrariam tamen opi. tenuit Bar. in d. §. publicè. qui licet inspecto toto corpore iuris ciuilis, vbi is ferè semper & vt plurimum, verè nec mendosè locutus fuit, Nihilominus aliquibus in locis (paucissimis tamen) errauit: cuius opi. nō seruatur in practica. cùm quandoque bonus dormitet Homerus, prout in d. §. publicè. vbi dicitur procuratorem admitten. in causa criminali ad innocentiam excusandam, cuius opin. non seruatur, vt ibi dicit Ang. & alij sequūntur, ac alios errores, qui in seq. additionib. venient in proposito adnotabo. Quorum errorum aliquos etiam collegit Mart. Laud. in quodam libel. Notularum Bart. & Ant. Nic. recollegit. contrarietates eiusdem, in suo lib. contrariet. Bart.

De iure regio habes l. 10. tit. 5. pag. 3. & l. 5. & 14. lib. 1. titul. 10. For. ll. de quo per tex. in c. 1. de proc. q̄ coniuncta persona, quæ non excedit quartum gradum: & maritus pro vxore, & socius pro socio, & cohæres pro cohærede, & alij, de quibus in d. ll. cum cautione admittuntur de rato, tam ad agendum, quàm ad defendendum. Extraneus autem solùm admittitur ad defendēdum cum dicta cautione. Et citra d. l. 10. nota vnū, q̄ si à principio egit sine mandato, & lis est contestata, non petita cautione, q̄ amplius per reum non pōt peti cautio, quod videtur contra l. licet. C. de proc. cùm exceptio falsi procuratoris possit opponi etiam post litē contest. vt concludit Alex. ibi cum reddat iudicium retro nullum, sed tamen pro concordia, dic, q̄ d. l. 10. loquitur, cùm coniunctus agit pro coniuncto, & concordat cum l. Pomponius. §. fi. ff. de proc. gl. in c. 1. de proc. de quo per Bologn. in add. ad Io. de Ana. cons. 104. post Cyn. in l. inuitus. C. de proc. Lex autem, licèt, loquitur in extraneo agente sine mandato. de materia falsi procuratoris, vide Io. de Ana. cons. 96. & Bologn. in addit.

Nota etiam, q̄ licet maritus possit agere pro vxore sine mandato, tamen si semel mandatum recepit, amplius non potest agere sine mandato, Ias. in l. maritus. C. de proc. nu. 8. communem dicit. I. Fich.

Absentia intitulati. Allegans causas absentiæ intitulati ad eum excusandum, quia nō compareat, admittitur etiam sine mandato vel satisdatione, sm gl. quæ dicitur singularis in l. in eo. §. 1. ff. de reg. iu. Ang. & do. Sandilia. in l. seruum quoque. §. publicæ. ff. de proc. Inn. in c. veniens. ext. de acc. nisi sm eos allegaret causas absentiæ iuris, vt q̄ locus non est tutus intitulato, vel iudex non est competens. Ignoratur enim, an intitulatus talibus exceptionibus vti velit. ideoque sine mandato non admittitur. Ballo. decis. 177.

Absentia vel alia iusta causa cum ignorantia concedit restitutionem in integrum, secundum communem per Bursat. cons. 61. nu. 7. lib. 1. post Alex. cons. 163. nu. 3. lib. 2.

Absolui in iudiciis non p̄t quis vbi adest iusm, & quis incurrit periurium, vt excipiat contra instrumentum, si talis absolutio detur per ordinarium. Ab. in c. 1. extr. de iureiur. quia tunc necessaria est absolutio pontificia. Et quando concessa est absolutio per ordinarium, etiam quis in periurium incidit: dic q̄ eo casu absolutio est nulla: & iudex etiam laicus de invaliditate cognoscere potest. ex not. in ca. 1. de spons. Ferrar. caut. 11. Et q̄ periuro non concedatur absolutio à iuramento. scribit Ias. in l. Labeo. ff. de iureiur. Fed. de Sen. cons. 300. factum. Rom. cons. 226. Deci. cons. 151. nu. 11. vbi q̄ causæ cognitio adhiberi debet quando conceditur. Curt. sen. cons. 44. & ibi col. 7. vbi dicit q̄ errāt iudices ecclesiastici qui absolutionem concedunt, vt quis agere possit, nisi fiat causa cognita & parte vocata. Anc. cons. 382. Prædictam conclusionem q̄ iudex secularis possit talem absolutionem spernere, sequitur Deci. cons. 82. Et q̄ iniusta absolutio teneat, vel excuset à periurio, not. Ias. in l. patre furioso. nu. 16. ff. de his qui sunt sui vel al. iu. l. nec quicquam. §. vbi decretum. n. 24. ff. de of. procon. & leg. vbi diuersimodè loquitur. Et an pars sit citanda, Dec. in c. qua fronte. nu. 9. de appel. Quòd autem periuro non prosit absolutio à iuramento. not. Fel. in c. 1. de iureiur. Et an & quando absolutio peti possit per Dec. cons. 452. quibus adde q̄ quando quis petit se absolui à iuramento, non potest eodem libello petere contractum declarari nullum. Soci. in l. rogasti. §. 1. ff. si cert. pet. vbi q̄ coram eodem iudice petenda est declaratio nullitatis instrumenti, coram quo petita est absolutio à iuramento. Qua in materia absolutionis, quando, qualiter, & per quos concedi possit, pulchrè docet Anc. d. cons. 382. aliqua ponit Affli. decis. 30. Et licet Papa non possit iuramentū sine causa tollere: potest tamen ad tempus illud suspendere, vel quo ad vnum actum absoluere. vt per Io. de Selua, tract. iuram. in princ. vers. limita. de quo etiam not. Deci. cons. 350. & in rub. extr. de iudic. col. 1. & 2. Quid de iuramento appositio super illicito? vide per Alex. cons. 222. col. 3. lib. 2. Et q̄ absolutus non ligetur, per Corn. cons. 78. col. 2. libr. 1. Curt. sen. cons. 44. quæ absolutio ab episcopo iurantis cōceditur. Cald. cons. 6. 91. & 182. & ille absoluit à iuramento, qui potest condemnare ad obseruantiam. Fel. in c. cum inferior. col. 2. de maior. & obed. & non est sine causa concedenda. Cald. cons. 110. Quid si iurauit absolutionē non petere? Cald. cons. 505. Curt. sen. d. cons. 44. & dic q̄ remanet obligatio ex contractu, licet sit concessa absolutio à iuramento. Ab. d. c. 1. de iureiur. Cor. cons. 45. 60. & 71. libr. 2. Bald. & Soc. in l. hæc scriptura. ff. de cond. & dem. Quid de absoluto qui iurauit ɔtra legem? Alex. cons. 125. lib. 1. & cons. 38. lib. 4. Ab. cons. 5. & cons. 107. lib. 2. & periurus non opponit, teste Aret. in §. equè. Inst. de excep. Et reseriptum dicitur surreptitium, vbi non est facta mentio iuramenti, Bald. & alij in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. Alex. cons. 38. lib. 3. Castian. Put.

Absoluere non debet iudex reum diffinitiuè, quādo habet conscientiam ɔ reum, & accusator non probasset. Sed tñ debet absoluere ab obseruatione præsentis iudicij, q̄ intellige, quando non fuisset aliquis terminus accusatori assignatus ad probandū. Sed quando fuit assignatus, & non probauit, tunc communis est opinio, q̄ iudex debet ipsum reum diffinitiuè absolnere. Capr. reg. 32. nu. 33. Bonacoss.

Absoluere potest proprius prælatus, etiamsi extra inclaustrum religiosus percusserit, vt est cōis opi. de qua Soc. sen. in c. officij. nu. 118. de pœn. & rem. & deficiente priore, aut qui similem locum habeat, est recurrendum ad proprium episcopum. vt est communis opi. ibi. nu. 125. Bonacoss.

Absoluere potest sacerdos parochus ab excommunicatione maiori, vt est communis opi. de qua D. Hiero. à Monte, in suis quæst. q. 15. nu. 18. Bonacoss.

Absolutus diffinitiuè semel pro delicto, non potest denuò inquietari pro eodem delicto, etiam q̄ noua superueniant indicia, secundum communem per Bursat. cons. 34. nu. 1. lib. 1. ex Claro in pract. §. fi. q. 57. l. si cui. §. iisdem. vbi Bart. ff. de acc. Bos. tit. de sent. nu. 64. post Alex. cons. 11. n. 7. cum apost. lib. 1.

Absolutio à iuramento vbi dubitatur, vtrum quis absolui debeat ab ipso iuramento, vel ne, nullus inferior à Papa potest de hoc cognoscere, vel talem absolutionem facere, secundùm Io. de Im. in c. cùm contingat. in 3. memb. in fi. de iureiu. Alex. cons. 42. vol. 1. & 221. vol. 2. Soci. cons. 115. vol. j. Corn. cons. 71. volum. 3. & hoc idem videtur innuere, & habere pro constanti Affict. decis. 220. num. 9. & 11. & Fel. in c. ex literis Syluani. de spons. Licet ipse, & malè, variauerit, in c. 1. extr. de iureiur. Et absolutio ista nihil prodest impetranti parte non citata, quoniam requiritur citatio in obtinendo absolutionem prædictum, secundùm Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de iureiur. super rubr. in add. fin. Anr. Imol. & Card. in ca. debitores. de iureiur. Fede. de Sen. cons. 300. factum proponitur esse tale. Anc. cons. 190. prædictis subtiliter. Alex. cons. 36. vol. 3. & cons. 90. visis actis. volu. 2. cum aliis cumulatis per Curt. in cons. 43. & cons. 65. vbi concludit q̄ pars semper citanda est, quando absolutio concedi non potest sine causa, quod tenet etiam Soc. cons. 59. vol. 3. nu. 15. & Corn. cons. 45. lib. 2. vbi dicit, & firmat, q̄ semper pars quæ læditur citanda est, quando iuramentum est confirmatorium contractus, & Paul. Castr. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. inquit fatuos esse iudices, qui putant posse absoluere à iuramento confirmatorio, & opi. hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur etiam Alex. in l. hæres absens. ff. de iudic. vbi ponit esse veram, & eandem magis communem asseuerat, sequendo, & approbando Marsil. in repet. l. de vnoquoque, nu. 193. & seq. ff. de re iudi. & consulendo Io. de Amicis cons. 34. nu. 7. & seq. & pro ista parte ait se pluries consuluisse Cardi. in d. c. debitores. Licet Doct. in c. 1. de iureiur. videātur ponere regulam, absolutoriam à iuramento posse concedi parte non citata, & ꝙ habilitatio seu absolutio à iuramento quo ad effectum agendi fieri possit, etiam parte non citata, & est communis opinio omnium scriben. teste Alciato, in d. c. cum contingat, nu. 124. & magis cōmunem fatetur Afflict. in d. decis. 220. nu. 10. Nihilominus quo ad numerum illustrium Doct. iudicio meo, prior opinio videtur magis communis, ideò rationabiliter dixit eam magis communem Marsil. in loco prę citato, & eam tanquam veriorem, & communiorem ipse sequor, & amplector, & sequitur quoque pluribus rationibus, atque limitat in sex casibus Tiraquell. in tract. res int. al. ac. in limit. 30. Sed vbicunque pateretur absolutio à iuramento ad finem, & effectum dissoluendi contractum penitus, & omninò citatio requireretur, & necessaria esset absque dubio aliquo, secundum Doct. omnes vno ore, in d. c. cùm contingat, vbi Alciat. meminit istam esse communem opinionem. Et dato, citra veri præiudicium, ꝙ concedi possit absolutio à iuramento interposito in contractu ex causa iusta allegata in rescripto Apostolico quo ad effectum agendi absque partis citatione secundū communem præmissam, tamen si Papæ fuit obreptum, vel subreptum in impetratione huiusmodi absolutionis, talis absolutio non valet, neque tenet. Et iudex secularis potest cognoscere de istis causis, & subreptionibus absolutionis prædictę à iuramento, secundum Anchar. cons. 382. retento ordine, vbi tenet ꝙ iudex secularis non obtemperat ecclesiastico iudici, nisi. quādo ipse processit iuris ordine seruato, aliàs secus, & sequitur Fel. ad id plura adducens, in c. cū sit, de foro competen. & sic oppositione facta per partem ꝙ absolutio est subreptitia potest de hoc cognoscere iudex secularis, & ita fuit decisum per sacrum consilium Neapol. fm Afflict. in dicta decis. 220. nu. 9. & 11. Ideò aduertere debent impetrātes rescripta à summo Pontifice ab absolutione à iuramento quo ad effectum agendi, vt petere debeant relaxationem à dicto iuramēto nedum ab vno, sed ab omnibus iuramentis prǽstitis in contractu, seu contractibus gradatim, ordinatim, & successiuè, ac explicitè & expressè, non autem relatiuè, & implicitè, fm Socin. in dict. cons. 59. nu. 10. & Fel. in d. c. debitores, vbi allegat Bald. in l. 2. ff. de iureiur. in repet. Et similiter animaduertere debeant impetrātes isti absolutionem à iuramento, vt faciant mentionem in rescripto apostolico, ꝙ impetrans ipse iurauit in contractu ei non contrauenire, sed oia, & singula vera esse, & nō petere absolutionem, etiam ad effectum agendi, vbi hoc in contractu ipse promisit modo, & forma, vt ſ. & predictis clausulis appositis, aliàs hoc non expresso specificè, absolutoria contra tale iuramentum non valet, & sic impetrans iste non est absolutus, neque habilitatus, fm Bald. & Io. de Imo. in l. hæc scriptura. ff. de cond. & demon. Curt. in d. cons. 43. & Socinum in d. cons. 59. nu. 10. Ant. & alios in d. c. 1. de iureiur. & Afflict. in dicta decis. 220. nu. 11. & seq. Cæterùm casu, quo quis habilitatus esset à iuramento ad effectum agendi, atque excipiendi, censeretur quoque absolutus ad effectum rescindendi contractum, secundū Paul. Cast. cons. 250. volumine 2. Afflict. in constitu. obscuritatem. sub nu. 24. rub. 40. lib. 2. & sacrum regium consilium Neapol. teste Afflicto decis. 322. Dominus. sub nu. 11. & seq. In contrariam verò partē videlicet, ꝙ necessariò peti debeat iterum absolutio, & ꝙ prima nequaquam sufficiat, inclinauit Fel. in d. c. 1. de iureiur. & Rota Bononiēsis, vt deducit Petrus de benitendis decis. 14. quidam fuit absolutus, quorum quidem opinionem tanquam tutissimam, verissimamque ipse sequor. F. Viuius.

Absoluere potest solus Episcopus incidētem in canonem, Si quis suadente diabolo. de sententia excommunication. vt est cōis opin. de qua D. Hier. à Monte d. q. 15. n. 17. Bonacosſ.

Absolutio excōmunicationis valet, non seruata forma iuramenti, vt est cōis opi. d. Hiero. à Mon. q. 15. n. 37. Bonacosſ.

Absolutoria lata in vno casu, non obstat in alio casu. vt est communis opin. de qua Bossi. tit. quomodo procedatur per excep. Bonacosſ.

Absolutus semel in iudicio criminali, de eodem delicto sæpius quæri non debet, cōmunis est opinio Clar. q. 57. in prin. quod intelligitur, si fuit absolutus, quia verè non deliquit, secus si fuisset absolutus, quia probatum non fuisset delictum. Clar. ibi vers. Et hæc quidem amplia. Et in dubio quis censetur absolutus per sententiam, ex eo, quia non fuit probatum, & quando fuit absolutus, quia crimen non commisit, debet in sentētia simpliciter absolui & diffinitiuè. Sed si absoluitur quia non est probatum, absoluitur in sententia, cum clausula, Rebus sic stantibus. prout stant. Et si superueniant noua indicia, semper ꝓceditur, secus si fuit simpliciter absolutus. Clar. q. 62. vers. Forma autem. vide ſ. in vers. sententia. Si quis tamē fuit absolutus ab offensis, culpis & pœnis præteritis & sub certis pactis, hoc adiecto, ꝙ non auderet de cætero similia attentare, & si secus faceret, reincideret ipso iure in primas pœnas, vtrum, si ꝓtraueniat, incidat in primas pœnas? Vide per Bart. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. de quo Alex. ibi nu. 16. Bonac.

Absolutus reus in foro canonico de crimine, quod est vtriusque fori potest puniri, etiam à iudice laico, & econtrà, vt est communis opi. Cla. q. 57. vers. Sed hic occurrit. Bonacosſ.

Absolutus semel inquisitus non potest amplius accusari, cōis est opi. Clar. q. 37. vers. procedunt. Ruin. cons. 34. lib. 4. n. 5. cōem dicit. Et ibi defendit reum, qui bannitum de ciuitate Ferrariensi occidit extra territoriū Ferrariense, statuto Ferrariensi nō refrangante, ga non debet puniri, seu saltem puniri pœna statuti loci in quo bannitus fuit occisus, vel de iure cōmuni, vt est communis opi. de qua ibi Rui. nu. 10. Et not. ꝙ si iudex est dubius, puta, si habet sufficientia indicia contra accusatum, qui pluries tortus non est confessus, nō debet eum diffinitiuè absoluere. Saly. in l. si qui, nu. 6. C. ad l. Iul. de adult. Amplia superius dictū etiam de iure canonico, Clar. ibi. vers. Sed hæc quidem amplia in denunciatione. vt est communis opi. Clar. ibi. ver. idemque amplia etiam si à principe fuerit liberatus, & gratia dispensatus. Fallit, si fuit in loco delicti condemnatus, & etiam in loco originis contumaciter, quia non sufficit gratia ab vno ex principibus loci, vt est cōis opi. Clar. q. 37. vers. Habet etiam. Si autem quis fuit absolutus in foro pœnitentiæ, poterit nihilominus vlterius etiam de illo crimine accusari & puniri. communis est opi. Clar. d. q. 37. vers. sed nunquid. Bonacosſ.

Absolutus, quia non commisit crimen, obstat exceptio rei iudicatæ, secundum communem opinionem de qua Bossi. tit. de sentent. nu. 77. Aliàs secus, vt ibi, vide Paris. cons. 150. nu. 24. in. 4. vol. Bonacosſ.

Absolutionem excōmunicationis petens ad cautelam extra iudicium nō fatetur delictum. Secus si in iudicio. extra iudicialiter inquam, & non solenniter, sed ad cautelam, ad mitigandum dolorem partis, vel ex quadam humilitate, & tunc non præsupponit culpam. cōmunis est opinio, vt per Corset. in add. ad repert. Abb. in ver. absolutio. nu. 7. Idem si petatur venia, Blancus in repe. l. fi. n. 308. ff. de quæst. & in pract. crim. q. 49. ver. Sed hic incidēter. Et magister meus D. Alcia. in cōs. 108. nu. 10. & seq. libr. 5. vbi ampliat, etiam in eo, qui gratiæ, aut clementiæ Principis se submittit, ga iuri suo ideò renuntiare non videtur, vide Fran. Mar. decis. Delph. 389. n. 2. in 2. par. & vide infrà, ver. gratia. Bonacosſ.

Absolutoria. Probato dominio per agētem rei vendi. sed non possessione aut derentatione in conuento, est tantū absolutoria ferenda, & non declaratoria dominij, per casum in c. Raynaldus, in §. pen. cum gl. vbi, in verbo, petitis, extr. de testamen. Licet gl. videatur tenere contrarium in l. si à te. ff. de exce. rei iud. per illum tex. in §. si quis fundum. Panor. autem quem sequitur Fel. in c. pen. ext. de excep. dicit primam opinio. procedere, quando antequam constaret de iure actoris, constat reum non possidere aut detinere. Secundam quādo prius de iure actoris constat, & post apparet reum non possidere, vel detinere. Balb. decis. 73.

Absolutio ab excommunicatione valet, & tenet etiam nullo pstito iuramento ab absoluto secundum gl. in c. cùm desideres. de sent. excom. cum qua sentiunt Abb. cæteriq; cōiter ibi teste Decio in c. quæstioni. nu. 5. de appellatio. vbi ipse sequitur quoque istam communem, & limitat. Sed hoc, iudicio meo, absque dubio ꝓcederet in excommunicatione iniusta, & non aliter, quia absoluendus ab excommunicatione iniusta, iuramentum ipsum præstare non tenetur, secundum glo. fin. in c. ab excommunicato, de rescript. quam sequuntur omnes Doct. communiter, vt meminit ibi Barbar. nu. 61. & seq. F. Viuius.

In Absolutione à iuramento, vel etiam in simplici habilitatione requiri partis citationem. Hoc magis communiter teneri à doctoribus attestatur Hippo. Marsi. in repeti. l. de vnoquoque. nu. 163. ff. de re iud. vbi allegat Maria. Sozi. in repet. Rub. de dila. & Socin. in cons. 59. in causa. vers. præterea talis. vol. 3. plenè in hac materia loquentem. F. Turza.

PRO. Absurdum est euitandum in iure: valet enim argumentum

mentum ad absurdo euitando.l. ratas. C. de rescind. vend. in l.nec audiendos ff.de ope.lib.l.nam absurdū.ff.de bo.lib.in c. 1.de cle.non resid.in 6.in c.de maiorib. extra de præb.I.Bell.

PRO. absurdum est quem redire ad id cui renunciandū putauit.l.si quis iusiurandum.C.de reb.credit.

PRO. Absurdum videtur, licere eisdem partim iudicium defuncti comprobare, & partim euertere. l. nam absurdum. de bon.libert. I.Bello.

PRO. Abundans cautela non nocet:superflua enim non vitiant actum.in l.testamentum.in fin.C.de testa.in l.si seruo, in fi.ff.de adim.leg.in l.pediculis.in §.Labeo.ff.de aur. & arg. legat. vbi non mutat substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio.& in l.quæ extrinsecus.ff. de verb. obl. in reg.non solent.ff.de regul.iur.

OB.Contrà,inutilis adiectio vitiat actum.in l.actus legitimi.ff.de reg.iur.& in §.seruus alienus.Inst.q testa.tut.dar.pos.

SOL.Vbi superfluitas est contra formam,& naturā actus, est vitiosa,vt ibi:aliàs minimè,vt hic intelligitur. I.Bell.

Abusiua inuestitura quando,scilicet Dominus inuestit aliquē traditione ensis,vel anuli,non transfertur possessio feudi in vasallum,sed censetur illi data licētia,vt eam propria auctoritate apprehendat. Communem dicit Iulius Clarus lib. 4.Sent.§.feud.q.26. R.P.Fich.

Accedens ad hostes,non vt eis auxilium impendat,nec ad iacturam domini,sed vt sibimet prosit,ne offendatur,dicitur dolo carere,& non esse in culpa,vt est communis opi.de qua Rol.à Valle in cons. 1.nu.9.in 3.vol.vide Osascum in eius disputatione,post decisiones Pedemontanas. Bonacoss.

Accessus ad solutam nō est propriè adulterium sm cōem & veriorem quam not.Rol.cons.74.nu.12.& seq.lib.1.Dec. cōs.311.col.2. licet largo modo cum soluta dici adulterium fateatur idem Rol.d.cons.nu.20.cui accedit Guid. Pap.cons. 159.tametsi contrarium videatur velle cons.153.col.2.Quę omnia plenè tractat Osasc decis.119.vbi num.4.concludit vxoratum ad aliam accedentem, fornicatorem esse, & adulterum:qa iure diuino nullus coitus admittitur nisi cū vxore.

Acceptilatio vni ex pluribus correis expressim singulariter indulta aliis correis nec oberit, nec proderit vt magis frequenter placitum affirmat elegantis doctrinæ, atque eruditionis vir egregius,& mihi multis nominib.obseruandus Io. Ronchengallus Guold.in l.2.nu.11.ff.de duob.reis. Suarez.

PRO. Acceptilatio est imaginaria solutio. §.item per acceptilationem,Instit.quib.mod.tol.oblig. I.Bell.

PRO. Accessorium sequitur naturam sui principalis.l.cū principalis.ff.de reg.iur.c.accessorium,de reg.iur.in 6.

OB.Contrà de l.1. C.de iudi.vbi sublato principali contractu,non tollitur accessorium.

SOL. Hic loquimur de accessorio,quod non p̄t esse sine principali,quo sublato,tollitur & accessorium:ibi de accessorio qd̄ p̄t esse sine suo principali,ideo sublato principali, non tollitur accessorium,vt ibi not.gl.quæ approbatur cōiter.

PRO. Accessorium cedit principali.l. & si non sunt.in §. perueniamus.& l.si quando.ff.de aur.& argen.legat.

Accessorium an extincto principali extinguatur?dic q̄ sic, si principale est extinctum iure communi:secus si iure speciali vel singulari.ita Doct.in apostil.ad Bart.in l.in summa.§.Lucius.ff.de cōdict.indeb,vbi loquūtur de restitutione facta super principali,an extendat ad accessorium.& fac. quæ ad eūdem not.Doct.in l.Lucius.ff.de constit.pecu.vbi si instrumētum est nullum,nulla etiam est cōfessio in eo apposita.Q̄ñ aut tem inspiciatur principale,licet accessorium maioris sit valoris,vide Bart.in l.si in emptione.nu.2.ff.de contrah.emp.vbi ponit exempla notab.In qua materia,& q̄ñ attendatur principale ante accessorium,vide Bart. in l.fi.§.Titia.ff.de liber.leg. in l.1.ff.de rer.permut.in l.si cui.§.si à filio. ff.de leg.1. Ias. de iur.emphyt.col.84.vbi q̄ pœna adiecta à statuto,intelligitur de actu principaliter intentato, non autem secundario.& in prælud.feu.col.10.Barb. cons.2.cons.4.col.5.lib.1.Alex. cōs. 113.col.fi.lib.2.cons.1.lib.3.& cons.4.cons.7.col.pe.& fi.eo. Ang.tract.malefic.vers.cum vno stocho.col.1.& 5. Put.

PRO Accidens non potest esse sine suo subiecto.l.2.ff.de vsufruct. I.Bellon.

Accrescendi ius in successione feudali locum non habet, communis est,l.Claro vbi suprà.q.77.

Accrescendi Ius locum habere in feudis à Principe simul concessis,magis cōem dicit Iul.Clar.§.feud.q.77.V.Sed certè contrarium tenent Cy.in Lvnic.in fi.C.quando non pet. par. & Apostil.ad Alex.cons.10.nu.8.lib.1.

Accrescendi Iuri in emphyteusi regulariter locus non est. Claro ibid.q.39. P.Fichar.

Accrescendi ius in hæreditatis emptorem, aut alium non generatim succedentē non transit, tametsi in legatis honestatos transeat commune ponūt Ias.n.106.Rip.n.90.Poli.n.44. Crot.nu.44.in l. re coniuncti.ff.de leg.lib.3. Suarez.

Accrescendi iuri tum locus nullus est,cum portionis defectus hæredis culpæ, delictoue adscribitur,vt communem opinionem esse renuntiat Ant. Gom.de testa.c.10.n.30. Suar.

Accrescendi ius, & in emphyteusi, & in feudo silet. communia refero infra ver.emphyteusis.& ver.feudum. Suarez.

Accusare licet pœnitentē de delicto.Hāc dicit cōem Fran. Areti.in c.accusasti.nu.5. de accusa.in antiq. B.Villal.

Accusatio, sicut & inquisitio, debet continere locum, & tempus.Aret.in c.qualiter,& quādo.*el secundo.*§.debet.n.115. de accus.communem ait. Idem.

Accusatores plures quando non persequuntur suam, vel suorum iniuriam,si velint vnum accusare, parte opponente, Iudex debet eligere vnum, qui persequatur accusationem, si tamen pars non opponit, valet iudicium, communem testatur idem Aret.in c.olim.nu.10.de accus.in antiquis. Idem.

Fallit si plures constituunt procuratorem ad accusandum, tunc procurator nomine omnium prosequitur causam, vt ipsemet Aret.ibidem cōem dicit, & respōdet ad dictum Bart. in l.pen.§.ad crimen.ff.de publ.iud.dicens q̄ quando accusator non prosequitur suam, vel suorum iniuriam: non potest instituere procuratorem.Quod intelligit,quando accusator non se deberet inscribi ad pœnam talionis,secus tñ,cùm per obligationem suorum causam iam p̄sequitur,qd̄ not.Idem.

Accusare regulariter potest maior vīginti annis, quamuis sit minor vigintiquinque, vt notat, & firmat Bart.post gl.in l.2.in verb.pupillus.ff.de accusat.quorum sententiam ait esse cōem Abb.& Moder.in c.1.de accusat. vbi eam comprobāt hac ratione, qa qui potest in criminalibus testificari, multo facilius potest accusare, maior enim habilitas in teste quàm in accusatore,requiritur, quia crimina per testes, non autem per accusatores probantur,c.licet Heli.desimonia,c.de cætero & fi.de testi.sed maior 25.annis potest in criminalibus testificari.l.in testimonium,cum ibi notatis.ff.de testib.ergo & cætera. Imò valet argumentum de teste ad accusatorem, argumento notatorum per glossam,& Bart.in l.qui iudicio.ff. de accusat. quod procedit affirmatiuè hoc modo qui admittitur ad testificandum in criminalib.ergo & ad accusandum admittetur c.testes.4.q.3. F.Viuius.

Accusare non potest infamis infamia iuris, & sic ab accusando omnino repellitur.l.qui accusare.ff.de accus.vbi Bart. & c.infames.6.q.1.& idem Bart.in l.infamem. ff.de pub.iud. Sal.& omnes Legiste communiter in l.criminis.C.qui accus. non poss.Ang.in tract.maleficiorum.in ver.ad querelam Titij j.scripti super ver.accusare non potest ille,qui est infamis. nu.23. Abb,nu. 7. & omnes Canonistæ communiter in c. 1. de accusatio.& opinionem istam dicunt esse cōmunem tam Legistarum,quàm Canonistarum Modern.ibi,& Hieronym. Chucalon in addit.ad Ang. in tract.malefic.in loco præcitato, & illa dicitur infamia iuris ne ignorentur termini præmissæ cōis secundum Abb. in d.c.1. quæ est secundum leges ciuiles,vel ipso iure, prout ipso iure quis infamis efficitur,vt in l.1.& seq.ff.de iis, qui no.infam.vel mediante sententia,vt habetur in l.infamem.ff.de pub.iud.& in c.prohibentur. 2.q. 2.& in d.l.qui accusare. Et ille infamis, seu potius infamis ex damnatione publici iudicij minimè potest in exceptis criminibus accusare, vt per gl.elegāter in l.qui iudicio.ff.de accus. quam sequitur Bart.ibi,& Beroius in d.c.1.nu.43.vbi recitat communiter approbari, quāuis regulariter inhabiles in criminibus exceptuaris admittātur ad accusandum.l. famosi.ff.ad leg.Iuliam maiest.l. mulierem.ff.de accus.& notat Spec.in ti. de accusatore.in §. 1.circa finem. Idēque obseruari videmus in infami infamia facti,qui ab accusando repellitur, secundū gl.Abb. nu.7.& omnes Canonistas cōiter in d.c.1.Gofr.in c. omnipotens Deus,de accus.& Spec.in d.§.1.& opinio ista p̄cedit de iure Canonico, & est communis, vt per Mod.in c.1. Sed de iure ciuili iste infamis infamia facti accusare potest, & ab accusatione ipsa nullo pacto repellitur secundum Bart. in d.l.qui accusare.nu.7.Abb.Maria.Soc.& Io. de Im.in d.ca. 1.& istam scribunt esse cōem opinionem Beroius ibi nu.44. & Hier.Chucalon in add.ad Ang.tract.de malefi.in loco 3.citato,& ista infamia facti dī,quando est læsa fama,seu æstimatio alicuius p̄ factum ab eo commissum apud bonos,& graues viros, vt per Dyn.in c.infamib.de reg.iur.li.6. & Bart.in l.1.de iis qui no.inf.& dicit Bald.in l.neminem.C.de incest.& inutil. nupt. q̄ habens vnam vxorem, & vnam concubinam est infamis ipso facto,& non admittitur ad accusandum.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

publico crimine, & similiter habens duas concubinas, qa infamis est, vt voluit glossa secundum eum, in §. fin. in fine, in authentica, quibus modis naturales efficiãtur legitimi. imò iste concubinarius accusare non ꝑt eum, qui eius concubinam carnaliter cognouit, nisi esset eius patronus secundum Bart. in l. si vxor. in principio. ff. de adulter. & ibi per Alexan. Item subditus non potest accusare suum superiorem, & præsertim eo casu quãdo superior in accusatione instituta, vel instituenda aduersus eum opponat, ꝙ subditus iste est criminosus, vilis opinionis, & malæ famæ, ita voluit Abb. in c. nulli episcoporum, nu. 7. de accusatione, vbi refert ita tenet Innocent. & cõmuniter omnes. Idemque videmus in seruis, familiaribus & libertis, qui nullo modo accusare possunt eorum patronũ seu dominum. l. pen. & fin. C. qui accus. non poss. & ita firmat Ang. in dict. tract. malefi. in vers. ad querelam Titij. nu. 27. & Gand. in tractat. de malefi. sub rubrica, qui accusare possunt. nu. 2. imò seruus, vel familiaris ipse non solùm repellitur ab accusando dominum, sed etiam puniri debet. l. iniquum. C. qui accus. non poss. & c. fin. §. si quis. 3. q. vlt. & hoc limitat, declaratque Fely. in quatuor casibus, in dicto cap. nulli, qui tex. intelligitur, ac interpretatur in familiari crimino so secundũ eõem intellectum, de quo per Decium in c. dilecti. de except. Sed si accusatio facta foret à personis istis ꝓhibitis, parte non opponente, certè ꝓcederet & valeret ꝓcessus ſm Doctoreꝭ oẽs in d. c. 1. Bart. & ibi Alex. in l. 1. §. accusationem. ff. ad turpil. Follerius in pract. crimi. in vers. audiantur exceptiones ꝓponendæ per eos, nu. 41. Ang. in dict. vers. ad querelam Titij, nu. 40. & ista est communis opinio teste Aret. in d. c. 1. & Hieronymus Cuchalon in additio. Angel. in d. versi. ad querelam Titij. super nu. 40. F. Viuius.

Accusari potest Iudæus absolutus per pœnitentiam de crimine ante baptismum cõmisso, & sic baptismus ipse non tollit accusationẽ & pœnam delicti. vt voluit gl. Hosti. Inn. Ant. Ab. & Pet. de Perusio in c. gaudemus. de diuor. Card. Alex. in c. deinde. 26. dist. Abb. Maria. & Aret. in ca. de his. extra de accusa. vbi Io. de Ana. & Augustinus Beroius nu. 15. assecuerant istorum opinionem esse magis communem. & idem fatetur Dec. cons. 130. & Marquardus de Susannis in tractatu de Iudæis, & infidelibus, in 3. par. c. 5. n. 1. & additionator ad Tho. Ferrat. in cautela 24. super nu. 4. in litera A. In contrariam verò partem, videlicet, ꝙ Iudæus per baptismum euitet accusationem criminis per ipsum perpetrati, inclinauerunt glo. in c. quod autem. 32. q. 1. Calderi. Ant. Io. de Im. & Felyn. in d. c. de his. & Ruinus in cons. 13. vol. 1. vbi scribit, quòd in iudicis arbitrio residet eligere hanc vltimam sententiam, hoc idem sequitur Marcus Ant. Blancus in pract. crimi. in cautelis ꝙ reis defendendis, cautela 1. n. 1. & seq. & Thomas Ferrat. in d. cautela 24. nu. 4. post medium, vbi refert ꝙ ita tenẽt communiter Theologi, & in facti contingentia mediante patrocinio præstito ꝙ Ruinum cuidam Iudæo effecto Christiano post commissum magnum furtum fuit obrentum Paduæ, & demum istorum opiniones non parum conatur reducere ad optimã consonantiam, & concordiam Beroius in d. cap. de his. num. 15. & 19. sed ego amplector istam vltimam opinionem tanquam magis̃ piam, & canonicam ob rationes citatas & assignatas per omnes Doct. relatos. F. Viuius.

Accusare nemo cum cogitur à quo ofiẽsus est vt commune inquit Didac. à Couarru. li. 1. resolut. c. 2. ad fi. Suarez.

Accusare plures tunc simul possunt cùm illorum vel officij vel alterius vtilitatis nomine interest cõe aiunt Aret. in c. olim. nu. 10. de accusat. hieronym. ad Ang. de malefic. vers. & ad querelam. nu. 65. & qui hac de re accuratè differit Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 8. vbi etiam quãdo plures simul accusari possint, vel vnus pluribus delictis vnum in libellum congestis, infestari queat, cum receptis sententiis memoriæ ꝓdit. Suar.

ACCVSARE potest quilibet qui non est expressè de iure prohibitus, cõem regulam esse dicit Ant. Gom. c. 1. delictorum. nu. 31. Clar. d. §. fi. q. 14. in prin. P. Fichard.

Accusam potest iudex expedire, & nouum quoque processum formare, si accusator ab accusa desistat, vel nolit accusare, ex generali consuetudine ipsi iudici attributa. Clarus q. 3. versic. superflua. Bonacoss.

Accusans testes de falso, & eos producentem, facit vt iudicium ciuile suspendatur, donec super criminali fuerit pronũciatum. Potest tamen in iudicio ciuili ꝓcedi vsque ad conclusionem in causa, sed non sententia ꝓferri. vt est cõis opi. Clar. q. 2. vers. sed quero. Sed non ecõuerso, vt est cõis opi. ibi. Bon.

Accusari quis potest de pluribus criminibus separatim coram eodem iudice, secus, si diuersis iudicibus. Clar. q. 13. vers. item quæro. Et si bona sint publicanda, debet ex dictis bonis interim ali. Alber in l. si quando. C. de ord. cogni. Bonacoss.

Accusari quis potest vno & eodẽmmet tẽpore, de pluribus delictis diuersis, non modo ab alio accusatore, sed etiam ab eodem, qui suam vel suorum prosequatur iniuriam. Et ita hodie indifferenter omnes querelæ admittuntur, communis est opinio. vt per Clar. q. 16. vers. quæro nunquid. Bonacoss.

Accusari potest bannitus pro alio delicto bannitus, & puniri, vt est cõis opinio. Et potest petere saluumconductum ꝓ primo banno, & de secundo se defendere. Clar. q. 16. vers. sed nunquid. communem dicit. Bonacoss.

Accusari potest pœnitens de homicidio commisso. vt est communis opin. Clar. q. 16. vers. item quæro. Bonacoss.

Accusari possunt officiales durante officio, si baratariam ꝓmiserunt, & cõdemnari, & officio priuari, secus si ꝓ delicto, ꝓ quo non essent remouendi ab officio, vt est cõis opi. Clar. q. 16. vers. præterea. idem erit, si officialis foret fur. ibi. Bonac.

Accusari potest ciuitas, vniuersitas, collegium si præcesserit (scilicèt) præuia ꝓsilij deliberatio: Aliàs non. quia puniuntur singuli de vniuersitate. &c. qui tantum deliquerũt. vt est cõis opinio. Clar. q. 61. vers. Vlterius quæro, quomodo puniatur ciuitas. Clar. ibi vers. sed quomodo. Bonacoss.

Accusari potest tutor suspectus, & à quolibet: licet sit priuatum crimen, communis est opi. Clar. q. 17. ver. 1. Bonacoss.

Accusari possunt operarij, Fabri, ac alij laborantes nomine alieno, vt est communis opinio. de qua Plotus in l. si quando. fallit in vndecim casibus, vt ibi per eum. nu. 780. vsque ad numerum 792. Bonacoss.

Accusare ciuiliter potest vasallus dominum, non criminaliter, vt est communis opi. Clar. q. 14. vers. sed quæro. Et no. ꝙ verbum accusare & accusatio habet se ad iudicium ciuile, in dubio autem habet se criminale. Soc. post gloss. in l. qui accusare, nu. 1. C. de eden. plura Corsetus in reperto. Abb. in versi. accusatio. Bonacoss.

Accusare quis non potest alieno nomine, sed suo. Fallit in syndico vniuersitatis, qui potest accusare nomine vniuersitatis, & in iudicio interesse pro vniuersitate, & eam quoque defendere, & ita seruat consuetudo. Clar. q. 14. Bonacoss.

Accusare etiam potest filius spiritualis (filiaster dicitur) ꝓ iniuria, vel offensa facta eius patrino, seu patri spirituali, vt est cõis opi. Clar. q. 14. vers. quæro an compater. Bonacoss.

Accusare potest naturalis filius ꝓ iniuria, seu offensa patri illata vt est cõis opi. Clar. q. 14. vers. quæro an filij. Secus si esset spurius, nisi agnosceret eius proprium patrem vt ibi. Accusant tamen spurij de morte matris, dummodo non sint nati ex coitu damnato, & à lege punibili, vt est communis opi. vt ibi versic. sed an tales. Bonacoss.

Accusare quis per iudicem cogi non potest, si non vult, vt est communis opin. Clar. q. 15. vers. item quæro. benè potest cogi offensus cum iuramento narrare iudicialiter seriem rei, & potest dicere sine querela vel cum querela. vt ibi. Bonac.

Accusare possunt consanguinei pro iniuria illata ꝓsanguineo omnes secundum ꝙ eos admittit consuetudo patriæ, scilicet vsque ad talem gradum, vt est cõis opi. de qua Maranta in sua pract. rit. de inquisitione. nu. 62. Bonacoss.

Accusare de nouo, & iterum quis potest, qui primam ignorauit accusationem, si suam, vel suorum prosequitur iniuriã, & probabitur ignorantia per iuramẽtum ipsius accusatoris, nisi de scientia appareat. Et debet esse verisimilis hæc ignorãtia, & debet subesse aliqua magna causa, & debet præstari fide iussio de omnib. impensis & damnis, in casu, quo delictũ non probaretur. Clar. q. 57. versi. sed pone. Nam aliàs accusatus de crimine, si fuit absolutus, nõ potest iterum accusari. Benedic. de foro Sempr. in reperto. ad Fel. in vers. accusatus. Limita, vt ibi per eum latius. Bonacoss.

Accusare non ideò minus ꝑt tertius illum, q pacem habuit ab offenso, si publicũ sit crimẽ, vel suam aut suorũ ꝓsequitur iniuriam, vt est cõis opin. Clar. q. 58. vers. sed pone. Bonacoss.

Accusare ꝑt adultus, q sit maior 22. annis, etiam si non ꝓsequatur suam iniuriam. cõis est opi. Nouellus in tract. ad defensam. tit. quæ pſonæ accusare non pñt. nn. 13. fo. 38. Bonac.

Accusare licet pœnitentem de delicto. Fran. Aret. c. accusa sti. nu. 5. de accusa. communem dicit. Bonacoss.

Accusarẽ non potest, qui est in peccato mortali, vt est cõis opin. de qua Fel. in c. à nobis. nu. 12. de excep. Ille tamen, qui commisit semel & pluries peccatum mortale, & semper dolet cõmisisse, ꝓponens confiteri tpe debito de talibus peccatis momẽtaneis, non dicitur interim ante ꝓfessionem esse in peccato mortali. Idem Fely. in sermone de indulgentia plenaria, col. 6. vers. & vt diligenter. Sed dũmodò sit peccatum cõtinuatum non accusat, vt per Felinum d. c. à nobis. Et hæc quidem

dem exceptio, Tu nõ potes accusare, impedit litis ingressum, vt per Felinũm in d.c.nu.39. Accusare tamen prohibitus admittitur, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur. Fel.in ca. cum dilectus.nu.7.de accus. Stante igitur statuto, q̃ de homicidio quilibet volẽs accusare admittatur, intelligi debet quilibet, s. qui sit habilis ad accusandum. Curt.iun.in consil.325. nu.13.in 3.vol.& qui ab accusatione repelluntur, enumerantur per Bald. Fusius in rub.C.qui accusare nõ possunt. Bonac.

Accusare quis non cogitur à quo est offensus. Soarez vers. accusare.nu.18.communem dicens. Bonacoss.

Accusare quilibet de populo potest, vbi pœna applicatur fisco. Fallit in crimine furti, qa is tantum admittitur ad accusandum, cuius interest, vt est cõmunis opinio, de qua Romanus cons.152.nu.2. Bonacoss.

Accusare plures simul possunt, cum illorum, vel officij, vel alterius vtilitatis nomine interest, vt est communis opinio. Soarez vers.accusare.nu.19. Bonacoss.

Accusare quilibet de populo potest, quando crimen est publicũ, vt læsæ maiestatis, adulterij, homicidij, parricidij peculatus, falsi testĩ, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarũ, annonæ.& est cõis opi.Clar.in §.7.in prin. Gom.de delic.c.1. n.4. Et ↄ furripientem instrm, vel scripturam vltimę voluntatis publica est accusatio, Bald.in l.instrumenta.C.ad exhiben. Et dicit Clar.vbi s. q̃ omne delictum, qđ principaliter fit in offensam Dei, dicitur publicum & quilibet de populo potest accusare.& ita communiter tenetur. Gom. vbi s. & omne delictum in offensam principis dicitur publicum.& ita cõiter tenetur. Clar.vbi s. idẽ est in quocũque instrumento falso accusat. vt est communis ibi. Clar.& no. q̃ quilibet accusans tenet iurare, Rimi.cons.554.in prin.vol.3.Clar.q.14.in prin. Bonac.

Accusare possunt plures aliquem in eodem libello, vt est communis opin. Clar.q.13. distinguendo, vt per eum. Et plures etiam accusari possunt in eodem libello. ibi. Bonacoss.

Accusare de pluribus criminibus quis potest vnum, aut aliquem, plures verò de diuersis delictis in eod.libello non p̃t, communis est opi. Clar.q.13.vers.sed nunquid. Bonacoss.

Accusare prohibẽtur Clericus, miles, filiusfamilias, seruus, pupillus, minor, mulier, criminosus, infamis, damnatus, excõmunicatus, inimicus, pauper, seruitor, libertus, vasallus, laicus clericum, maritus vxorem, frater fratrem. sed quia iudex potest procedere ex officio non repellũtur hodie, sed iudex ipse procedit ex officio. Et admittuntur supradicti, si suam, vel suorum prosequuntur iniuriam. vt est cõis opin. Clar.q.14.vers. volo etiam, qui nam sui in proposito dicantur, ibi ponit Clar. & cõem dicit. Et not. q̃ iudex maleficiorum p̃t cogere hæredes occisi vt accusent occisorem potentem, Rom. cons.167. Prohibetur & bannitus accusare, & ideo, si aliquem accusat, & accusatus finat labi tempus, vel terminum banni à statuto, non habebitur pro confesso, secus, si per viam exceptionis ex statuto permissæ. Bald.in l.si filius.ff.de interro.actio. Bonac.

Accusare clericus potest, si sanguinis non ingeratur pœna. Fallit, si protestatur, q̃ non intendit agere ad vindictam corporalem. Et tunc non efficitur irregularis. vt est communis opinio. de qua Clar.q.14.vers.dixi. Bonacoss.

Accusare hodie p̃t miles, si suam vel suorum prosequitur iniuriam, vt est communis opi. Clar.q.14.vers.quæro nungd miles. Nouellus in tract.ad defensam.nu.33.fol.42. Bonacoss.

Accusare hodie p̃t filiusfamilias sine consensu patris & in iudicio criminali interesse, siue accuset, siue se defendat absque consensu patris, vt est communis opinio. Clar.q.14. vers. sed quid, abundans tamen cautela non nocet, vt inquit Clarus, si adhibetur eius consensus. Bonacoss.

Accusare potest hodie pupillus, si suam, vel suorum prosequatur iniuriam. cõis est opi. Clar.q.14.ver. dicebam. Bonac.

Accusare possunt minores. 25. annorum, maiores tamen 14. hodie, vt est cõis opi. Clar.q.14.vers.sed quid. Bonacoss.

Accusare potest mulier hodie, si suam vel suorũ prosequatur iniuriam. Et potest accusare mariticidam, vt est communis opi. Clar.q.14.vers.præterea dixi. Bonacoss.

Accusare non potest criminosus, tam de iure ciuili, quàm canonico, s. infamis infamia iuris, & est communis opi. Clar. q.14.vers.dixi. Secũdus est casus. Et criminosus cuius nomen nondum inter reos est receptum de pari, seu minori crimine accusare potest, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur, vt est cõis opi. Clar. q.14. versi. Tertius est casus. & ita obseruat consuetudo totius Italiæ, vt dicit Clar. Reo tñ prius in carceribus detento postquam autẽ eius nomen inter reos est receptum, potest de maiori crimine alium quàm accusatorem accusare, vt est cõis opi. Clar. ibi Reaccusare autem suum potest accusatorẽ, cõis est opi. vt ibi, vbi verò reus in iudicio psona liter constitutus est, semper admittitur querela contra querelam. Siue de maiori, siue de minori crimine agatur quãdo crimina se inuicem contingunt. Clar.ibi. Et quando reus dicatur inter reos receptus, Clar.ibi.ver.sed hic. Bonacoss.

Accusare potest accusatus absolutus suum accusatorem, vt est cõis opin. Clar.q.14.vers.quintus est casus. Bonacoss.

Accusare quando possit infamis. Clar.q.14.ver.eo. Bonac.

Accusare non p̃t excommunicatus etiam in foro ciuili, vt est cõis opi. Clar.vers.quæro nunquid.q.14. Bonacoss.

Accusare non potest capitalis inimicus, nisi suam, vel suorum prosequatur iniuriam. vt est communis opinio. Clar.q.14.vers.vlterius dixi. Bonacoss.

Accusare potest pauper bonæ & honestæ vitæ, & fidei, & non suspectus, vt est cõis opi. Clar.q.14.vers.sed hic. Bonac.

Accusare clericum potest laicus, si suam, vel suorum prosequatur iniuriam, aliàs secus, vt est cõis opi. Clar.q.14.vers. propter. & laicus etiam non admittitur ad ciuiliter ꝓponendum crimen cõtra clericum, cõis est opin. vt ibi. nisi dilapidaret clericus bona ecclesiæ, vt est cõis opi. ibi. Bonacoss.

Accusare laicus patronum clericum institutum in ecclesia non põt, vt est cõis opi. Clar.d.q.14.ver.sed nunquid. Bonac.

ACCVSATOR licet non idoneus sit ad accusandum, nihilominus tamen si pars de eo nihil opposuerit, valet ꝓcessus. Anan.c.1.d.n.2.de accusat. Aret.c.1.nu.21.in fi. quem refert practica Conrad.nu.14. Clar.d.§.fi.q.14.versi.sed pone.

Accusator non probans accusationem præsumitur calumniari. Com.dicit Abb.in c.calumniam.nu.2.de pœnis.per.gl. in c.2.in verb. calumniandi. de calumnia. cõiter approbatũ, vt testat Apostil.ad Ang.de malefic. in verb. & ad querelam. nu.7. Clar.d.§.fi.q.62.vers.dixi s. Et licet accusator prius iurauerit de calũnia, tñ non excusatur à tali p̃sumptione. Com.dicit Abb.in d.c.calũnia. Alex.in ꝓperandum.§.sin aũt vtraq;.n. 21. C.de iudi. Sali.in l.qui crimen.n.14. C.qui accus.poss. Si tñ accusator in tali casu habeat aliqua euidentia indicia ꝓ se, vt famã, vel auditũ à fide dignis. &c. excusabit ab illa p̃sumptione. Com.dicit Abb. cõs.78.nu.1.vers.venio nũc.lib.1. quẽ refert Prącti. Conradi.nu.17. Clar.ibi.versi.sed quid.& sequen.

Accusator tenetur de iure se subscribere ad pœnã talionis. Com.dicit Bertr.cõs.267.in prin.li.4. Duẽnas reg.27.in prin. Marian.in c.sup his, nu.19.de accus. Hodie tamen de consuetudine non obseruatur ista solennitas subscriptionis. Boss.in tit.de inquisitione.n.14. Didac.lib.2.resolut. Duennas d.reg. 27. ves. est tñ notãdum. maximè de iure ciuili. nam de iure canonico adhuc necessaria est huiusmodi subscriptio. vt dicit Cardin. Alex.in c.libellorum in fi.2.q.8. Et notandum, quod etiam maritus accusans vxorem de adulterio, tenetur se subscribere, Com.dicit Anan.in c.cùm dilectus.nu.24.de calumniato. Clar.d.§.fin.q.12.vers.dixi quoque, & seq.

Accusatore mortuo, poterit quinis alius accusationem ꝓsequi, dũmodò compareat intra triginta dies, vel etiam post 30.dies, si velit de nouo accusare principaliter, per se, admittitur intra tẽpus à lege accusationi p̃fixum, ita declarat Bart. in l.libellorum.§.fi.nu.6.ff.de accusat.& est cõis vt dicit Ant. Gom.lib.delictorum.c.j.n.36. Clar.d.§.fi.q.51.vers.quinimò.

Accusatori magis fauetur q̃ reo. cõis est opin. de qua Ias.in l.in pecuniariis.nu.32.ff.de feriis. accusatoris enim appellatione venit propriè is, qui agit criminaliter. Ab.in ca.cum in tua. nu.1.de testibus. quod dicit notãdum propter statuta. Bonac.

Adulteri hodie pœna capitis puniuntur. Sacrilegos enim nupriarũ,Imper.dicente,gladio puniri oportet.l. quamuis.2. C.ad l.Iul.de adult.§.itẽ lex Iul.Instit.de pub.iud.Hip.de Mars. in con.73.nu.26.& Ioan.Millæus,in sua praxi crimin. persequ.in tract de pœn.nu.30.& in tract.pœn. citra mortem. nu. 113. Hanc sententiã communiter approbatam esse dicunt Alex.de Imol.in con.13.nu.3.in 7.vol.& Roland.à Valle, in con.74.nu.8.in 1.Tom consil.Mulier verò adultera verberata,in monasterium detruditur.Auth.sed hodie.C.eod.tit. Io. Caccialupus in l.si qua illustris.nu.20.ad S. C. Orfician. Ioan. Millæus,in suis commen.super consue.Galliæ,in Rub.18.nu. 7.quod quidem intelligitur,quando simplex fuerit adulteriũ. Si verò concurrat qualitas incestus,est pœna capitis, nec per d.Auth sed hodie.est correctum, quòd in l.si adulteriũ cum incestu.& ibi glos.in verb.si adulterium.& Bartol.ff. de adulte.traditur.Ange.Aretin.intract de malefic. in §.*Che hai adulterato la mia dona.* versic. quæ sit pœna adulterij.nu.'44.& Ludo. ui.Carer.in sua pract.caus.crimin.cap. incip.nonò excusatur marit⁹ occidens adulter.nu.4.pag.199.lib.mei.Sed cùm quæreretur à me,an ea pœna de iure & consuetudine Lubecensi, secundùm communiorẽ Docto.sententiã procederet, respõdebã nõ procedere,per ea quæ scribunt Alex. de Imol. in cõ. 99.nu. 13.in 6.vol.con.Hip.de Mars.in con. 101.nu. 50.cũ seq. Io.Papti.in l.omnes populi.nu.268.ver.sextò pœna adulterij. est pœna capitis.ff.de iustit.& iure, in 1.vol.repe.Socy.Iun.in con.34.nu.8.in 2.par.con.Sanctus de Aretio,in con. 50.n.3. in j.vol.cri.con.Sed cũ ea Iuri diuino repugnẽt, si dormierit vir cũ vxore alteri⁹, vterque morietur,id est,adulter& adultera,& aufera5 malũ de Israel.Deuter.22.c.existimauerim talia statuta de Iure diuino non defẽdi posse.ca.sunt quidã.25.q.1. Licet Doct.statuta ista valere arbitrentur, per ea quæ cumulauit Andræ.Tiraq.in tra.de leg.cõnu.& iure marita.in 13.l. gl.j.par13.De pœnis Iuris Diuini,Canonici, Iuris antiqui,& Iuris Codicis,scribit D.& amicus meus summa reuerentia colendus,excellentis virtutis & doctrinæ Iurisconsul.Raymundus Pius Fichardus,in suis collectis Cõmu.opi.in verb. adulterij pœna.nu.19 in To.2.Cõmu.opi.Sed quid an per cõfessionem mulieris adulteratæ & fornicantis ꝓbetur adulteriũ, scribũt ꝓsulẽdo Ias.in con.22.n.3.in 1.vol.con.& Lau.Sylua. post alios,quos ipse allegat ĩ ꝑs. 50.n.42.nõ ꝓbari.Kirchoui⁹.

Adulter clericus deponitur ab officio, ac beneficio, & in monasterium pariter detruditur toto tempore vitæ suæ, vt habetur in c.si quis clericus.lxxxj.dist.& idem tenet glos.& Archi.ĩ c.lator.ij.q.vij.Goffre.Bernar. Lauden.Io.And.Abb. & Imo.in ca.vt clericorum,de vita & honest.cle.Io.de Ana. in c.vt significauit ext.de adulr.& ista est communis opinio, teste Ana.ibi,Io.Ber.Diaz.in pract.crim.clxxix.in prin.& Paulo Grillando in tract.de pœnis omnifariam coitus illiciti.q. vj.nu. 1.cum aliis seq.licet & malè ibi contrarium sustinere, probari eque audeat. F.Viuius.

Adulter cum vxore deprehẽsus, si sit vilis persona,potest occidi, etiam si esset clericus,vt est cõmunis opinio.Clar.in §.homicidium.fallit in foro conscientiæ,quia nec pater adulteram filiã,nec maritus vxorẽ, vel adulterum ita deprehẽsũ, vt est cõmunis opinio. Clar.ibi. ver.sed hæc quidẽ. Bonac.

Adulter in domo propria cum filia,vel vxore deprehẽsus, potest per patrem vel eius virum interfici, sed non per alium eius nomine.communis est opinio Clar.d.§.homicidiũ.versicul.dubium est nunquid. Bonacoss.

Adultera quæ amisit dotem, non potest eam recuperare, licèt sit postea declaratum matrimonium nullum propter consanguinitatem,vel aliud legitimum impedimentum,cõmunis est opinio.Clar.in §.adulteriũ.vers.sed quid. Bonac.

Adultera vxor perdit dotem, quam lucratur eius maritus Clar.d.§.adulterium.vers.& suas. Bonacoss.

Adulter qñ,à qbus,& quomodo impunè occidi possit,cũ multis receptis sententiis tradit copiose Iul.Clar.in pract.§. homicidiũ.ver.dixi etiam.cum sequentibus,cuius industriã hac in re consulant studiosi. E.Suarez.

Adultera vxor ob susceptum crimen,& dotem, & arrhas, & parapherna adiudicanda,amittit. commune dicunt Felin. in capitu.pastoralis de iud.Thomas in l.ij.numer 23.ff.solut. matr.Rip.in rub.ad ti.extra de iudic.Iul.Clar.in pract.§.adulterium versi.& scias,& versi.adde. Viuius lib.j.opi.cccexliij. quod æquè in ea vxore quæ nomine,atque opinione tenus vxor est,atque in vera & iusta coniuge procedet.commune ait numerosa interpretum phalanx,recensa à Did.de Couarru.de sponsal.ij.par.vij.§.vj.numero 1. E.Suarez.

Adulteri puniri debẽt pœna mortis naturalis vltimique supplicij, sm oẽs Doct.p̃ tex.ibi,in l.quãuis.C.de adul.glo.& cæteros, in ca.tuæ,de ꝓcurat.vbi Imol.inquit quòd Legistæ ita comuniter tenent, & istam magis communem fore asseuerat Alex.cons.xiij.nu.3 volu.v j. nec lex ista contra adulteros lata iniqua censeri debet, cùm de ea meminerit in specie Caiet.a in ij.ij.q.lxiiij.artic.xj.Tho.de Palud.in iiij.sententiarum dist. xxxv.q.j. imò similiter lege Mosaica erat statuta eadem mortis pœna cõtra adulteros lata.xx.quoniam adulteriũ est grauissimũ crimẽ,vt p Doct.in c.at si clerici.§ adulteriis

Universidad de Deusto

riis,ext.de iudi.& dicit Bertrā.cons.cccxvj.nu.12.& 14.vol.ff. quid adulteriū crimen est læsæ maiestatis in proximū. & est forte longè grauius, et ita sunt grauissima facinora adulteriū, et raptus & conatus in eis punitur,vt tenet idē Bertrand. cōsilio cixix.nu.1.vol.iij.licet cōtrariū tenuerit Marsil. in rapto, in consil.cv.& hæc mortis pœna in adultero in regno Neap. mutata non reperitur,teste And.de Iser.et Affli.in cōstitutiō. legū asperitate,lib.iij.rub.xliij.& hacmet pœna mortis plectē patur adultera quoque castitatem,et d.l.quāuis,C.de adult. sed iure authēticorū mutata extitit in aliā mitiorē,videlicet, vt adultera verberari debeat,et post modū in monasteriū detrudi,iuxta authen sed hodie,C.de adulter.et notat Placentinus in tract.de accusatio.titulo tertio.nu.decimoquarto,constitutione aūt regni pcitatē,legū asperitate,punit adultera confiscatiōis bonorū pœna,nisi ex mrimonio violato, seu alio filios habeat,traditurque viro suo,vt truncare ei nasum debeat,atque possit,verum si vir hoc agere nolit publicè flagellāda venit.& sic in iudicio probato adulterio conceditur marito vindicta prædicta irrōcationis nasi, si verò in actu ipso adulterij maritus reperit vxorem cū adultero,ambos sine mora ptracta potest impunè occidere secundum constitutio. eiusdem regni,si maritus vxorē,sed aduerte q̄ q̄n maritus recepit mulierem adulteram,& eam reconciliauit, non amplius potest eā accusare,vt voluit Afflict.in constit.qui post crimen in ij. lib. F.Viuius.

ADVLTERVM cum vxore depræhensum, licet alij dicant quod nullo casu liceat marito eū interficere, tamen si vilis persona sit adulter,licet marito illum in domo ppria occidere Com.attestatur Paris.cōs.cliiij.nu.12.lib.iiij.Soci.Iun. cons.xxxiiij.lib.ij.Et si adulter ille clericus sit,marit' eum percutiendo,nō incidit in pœnā can.si quis suadente.xvij. Cōm. dicit Anton.Gomes.super l.lxxx.Tauri.nume.55.Secus tamē est in sponso per verba de futuro.Didac.super iiij.decretal.n. 12.Clar.d.lib.v.§.homicidium.versi.sed quid dicendū. Et hęc quidem procedunt in foro contentioso,nam in foro conscientiæ non licet neque patri filiam, neque marito vxorē, vel etiam adulterum depræhensum,occidere.Com.dicit Didac. super iiij.Decretal.nu.8.& seq.quæ tamen opinio Claro non placet.d.§.Homicidium.verbe sed hæc quidē. P.Fichard.

Adulterum in domo propria cum filia vel vxore depræhensum,licet quidem ipsi patri & marito occidere,vt dictum est,alteri tamen eum ita repertum occidendū mandare non possunt.Comm.dicit August.ad Ang.de malefic.in ver.Che hai adulterato.quē refert Gram.super constituti.Regni.nu. 9.Claud.in l.vt vim vi.ff.de iust.& iur.nu.124.Roland.cōsi. xxxiiij.nu.29.lib.ij.Proprio tamen filio mandari posse, Com. dicit Didac.super iiij.Decretal.nume.5.Ant.Gomes super l. lxxx.Tauri.nu.61.Clar.in d.lib.v.§.Homicidium.vers.Dubiū est nunquid. P.Fichard.

Adulteri pœna in masculo est pœna mortis,Magis cōmunē ait Alex.consi.xiij.attentis.nu.3.libro 7. B.Villalo.

Adultera perdit dotē ex sententia iudicis.Couar.in epi.iiij. cap.vij.§.j.nu.1.communē dicit ex Panor.in cap. plerūque.ij. notab.de dona.inter virum & vxorem.

Nota istam communē ad intellectū l.xv. xli.xvi.par.vij.cō cordat cū hac cōmuni l.lxxxij.in ordi.cau.iūcta.l.tit.vij.li.iiij. For.ll.Et de pœna adulterij,de iure regio vide l.j.ti. vij.li.iiij.& ii.tit.xv.lib.viii.ordi.& quę habes in verbo Matrimoniū.Quā communē intellige tam in vxore vera,quàm putativa.secūdum gl.cōmuniter approbatā in c.plerūque. de do. inter vir. & vxor.quā cōmunē dicit Ioan.Lupus in repet.C. de donat. inter vir. & vxor. §.xxxvi. numer.3.Et idem est in lucris acqsitis,durāte matrimonio,vt habetur in l.iiii.tit.vi.lib.iii.For.ll. quæ faciunt ad declarationē & ampliationē l.j.tit.iii. libr.iii. For.ll.

Nota q̄ exceptio adulterij contra mulierem repetentē dotē durat in perpetuū.Balb' Tract.de præscri.in iiii.part.quęst. ii.communem dicit.nu.9. B.Villalob.

Adultera,etiā bannita impunè occidi pōt, vt est cōmunis opinio Soarez vers.adulteriū,n.85.communē dicit. Bonac.

Adulter nō cēsetur maritus,qui cum soluta rem habet, vt est cōmunis opinio Soarez in vers.adulteriū.n.86.vide tamē Clar.in §.adulterium.vers.tribus.Bonacoss.

Adultera non solùm dotem amittit,sed ēt bona paraphernalia.Com.attestatur Boer.Decis.cccxxxviii.nu 2. Didacus super iiii.Decretal.Bermon.de concubin.nu.43.refert Clar.lib. v.sen.§.adulterium.vers.Adde. P.Fichard.

Adultera quæ dotem amisit,non poterit eam recuperare, licet postea declaratū sit q̄ mrīniū in quo commisit adulteriū,propter consanguinitatē vel aliud legitimū impedimentū nullū declaratū fuerit.Cō.dicit Bald.Nouel.de dote,in vndecima part.in §.hacten*.n.36.quē refert Didacus sup iiii. de cretal.n.1.Anto.Gom.in l.lxxx.Tauri.n.58.ver.ii.refert Clar. in lib.v.§.adulteriū.vers.sed quid. P.Fichard.

Adultera vxor amittit dotem,& maritus eam lucrat.Com. dicit.Alexand.consi.clxxxix.nu. 10.lib. vi.licet Bart. in l. mulier.§.socer ff.de adul.tenuerit,quod maritus nō lucretur dotem nisi prius eā criminaliter accusauerit. sed malè, vt ibid. Apost.Clar.ibid.ver.& scias. P.Fichard.

Adulterā vxorē dimissam recipere cogitur maritus, si post separationē factā fornicatus sit Com. dicit abb.in c.ex literis. nu.11.de diuort.& ad hoc cogi potest nō solùm officio iudicis,sed ēt per actionem vxoris.ita communiter teneri ait Felin.in cap.lator nu.nono versi.limita ii.de re iudicat. refert Clar.d.§.adult.versi.facta. P.Fichard.

Adulterā vxorē, ēt thori separatione facta maritus nihilominus alere tenet,nō em iō definit esse vxor.Com.dicit Car. Alex.in capite. ex parte. versi. sed operepræcium. de sponsal. Clar.d.§.adulterium.versi.facta. P.Fichard.

Adulterā vxorē maritus propria authoritate, sine declaratione Episcopi expellere potest.Com.dicit Barb.in Apostill. ab Abbat.in c.fi.nu.6.de adult. refert Clarus libro v. sent.§. adulterium versi.alia quoque. P.Fichard.

Adulterā mulierē vir pprio auctoritate expellere pōt, vt est cōis opi.Clar.d.§.adulteriū.ver.alia quoque.Si crimē (scilicet) sit notoriū.Alter tñ cōiugū sine pt auctoritate ppria ppter fornicationē,siue malā tractationē,siue alias separare,nisi pręcia snīa lata.Frāc.Mar.dec.514.n.n.15.par.1.cōem dicēs.Bō.

Adultera pdit dotē,si accusat,velvir agat ad separationē ciuiliter,vt est cōmunis opinio.Cla.in §.adulteriū.ver.& scias. vide Grassū cōmuniū opinionū l.j.primo,capite sexto q. 12. & seq.Alex in l.cum mulier.§.j.ff. solut. matri.vbi distinguit, & magis cōem esse testat, ēt si nullū posteà declaret mrīniū ob aliquod impedimentū legitimè pbatū.Et ēt amittit paraphernalia.Itidē & marit' adulter.ibi vers.adde. Fallit ppter osculū luxuriosum,& si pateret sibi poni man' ad mamillas,Clarus ibi.vers.scias aūt. Cumanus consi.175.Et adultera nō pōt de dote testari:qa dos est viri Romanus cons.287.vide Fulg. cons.135.Et no.quod mulier, quæ inducitur ad adulterium, cum auri datione,licet contenta fuerit,tamen inuita reputatur. Et ille qui dedit aurum punitur pœna statuti adulterium puniente. Decius consilio centesimoseptuagesimoprimo, nu.1.in 1.vol.idem si blandis forte verbis. Facit illud Ciceronis,Nihil quidem (inquit) plus mali facere videtur,qui oratione,quàm qui pretio iudicē corrumpit,quod pecunia pēdentē corrūpere nemo pōt,dicēdo aūt pōt,iuxta illud,verba ligant homines.Vnde raptores etiam dicuntur illi qui blādi mētis, verbis deceptorias puellas, nulla vi adhibita,libidinis causa abducunt, vt est communis opinio.Clarus in §.raptus. & infra dicetur.Faciunt lepidissima carmina illa,

Hamantur pisces,sed hamantur sæpe puellæ,
Vnum semper amo,cuius non saluor ab hamo.Bonacoss.

An accusata de Adulterio,& absoluta: possit ab eodem, vel alio super eodem accusari ab alio, & de alio.Respon.Bartolus quòd sic.in lege, tertio §.si mater, ff.ad Carbonia,Soarez ver.adultera.numero octuagesimo. Bonacoss.

Adultera nihilominus à viro debet ali,vt est cōmunis opinio.Clar.in §.adulterium ver.facta autem. Et si maritus interim fornicatur,tenetur vxorem iterum accipere.vt est communis opinio ibi.& cogi potest. Et si cū adultera coeat maritus ei adulterium videtur remittere sciens esse adulteram. communis est opinio,ibi.ver.caueat. Bonacoss.

Adulterium an probaretur,si nudus cū nuda in vno eodē que lecto reperiretur, præsertim si nō solùm ad separationē matrimonii, verumetiam condemnationem atque delicti punitionem ageretur,dubitatum fuit.Et si autem hic casus dubius esse videatur,per ea quæ annotant glo.in l.quod ait. in rebus.ff.ad l.Iul.de adul.& D.Bar.in l.2.§.si simul.ff.eo.vbi ipse inquit. Adulterium directò aliqua ratione probari non posse:quia si videres duos ī vno cubiculo, vel lecto,illud ex præsumptione probandum esset,c.præterea.quod est 27.ex. de testibus.ca.literis.12.ca.tertio loco. 13.extra de præsum. Et idem Barto.in l.capite quinto. ff.eod.nu.2.voluit, si testis diceret, quòd quempiam inuenerit in rebus Venereis,quia inuenit eum in camera solum, vel osculārem,vel tangērem ista sufficere ad probationem adulterij & in l.3.ff.de fur.si aliquis deprehenderetur in ædibus alicuius,vbi pulchra mulier esset hinc adulteriū præsumi manifestum.Nā ī adulterio act' pximus dī,quando qs inueniretur solus & nudus cū sola & nuda,atque ita in materia adulterij ex præsumptiōe Le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis iudicatur,d.c.literis.d.c.tertio.Pet.de Barbobus, in consil. 96.in 1.vol.consi.crimin. Hinc scribitur, quòd fornicatio & adulterium ex facilitate delinquendi præsumantur. Item, ꝙ adulterium furtiuè committatur,Ange.in cons.44.nu.15.& 16.in matri.consi.volu.1,Didacus in Epito.in 4.lib.Decre. 2. par.c.7.§.6 in 1.Tom.Quare consulendo scribit Philip. Cornæ.vir magni iudicij in consi.171.in 2.vol.consi. adulterium non facile probari,quia est actus sui natura multùm secretꝰ, adeò vt esset difficile vnquam posse probare coitum,seu copulam,nisi per quædã extrema arguentia verisimiliter ipsam copulam,vt si testes dicerent,se vidisse amatorem cum sua amica solum in loco secreto,vel nudum cum nuda in lecto.Et hanc communem Doct.opinionem esse,ꝙ directò adulteriũ non probetur,refert Nicol.Bellon.in repeti.Rub.C.de eden. nu.63.Quæ tamen sententia dextrè & cum temperamento est intelligenda,vt,scilicet, quantum ad matrimonij separationem,non autem cõdemnationem, atque delicti punitionem,quãdo criminaliter puniretur,procedat:per tex.expressum in d.l.quod ait.ibi, ἐν τῷ. vbi Budæus Accursium reprehendit,ꝙ non recte illum tex.explicauerit, quia adulterium tum probabitur,quando pudenda in pudendis, vel obscœna in obscœnis sunt posita, ita expressè tradit & explicat Marc. Blanc. in tract.de indi.homicid.ex propos.commis.nu.69 ad l.fi.ff.de quæst.ita quoque consulendo scribit Iosephus Fontanellus,in consi.97.nu.33.in 2.vol.consi. crimi.Rectè igitur Panor.in c cùm non ab homine.nu. 19.extrà de iudi.Bart. in d.l.3.ff.de furt.verbo(manifestum)vtentem, intelligit, quasi ipse probabile dicere voluerit.Licet & Panor.in d.ca.præterea nu. 1.& 2,& in d.c.tertio loco.nu.4.aliter loqui videatur. Cuius sententiam non improbat Deci.distinguendo, in d.c. cùm non ab homine.nu. 10.versi.circa deprehensionẽ.Quæ quidem quæstio copiosiore calamo traditur in tract. Angel. de malef.ĩ §.*Che hai adulterato la mia dona*.pag.75.n.41.42.&43. cuius singulas partes prosequi non est instituti presentis.Præterea Bart.sententia nihil refragatur, quia iura per eum allegata,in d.c.præterea.d.c.literis. d.ca. tertio loco. loquuntur, quando ageretur ad separationem matrimonij. Nam visio, vel deprehensio,solius cum sola,nudi cum nuda,quæ sufficit ad matrimonij separationem,non tamen sufficeret in causa criminali ad probationem adulterij.Ita eleganter & pulchrè consulendo scribit Pe.Phi.Cor.in con.192.nu.11.& 12.in 4. vol.con.vbi ipse inter cæteras authoritates allegat Matth.de Mathesil.in notab. 119. quibus addatur quę scribunt Rosel. inter con.Bal.in con.445.in lib.2.consil.ꝙ adulterium ex eo, ꝙ iuuenis fuit inuentus in camera dispectoratus, & caligis dissolutis, etiã ꝙ mulier teneret ianuam clausam,& negaret iuuenem ibi esse,non proberur,quia non sequitur:ergò talis iuuenis opus Veneris compleuit, cùm potuerit sic agere vt adulteraret,& tamẽ non adulterauerit.Et sic potius videtur probari conatus quidã,quàm cõsummatio delicti. Et Aymo Crauet.in consi.205.nu 21.in 2.par.con.Et est optima ratio præcedentium, quòd etiam ex violentis probarionib.quis pœna corporali non damnetur.l.absentem.vbi Glos.Barto. & alij.ff.de pœn.Et hæc est magis communis opinio, vt per Gãdinũ,in tract.malef.in tit.de præsum.& indi.indubita.pulchrè & copiosè Hippo.de Mars.in repe.Rub.C.de probat.nu. 257.secus verò,si ageretur pœna pecuniaria. Bellon. in dicta repeti.Rubri.C.de edendo,nu.74.& ita me consulente iudicatum esse memini.Laurent. Kirchouius.

Adulterium proprie non est accessus vxorati ad solutam, secundum receptiorem sententiam per Rol.consi.74.nu.12. lib.1.Dec.consi.31.col.2. quod quidem adulterium an sit crimen fori ecclesiastici ponit Bal. in auth. clericus.nu.7.C.de epis.& cler.& ꝙ illius cognitio ad vtrũque forum pertineat not.Abb.ĩ c.cum sit generale nu.21.de foro cõp. D.stingue, vt per eum in c.1.de off.ordin. in c.tuæ.col.fi.de ꝓcur. de quo vide q̃ scribit Rom. sing.674.Iodoc.in prac.crim.cap.89.90. Quid de pœna illius,Dic,vt per Boc. q.297.n.12.13.2.par.cautel.ver.cõsuetudo facit.Aym.consi.137.nu.5.pulchrè ꝑ doc. in apostil.ad Alex.consi.13.col.1.lib.7.Io.Fab.in §.item.lex Iulia,inst.de pub.iudic. Quid de dote mulieris adulteræ: & an vir eam,vel partẽ illius lucretur,& dic,vt per Sylue str.in summa.ver. Dos.nu.16.Boer.q.358.nu.4 nu.5.126. par.2. Rom. consi 286.quibus adde,quod vbi alter coniugũ cõmisit adulteriũ:potest alter inuito fornicario religionẽ ꝓfiteri, & post matrimoniũ copula consummatũ,si vxor fuerit adulterata: potest maritus ea inuita transire ad religionem, nec poterit relicta contra here cum alio,quia adhuc remanent cõiuges quamuis separati ob fornicationem,teste Nat. consilio 116. Quomodo autem proberur adulteriũ.Dic,vt per Rom.cõsi. 91.nu.6.consi.167.col.fi.doc.in apostil.Ad Abb.in ca.præterea in princ.de testib. vbi quomodo probetur fornicatio & coitus:& in capit. literis de præsumpt. Quomodo autem & ex quibus probetur adulterium,& quis iudex possit cognoscere:& plura in materia vide per doc.in apostil.Ad Abb.in c. cum non ab homine col.5.de iudi.in c.cum sit generale nu. 23.de for.compet.vbi quis iudex possit cognoscere de adulterio,& ibi vide plures pœnas adulterij, & an mulier quæ est adulterata: possit per hæredes viri de adulterio accusari, quid si accusata fuit à viro ciuiliter,quid si criminaliter,& qd amittat,& Dic,vt per Doc.in apostil.ad Abb.in c.i.nu.3.vt lit non contest.

Adulterium est crimen priuatum, & eius accusatio nõ est permissa,nisi certis personis,vt est communis opinio.Clar.in § adulterium.ver.est autem hodie. Bonacoss.

Adulterium dicitur,etiam cum sponsa alterius cognita.vt est communis opinio.Clar.d.§.adulterium.ver, sed hæc omnia. Bonacoss.

Adulterium pluries committens cum aliqua,vnica pœna est puniendus,vt est communis opinio.Cla.in,d.§.adulteriũ. versi.sed pone.Nam ex multitudine coitus vnum est adulterium,vt est communis opinio,de qua Soc.senior.in cap. non ea quæ,nume.14.de pœnis.Soarez versic.adulterium.numero 84. Bonacoss.

Adulterium non probatur per testes, qui viderint virũ super mulierem in reipsa.cum possit esse,ꝙ vir sit impotens,seu mulier arcta,vt est cõmunis opinio, de qua Gratus responso 50.nu.ij.in ij.vol.Marsil.consi.xxviij.nu.v.in j.vol.vbi commũnem dicit. Bonacoss.

Adulterij damnatio masculis est mors, vt est cõmunis opinio.Soarez ver.adulterii.nu.88.vide tamen cum.Alc.cõsi. 13.num.3.lib.7. Bonacoss.

Adulterij transactio non tenet,si tamen fit cũ pœna,admittitur.cõis est opinio.Soarez ver.adulterij.nu.90.& 91.Bona.

Adulteriũ non cõmittit vir cognoscens carnaliter mulierem nuptam, quæ ante matrimonium fuit meretrix, & post matrimoniũ perseuerauit in vita meretricia.Secùs,si cessasset,& cũ viro honestam vitam duxisset.Cla.in §. adulteriũ. vers.quæro nunquid,communem dicit. Bonacoss.

Adulterij pœna de iure diuino ex lege Mosaica est mors vtrique:gen⁹ aũt mortis erat lapidatio.De iure aũt canonico adulter & adultera excõicatur. Et mulier detruditur in monasteriũ,si maritus nõ vult eã recipere, vbi perpetuò residet. Clericus aũt adulter deponitur, & in monasterĩũ detruditur perpetuò. vt est cõis opinio. Adulter aũt de iure fforum. deportatur,sed de iure Cod. vlt.supplicio punitur,vt est cõis opinio.de iure verò authenticorũ adultera virgis ceditur, & in monasteriũ detruditur.& si intra biennũ maritus eã nõ recipit,debet effici monacha.& ibi perpetuo stare.Masculus autẽ vltimo plectitur supplicio,vt est cõis opi.Hodie aũt ferè vbique gentiũ est pœna pecuniaria,vt est cõis obseruantia ex statutis Italicis,Clar.in §.adulterium.vers.sed quæro.Et propter adulteriũ põt agi ad separationem thori,& ad dotẽ,& donationẽ pp nuptias.Clar.d.§. adulteriũ,ver.alia quoque.Bonac.

Adulteriũ puniri,docet l.j.ff.de extraord.crim.imò & iure gentiũ prohibitũ dicit tex.in l.si adulteriũ cũ incestu.§. stuprũ circa mediũ.ff.de adult.Mulier aũt quæ cõmisit adulteriũ, de dote restari non põt:quia ipsa pertinet ad maritũ vel filios,teste.Rom.consi.286.cui adde ꝙ crimẽ adulterij est mixti fori. c.clericis.vbi Inno.& Abb.de excess.prælat.Soc.vbi Abb.col. 9.declarat in c.cũ sit generale de for.cõpet.Barb. in trib. vlt. consi.lib.4.& vide Paris.consi. 54.lib.4.

Causa autem adulterij ad separationẽ thori,& ad repetendã dotem per vxorem,vel lucrandam per maritũ,pertinet ad iudicem ecclesiasticum,teste Dec.cõsi.212.Et de pœna adulterij vide Bart.in l.quãuis,c.de adulter.Archid.35.q.4.c.adulterij malum. Maiuer.

Adulteriũ quomodo probetur, vide per Rom.consil. 91. nu.9.& consi.164.col.fin.

Adulteriũ vbi alter cõiugũ cõmisit,põt alter inuito fornicario religionem profiteri:etiam post matrimonium copula carnali cõsummatũ:nec poterit relicta contrahere matrimoniũ cũ alio:quia adhuc remanẽt cõiuges quãuis separati ob fornicationem.Si autẽ quæratur an maritus hoc facere possit propria authoritate.distingue,aut adulteriũ est publicũ & notoriũ & tunc potest:aut nõ est manifestũ,& tunc requiritur sententia ecclesię declaratoria:iuxta veriorẽ sententiam, per Nat.consi.116.Reuerende pater.

Adulterium mulieri dotem repetenti non possunt mariti hęredes obiicere,vt cõe dicũt Rip.ĩ l.ij.nu. 9.ff.sol. matrim.

Universidad de Deusto Biblioteca

Anto.Gomez in l.Tauri.lxxx.nu.68.at in contrariũ doctores crebrius tuisse ajunt Aret.& Alex.in l.rei iudicatæ,§.hæredi, solu.matri.Boer.decis.ccxxxviij.nu.7.& congesti à Did.à Couarru.de sponsi.ij.par.c.vij.§.vj.nu.9.quibus non iniuria accessit Costanus de dotibus.c.6.nu.27.cũ sequentibus.E.Suarez.

Adulteriũ non inde iuris pœnis minus plectitur,q̃ mulier quæ cum susceptũ est,proscripta fuerit,ac necari impune potuerit,vt cõmune doctorũ placitũ asseuerant Deci.in ca.quæ in ecclesiarũ,nu.16.de constitutio.Gig.de pension.q.xviij.q.2.Iul.Clar.in pract.§.homicidium.ver.sed an stante.E.Suarez.

Adulteriũ sæpè sæpius cũ eadẽ muliere suscipiens pœnas illi statuto indictas semel tantũ luit.vt cõmune affirmant Did.à Couarru.libro 2.resolut.c.x.nu.8.ad fin.Iul.Clar.in prac.§.adulterium,ver.sed pone. E.Suarez.

Adulteriũ patratũ is indulsisse maritus videtur,qui illius gnarus, rem postea cũ vxore habuerit,vt cõe latè ait Didac.à Couarru.de sponsi.ij.par.c.vij.nu.7. E.Suarez.

Adulteriũ non cõmittere intelligitur, qui alterius maritus cũ alia cœlibe fœmina rem habet,vt ex multis cõe ponit Iul.Cla.in pract.§.adulteriũ.ver.tribus aũt modis. E.Suarez.

Adulterij causa ad vtriusque fori iudices æquè spectat,vt frequenter placitũ testantur Alc.in ca.j.nu.18.de offi.ordin. Iul.Clar.in pract.§.vlt.quæst.xxxvij.ver.quæro. E.Suarez.

Adulterij damnatio masculis mortem infert.cõe aiunt Alex.cõs.xiij.nu.3.lib.vij.Marquard.de iudæ,ij.part.c.iij.nu.12. sed quæ olim fuerint,quæ esse debeant, & qui hodie adulterij pœnæ nullæ sint,explicat diligẽter ex receptis interpretũ sententiis Iul.Clar.in d.§.adulterium versi.sed quæro, quę sit pœna. E.Suarez.

Adulterij exceptio, aduersus mulierem repetentem dotẽ nullo temporis cursu tollitur.vt cõe inquit Balb.de prescrip. iiij.par.quæst.ij.nu.9. E.Suarez.

Adulterij transactio & si improbetur,tamen & post impositã pœnã admittetur,vt receptũ ait Purpur.in l.trãsigere nu.71.C.de transl.& hodie semper rata,ac firma erit vt attestatur Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lviij.ver.excipitur.eo iustissimè Iuris sanctiones moribus,ac doctorũ nugis deuenerũt. E.Suarez.

Adulterij conuictus eius cum vxore patrati,quẽ non offẽdere sub pœna promiserat, & si alias iure pœnas luere debeat pactã pœnam haud pendet.vt cõe inquiunt Catus inter cõs. criminal.consilio xcix.nu.13.lib.1.August.ad Ang.de malefi. ver.chai adulterato.nu.60. E.Suarez.

Adulteriũ non cõmittitur si quis habuerit rẽ cũ vidua, cũ illud dicatur violatio alterius thori, quasi ad alterius thorũ accessio.c.lex illa.ver.adulteriũ verò.36.quę. .Marian.Socy. Sen.in rub.n.3.& in c.2.n.5.ext.de adul.Phi.Dec.in c.at si clerici.§.de adulteriis.nu.2.ext.de iud.Sed stuprũ, quod propriè dicitur cum vidua vel virgine.l.inter stuprũ.ff.de verb.sig.cũ similib.adductis per Dec.in d.§.de adulteriis. nu.1. cuius pœna est publicatio dimidiæ partis bonorũ,si persorna honesta sit.§.sed eadem l.Instit.de pub.iud.Alex.de Imo,in consil. 13 nu.4.in 7.vol.cons.Ang.in tract.malefi.in verb. *Che hai adulterato la mia dona*.ver.quæro,quid sit pœna stupri. nu. 53. Hipp. de Marsi.in cons.83.nu. 9.& Tho.Gram. in voto 17. nu. .Si verò humilis fuerit persona,tunc est pœna coercitionis corporis cũ relegatione.d.§.sed eadem l. Iul. Azo in sum.C.ad l. Iul.de adult.ver.nunc de stupro dicamus.nu.23.Alexan. in d. consil.13.Rolan à Valle,in consi.35.nu.23.24. 5.& 6.in 2. Tom.con.Guil.de Cu.in l.raptores.C.de epi.& cle.quem refert Thomas Gram.in voto.4.nu.23.inquiens, Quòd si quis cognouit virginẽ vel viduã sine violentia,& sine armis, non habet locum pœnæ raptus:sed si est nobilis,debet amittere dimidiam partem bonorũ:si autẽ vilis, debet corporaliter puniri non tamen vt moriatur.d.§.sed eadẽ l. cũ ibi in textu dicatur,sine vi stupraverit.Ideò talis pœna non excedit relegationem.Idque etiam procedit, etiãsi mulier honesta volens cognita fuerit,quia habebit locũ talis pœna siue volens, siue nolens,cũ præsumatur seducta bonis verbis.l.vnica §.1.C. de rapt.virg.secus si violentia interuenit. d.l.vnica.Quod latiùs declarant Andr.de Isern.in titu.quæ sint regalia.in verb. contrahentium incestas nuptias. nu. 40. ver. multis videtur hoc esse verum.Alber.de Gandino in suo tract.malef.sub rub. De multis quæstionibus dependentibus à statutis quæ incidunt circa maleficia.versi.item pone quæstionem de facto.nu. 9. Hipp.de Marsi.in suis sing.ing.65.Ioã.Caccialupus in l.si qua illustris.C.ad S.C.Orfi.Lud.Carerius in sua pract.crim.§.circa igitur quartum de stupro.nu.5.cũ aliis seq.pag.lib.mei.205. Follerius in pract.cri.in verb.& si confitebuntur.ver.ad quorum corroborationẽ.nu.16.Ex quibus apparet hanc cõem sententiam Docto. esse, quo iure etiam vtitur, si Iudæus tale delictũ cũ Christiana vidua vel virgine perpetrasset, vt pulchrè consulendo scribunt Alex.de Imo.in d.con.13.& Rolã in d.cõs.35.quorũ dicta & ratiões nõ trãscribo.Kirchonius.

Adulteriũ vtique est crimen vtriusque fori, & ideò iudex ecclesiasticus & laicus pro eo punire possunt. vt est cõis opinio.Clarus quæstione trigesimaseptima,ver.quęro nunquid. Nisi quando ageretur de separatione thori,quia spectat cognitio ad ecclesiasticũ iudicẽ tantũmodò.vt ibi per Clarum. Suarez.ver.ad adulterium.nu.87. Bonacoss.

Adulteriũ præsumptiuè probatur, cũ directè & specificè probari non potest,vt est cõis opinio per Roland. à Valle in consilio quinquagesimo,numer.secundo in 1.volumine. Et quomodo,ponit Corsetus in repert.Abb.versi.testes,licet vnus post alium.nu.4. Bonacoss.

Adulteriũ mulieri dotem repetenti, non poterunt opponere hæredes, vt est cõis opinio. Soarez in vers.adulterium. nu.81.Contrariã tamen cõiorem esse dicens. Quatuor sane sunt iura,quę de adulteriis loquuntur.Primò ius diuinũ quo adulter & adultera occiduntur.Deuter.21.33.q.5.c.hæc imago.cum §.seq.item ius fforum.quo non erat certa pœna statuta.Itẽ ius Codicis,quo fuit statuta pœna capitis tam in viro quã in muliere, licet in textu non appareat de muliere. in auth.vt nulli iudi.§.si quando,quæ est C.de adulte.Auth. sed hodie.in vito cõmittente adulteriũ non mutatur. vt ibi not. per omnes.ita Ioan.Fab.in §.item lex Iulia.Instit.u. de public. iudi. Bonacoss.

Adulteriũ cõmissum videtur remisisse maritus, qui sciens rem postea habuit cũ vxore,vt est cõis opinio.Soarez versic. adulterium.nu.85. Bonacoss.

Adulterij exceptio aduersus mulierẽ repetentẽ dotẽ, nullo temporis cursu tollitur.Soarez vers.adulterij.nu.86.cõem dicens. Bonacoss.

Adulterij conuictus cũ eius vxore patrati, quẽ non offendere sub pœna promiserit,& si aliàs iure pœnas luere debeat pactã pœnã haud pendet.cõis est opinio.Soarez versi.adulterij.nu.91. Bonacoss.

Adulteriũ an dicatur cõmitti cũ muliere nupta,quæ tamẽ sit meretrix,& Dic,aut talis meretrix quæ virũ assumpsit cessauit à vita meretricia: & honestè cũ viro vixit, & hoc casu adulterium cũ ea cõmissum accusari potest, & puniri,aut verò postq̃ matrimoniũ contraxit, perseuerauit in ea meretricali vita,& tunc vir,illam carnaliter cognoscens:aliqua pœna puniri non debet,& hæc opi. hodie cõiter obseruatur teste Clar.lib.5.sent.§.adulteriũ.ver.quæro nunquid.Quo verò ad ipsam meretricẽ adulteriũ cõmittentẽ: dicit capic.q̃ in ea est punibile,Decis.44.Dec.in c.pastoralis.col.vl.in prin. Sed contrariã veriorẽ dicit Clar.vbi supra ex tex.in l.si ea,C.de adult. Illud aũt quod dicitur de mulière luxuriosa, an locũ habeat generaliter etiã si esset nupta,distingue,vt per.Dec.d.c.pastoralis col.pen.in fi.& col.fi.in prin.de iud.

Adulteria an mutua compensatione cõpensari possint, ardua & ambigua est quæstio,sed circa explicationẽ hui' quæstionis duo sunt explicanda, quæ quotidiè in controuersiã vocantur.Et nõ dubiũ est de iure Diuino,& Canonico,& Ciuili,matrimonia propter adulteriũ retractari posse.Ita videtur textus expressus,si rectè intelligatur in capi. Euangel.S. Matthęi,At ego dico vobis,q̃ quisquis repudiauerit vxorem suam,nisi causa stupri,efficit vt illa sit adultera,& quicunque repudiatã duxerit,adulteriũ committit. & Matth. 19. Quod Deus copulauit,homo non separet.Et paulò pòst,Quòd quicunque repudiauerit vxorem suam,nisi ob stuprum, & aliam duxerit,is committit adulterium,&c. Dixit Dominus. 2.q.1. c.præcepit.12.q.5.& per multos alios textus eiusdem causæ.q optima ratione induci possunt.Dicit enim Christus:Quicũq; dimiserit vxorem suam,& aliam duxerit,excepta causa fornicationis,mœchat.Ergo à cõtrario sensu, Qui propter fornicatiõis causam,vxorem dimittit,& aliã ducit,nõ mœchatur. Loquimur autem de innocente.Quòd si nocentem post multas admonitiones recipere ad consortium noluerit,sed se ad aliud matrimonium conferre voluerit,ei hoc licere etiam nocente viuente,Quia dictum Christialiter intelligi non posset ad hoc vt exceptio sit de regula, & intelligatur in terminis, regulæ prohibentis aliam ducere, ergò in casu exceptionis permittitur aliam ducere.l.nam quod liquidè.ff. de pœnalegat.Iason eleganter in l.final.numero.8.& 9.ff.quòd quisque iuris. & Dec.in consilio.151.numero 7. Ineptum enim videretur,quod principium loqueretur de ducente aliam, & exceptio loqueretur.solùm de separatione thori.Et quid multum dubitandum?Est text.expressus in c.vxor.32.quæstio.7.qui textus est sumptus ex Commentariis D.Ambrosij,super Epistolam

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam Pauli ad Corint. Vxor à viro non discedat, nisi causa fornicationis, q̃ si discesserit, aut maneat innupta, aut reconciliẽ tur viro suo, & vir similiter non dimittat vxorem, ideò non subdit de viro, q̃ de vxore præmisit: quia viro licet ducere aliam. Similiter in c. Apostolus. in fi. ead. cau. & quæ. ibi, Dominus autem permisit causa fornicationis vxorem dimittere, sed quia permisit. Fatetur igitur D. Augustinus in eo textu, Quòd Deus permiserit tali casu vxorem relinquere, & aliam accipere. Andr. Barbat. in cõsi. 64. nu. 11. in fi. & nu. 12. Probatur & hęc sententia manifesta ratione. Nam si diceremus nõ esse licitum aliam ducere, sequeretur q̃ quis cogeretur peccare, quod est inconueniens, cùm vxorem adulteram cognoscere non liceat. c. si quis vxorem. 22. quæst. 1. c. si vir sciẽs. Hęc & similia ex Canonibus facilè cumulari possent. Alias & plures rationes adducit Basil. Monnerus, in tractat. de matrimo. c. 5, de diuortio, quid matrimonium dirimat.

De iure autem ciuili quoque non dubium est, cùm etiam plures causæ sint, propter quas permittebatur matrimoniũ dissolui. l. consensu. C. de repu. §. quia verò plurimas. in Auth. vt liceat matri vel auię. §. si vero. Basil. Monnetus d. loco.

Hanc sententiã multos, magnæ authoritatis & eminentis doctrinæ Theologos etiam nostro tempore approbare scribunt Hieronym. Schurpf. in consi. 57. in 1. Cent. Quod quoque est repetitum inter consilia feudalia, in fi. consi. 10. in ordin. Melchior Clinus, in tracta. matrimonia. causa. in vlti. cap. de redintegratione. & Conradus Mauser. in explicat. tit. Institut. de nuptiis. §. fi. versic. quantum igitur ad primum attinet pag. 120. & 111. nec aliter acceptum fuisse illud Christi dictũ in veteri Ecclesia, ex Origene, Augustino, Hieronymo, Iustino Martyre, Ambrosio, aliisq̃; perspici licere, tradit VVesenbec. in suis Paratit. in 11. titu. de diuort. & repud. pag. 305. & ante illum Eras. Roteroda. in suis annota. in nouum Testam. c. 7. 1. Epist. ad Corin.

Alij autem contrariam sententiã sequuntur, licet propter fornicationem & adulterium vir possit dimittere vxorẽ, vel econtrà, tamen per hoc non dissoluitur vinculum matrimonij, sed solùm fit separatio thori, & ita cohabitationis coniugalis. August. in lib. 2. de adulterin. coniug. q̃ postea refertur in c. licitè. 32. quæst. 7. licitè dimittitur vxor ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris. & in cap. Apostolus. Apostolus dicit his, qui sunt in coniugio, Præcipio non ego, sed Dñs, vxorem à viro suo nõ discedere, q̃si discesserit manere innuptam. & in cap. fieri põt. Fieri põt vt vir dimittat vxorem causa fornicationis, quam exceptam Dominus esse voluit. Iam verò, si nec illi nubere conceditur viuo viro suo, à quo recessit, nec huic alteram ducere viua vxore sua, q̃ dimisit, multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra cõmittere. & in c. quemadmodũ. 32. quæstio septima. asserit Augustinus: Quemadmodum non rectè dici potest, si nescit homo non peccat (sunt enim peccata ignorãtiũ, quamuis minora q̃ scientium) ita ẽt nõ rectè dici põt, si causa fornicationis dimiserit vxorem vir, & aliam duxerit, nõ mœchatur. Est ẽm mœchatio & eorum, qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus, sed vtique minor q̃ eorum, qui non ꝓpter fornicationem dimittunt. & D. Hieron. in d. c. dicit Dominus, 32. quęstio. 1. cuius verba omnia sunt asscribenda, quæ in priori membro, sicut in aliis capitulis omissa fuerunt. Dicit Dominꝰ in Euangelio: Quicunque diuiserit vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Sola fornicatio est, quæ vxoris vincit affectũ, imò cũ illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatiõe à marito sepafauerit, nõ debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat: dicente scriptura: Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Vbicunque igitur fornicatio est, vel fornicationis suspicio, liberè vxor dimittitur, & quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faciat innocenti, & ob secundã copulam nuptialem veteri copulæ crimen impingeret: sic priorem iubetur dimittere vxorem, vt prima viuente secundam non habeat: & capit. omnes. eadẽ caus. & quæst. Omnes causationes Apostolus amputans, apertissimè definiuit viuente vero esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, mattis prestationem, patris authoritatem, propinquorum cateruam, seruorum insidias, & parentum: damna rei familiaris. Quamdiu viuit vir, licet adulter sit, licet Sodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus tamẽ est reputandus, eius, scilicet, cui alterum virum accipere non licet. Non hæc Apostolꝰ ꝓpria authoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi verba secutus est, qui ait in Euangelio: Qui dimittit vxorem suam (excepta causa fornicatiõis) facit eam mœchari, & qui dimissam acceperit, adulter ẽst. Vñ & Apostolus grauem coniugij sarcinam intelligens, si ita est (inquit) non expedit homini vxorem accipere, ad quod dñs, q̃ põt hoc capere capiat, statimq̃; sub exẽplo triũ eunuchorũ virginitatis infert beatitudinẽ, q̃ nulla lege carnis retinet.

Et harũ decisionũ hæ sunt rationes, quia coniugiũ quo ad vinculũ matrimonij est indissolubile. d. c. licitè. 32. quæstio. septima. Et ideò alter coniugũ, qui nõ cõmisit fornicationem vel adulteriũ debet continere. nam quos Deus coniunxit, nemo separet. cap. denique. distinct. 26. cap. an quod. cap. quos Deus coniunxit. 33. quęst. 2. cap. gaudemus. 11. de diuort. Panor. in cap. ex publico. nu. 10. 11. de conuersat. coniuga. Cùm hodie non fiat diuortium seu repudium ex causa fornicationis, nisi quo ad thorũ. Glo. in l. diuortio. in verb. diuortio. ff. de negot. gest. c. de illa. c. quanto. ibi Doct. 11. de diuort. Quia si substantialia solùerentur, sequeretur q̃ vtrique, tam nocenti q̃ innocenti permissum esset secundò contrahere. Sed Christus expressè dicit, Qui dimissam ducit, mœchatur. Ergo substãtialia matrimonij sublata non sunt, & per consequens secundæ nuptię sequi non possunt. Et sicut ex causa fornicationis carnalis fit separatio thori, sic etiam ex causa fornicatiõis spiritualis, quando alter coniugũ labitur in hæresim vel in errorẽ gẽtilitatis, fit separatio thori, non tamen fit separatio vinculi matrimonij, Quia alter coniugũ, qui relinquitur viuente altero, non potest transire ad secundas nuptias. d. c. de illa. d. c. quanto. & hoc quãdo agitur de matrimonio fideliũ & Christianorũ, vbi matrimoniũ consummatũ dicitur verũ & rectũ, vt nõ possit dissolui quoad vinculũ matrimonij, sec' quo ad separationẽ thori & mutuã seruitutẽ. Quãuis ĩ infidelibus & paganis alia sit ratio, cùm alter coniugũ conuertatur ad fidem, & alter coniugũ non velit cohabitare, vel nõ possit sine contumelia Creatoris, tunc põt dissolui matrimoniũ ẽt quo ad vinculum matrimonij. d. c. quanto. Quia licet matrimoniũ dicatur verũ inter infideles & paganos, nõ tamen dicitur rectũ, vt latius ibi Doct. prosequuntur. & refert Francis. Marc. in Decis. Parlamen. Delphin. quæst. 514. nu.

Prẽter has rationes & aliæ adduntur, D. Paulus in Epistola 1. Corinth. 7. inquit: His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorẽ à viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et iam constat, vxori non concedi discedere à marito qualibet de causa, nisi sit causa fornicationis. Matth. dicto cap. 19. Ergò necesse est sententiã Pauli intelligi de discessu causa fornicationis, quod scilicet vterque maneat sine nuptiis post diuortiũ, vel reconcilientur. Quemadmodum D. Augu. & Hieronym. in allegatis textib. Paulum intellexerunt.

Addunt & hoc propter fauorẽ liberorũ ex coniugiis separatis natorũ receptũ esse, vt scilicet parentes reconcilientur. Difficilimè autem reconciliatio contingeret, si secundæ nuptiæ permitterentur.

Similiter & hoc ita statutũ propter delinquẽtis fauorẽ, ne omninò eiiciatur extra Ecclesiã. Si ẽm innocenti parti liberè liceret, nocente viuente, ad secundas nuptias cõuolare, & nocens continere non posset, non haberet modũ nec viã perueniendi ad pœnitentiã, quia cũ alio contrahere non posset, cũ qui dimissam duceret, mœcharetur. Propterea si innocẽs cõtraxerit cũ alio nulla spes supererit de pœnitentia, cũ tamẽ Ecclesia non claudat gremiũ redeuntibus. cap. super eo. de hæretic. in 6. Quas rationes quoque annotauit Cling. in dicto tract. cã. Crim. dict. c. de redintegratiõe. Quã doctrinã pluribꝰ authoritatib. cõprobat Dida. Couarru. in 4. li. Decreta. Epit. secũdæ partis, c. 7. §. 6. nu. 13. & ita ꝓnunciarũt aliqñ Scabini, vt refert in fine Specul. Saxoni. tit. de crim. pœna adulterij.

Argumenta in ꝓriũ adducta soluũt Doct. q̃ dictũ Christi à cõtrario sensu sumptũ nõ procedat, cũ nullũ expressum textũ Iuris diuini, directis verbis, seu in sensu directo decidentẽ contrariũ in hoc habeamus, & veteres illud non intellexerint, secundũ Augustinũ & Hieronymũ anteà allegatos, quẽadmodũ recentiores nonnulli iam intelligunt, in dict. Epistola 1. Corinth. 7. & capit. 5. 19. Matth. Quia minimè sunt mutanda, quæ interpretationẽ certã semper habuerunt. leg. minimè. ff. de legibus. Similiter dictũ Pauli declarari asserunt per textũ in d. capit. quanto. 11. de diuortiis. Et hanc sanctorũ Patrũ & omniũ cõstitutionũ Papaliũ, & omniũ Doct. scholasticorum & iuriũ, communem sententiam esse consulendo scribit Hieronym. Schurpf. in dict. consil. 57. in fi. in 1. Cent.

Non obstat quòd exceptio debet esse de regula, quia hoc intelligitur, nisi correctio legũ vel canonũ inde sequeret, vt post alios in hac materia latè declarat Io. Neuizã. in sylua nuptial. §. deueniẽdo igitur ad quęstionẽ nostrã. versic. tu verò omissis.

omissis.nu. 140.in 8.vol.tract.

Nil refragatur dictum Ambrosij,ex d.capi.vxor.Quia hoc intelligitur vxore mortua. ca.quod ꝓposuisti.32.q.7. Ita nec dictum Augustini,ex dicto cap. Apostolus.cùm hoc per illius sententiam in alij capitulis declaratam,exponatur.

Quid autem ad Ius ciuile respondendū?Responsio in prōptu est,si extarent Leges ciuiles,& Ecclesiastici canones, quæ mutuo sibi repugnāt, tū cùm de peccato euitando tractatur, etiam in foro ciuili Canonibus standum esse, per differētiam Bartoli,in leg.priuilegia.C.de sacrosancte.eccle. cuius sententia cō muniter ab alijs probatur Doct. in ca.1.ext.de noui ope.nun.

Sed de hac sententia communi iudicet Ecclesia vera,iudicent quoque Orthodoxæ fidei homines.Nobis satis est sentē tiam communiorem indicasse.

Quod verò ad alterum caput attinet:Quòd si vir fornicaretur,cogatur vxorem antea,aut eodem temporis tractu,adulteriū cōmittentem,in consortiū coniugale recipere & admittere.In eo tam iuris Canonici,quàm iuris Ciuilis interpretes, imò ipsi Theologi inter se conueniunt.Ita enim expressè affirmat Augu.in lib. 1.de sermone Domini in monte, vbi ipse dicit:Nihil autem iniquius quā fornicationis causa dimittere vxorem si & ipse conuincitur fornicari.occurrit enim illud,In quo enim alterum iudicas,te ipsum condemnas:eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis cā vult abijcere vxorē,prior debet esse à fornicatione purgatus,quod similiter etiam de fœmina dixerim,in Tom.4.oper.suorū.& habent in c.nihil iniquius.32.q.6.& D.Hier.in 3.Tom.Epistō. in Epistola ad Amandū.incip.breuis Epistola. vers.omnes eīn homines.cuius sententia repetit in c.oēs causationes.32.q.7.

De Iure Canonico nulla est dubitatio.c.ex literis.11.de diuort.c.intelleximus.c.fi.11.de adult.Et hanc sententiā vbique iuris Canonici interpretes sequunt gl.in d.c.ex literis.in verb. redire cōpellas.Host.in summa de diuort.vers. Quid si sententia diuortij lata ex causa fornicationis ab vxore cōmisse,maritus incidat in idem crimen.nu.9.Henric.Boich.nu.14.Panor. nu.6.& Præpos.in col.fi.in d.c.ex literis. Henric. Boich.in d.c. fi.nu.13.Panor.nu.4.addens ita cōiter Doct.cōcludere,& Marian.Socyn.in d.c.intelleximus.nu.16.& in d.c.fi.nu.6.cū seq. post glo.in verb.fornicationis.& ante illos Bartho.Brixien.in quæst.Dominica.q.34.in 17.vol.tracta.vbi in vtramque partē ea quæstio ab eo disputatur.& Ant.Corset.in c.grandi.nu.72. cùm paria delicta mutua compensatione tollantur, nec maritus possit accusare vxorem de adulterio,nec econtrà, si vterque eodem morbo laborat.de supplen.negligē.prælato.in 6. Summa Rosellæ,in verb.diuortium. versi.nunquid autem in prædictis admittitur compensatio.

Quamuis enim Panor.in d.c.fi.nu.4.voluerit,Iudicē ex officio suo posse reintegrare matrimonium: tamen sententia ea communiter approbatur, etiā coniugi competere actionē. Feli.in c.lator.nu.9.11.de sent.& re iud.Et hāc cōem assertionem æquiorem esse testatur Guiliel. Maynerius, in l.in ambiguis.numer.207.ff.de reg.iur.Et hanc communem sententiā Doctorum esse inquit Didac.Couarru.in d.Epitom.in 4.libr. Decretal.3.par.cap.7.versi.6.adiiciens, vxorem quoque posse post litem contestatam viro accusanti obiicere exceptionem paris criminis,etiam antem litem contestatam commissi.Licet nonnulli sententiam contrariam secuti fuerint, referente Andr.ab Exea.in lib.pactorum.nume.377.

Et hanc sententiam quoque Iuris ciuilis interpretes in l. viro cum mulier.Zas.in l.2.nu.21.& Alciat.nu.7.ff.sol.matri. approbarūt.Periniquum enim videtur esse,vt pudicitiam vir ab vxore exigat,quam ipse non exhibeat,quæ res poreft & virum dānare.l.hæc verba.§.iudex adulterij.ff.ad l.Iul.de adult. Referunt & eandem Iaco.de Beluiso, in sua pract.iudicia.tit. de Leno.n.22.in 4.vol.tracta.Nicol.Boer.in Decis.suis,q.338. nu.3.in 2.par.Io.Barberius, in suo viatorio.tit.de adul. versic. vnum tñ notandum est,inquiens, etiam hoc de iure ciuili ꝓcedere.Ripa,in rubr.15.de iudic.n.26.Iodoc.Damhouderius, in Enchirid.rer.crimina.c.de adul.nu.29.vers.j.quādo ipse maritus eodem adulterij crimine infamis,& cōmaculatus fuerit. Conrad.Mauser. in tit.de nupt.§.fin.vers.postremò.pag. 127. Author Analysis Instit.tit.de nupt.versi.in quib.cau.nō potest fieri diuortium ptopter adulterium.& remissiuè Hartm.Hartmanni,in lib.2.practica.foren.tit.de accus.tit.4.Maritus adulter an possit accusare vxorem adulteram.Quia frustra legis auxilium inuocat,qui committit in legem.c.quia frustra.11.de vsur.Et mutua delicta pari compensatione tolluntur.d.c.pen. & vlt.11.de adult.d.l.viro.ff.solu.matri.gl.in ca.cùm super.in verb.posse.11.de concess.præbend.

Nō est hic facienda aliqua difficultas,quod ꝓpriè dicatur committi adulterium cum fœmina cōiugata.l. inter liberos. §.lex Iulia.ff.ad l.Iul.de adulte.Quia hoc casu secundùm iuris Canonici dispositionem, etiam cum soluta muliere vir matrimonio cōiunctus fornicando,dicitur adulterium committere.c.puto.32.q.5.Panor.in ca.transmissæ.nu.5.& 11.de eo,qui cogno.cōsang.& Socy.Iun.in cons.32.nu.5.& 6.in 2.par.con. Licet de iure ciuili secùs sit, Ludo.Gozadin.in cons.21.nu.5. Huic decisioni qui acquiescere volunt, illorum sententiæ nō sunt sequendæ,exemplo Iuris consultorū, qui ratò improbatarum sententiarum authores nominabant,& sequebantur.l. quidam existimarunt.ff.si cert.peta.l.2.§.ex his.ff.de verb.obl. l.j.ff.ad municipalem.vt præclarè annotat Marius Salomoni⁹ in l.Gallus.§.quidam rectè.nu.14.ff.de liber.& posth.in 3.vol. repe. Et supradicta conclusio adeò generalis est, vt de iure responderit Paul. de Castr.mulierem non debere excludi à petitione dotis,ratione adulterij commissi,quando vir eius etiā legem matrimonij violasset,& concubinam aluisset.in consil. 402.in 1.par.con.secundùm nouam impressionem,cuius sententiam communiter Docto.approbarunt Hippo.de Marsi.in l.j.§.fin.nu.5.ff.ad l.Cornel.de Sicar.in l.patre vel marito.num. 10.ff.de quæst.& in suis singul.234.incip. Paria delicta mutua compensatione tolluntur.Aegid.Bossius,in tract.rer.crimina. tit.de coitu damnato & punibili.nu.56.Ludo.Carerius,in sua praxi crimina.§.circa quartum.de modo se defendēdi. nu.17.

An quoque sententia requiratur, satis crassè explicarunt Host.in summa.d.tit.de diuor.& Francis.Mar.in suis Decis.par lamen.Delphina.d.q.514.Basil. Donnerus in d.tracta.de matrimon.c.5.quæ repetere non est necesse. Laurent.Kirchon.

Adulterium de iure ciuili neque ex parte viri neque ex parte mulieris dicitur, quando vir coniugatus colt cum soluta. ideóque pœna adulterij nō possunt puniri,hanc indubitatam Doctorum sententiam dicit Rolan.cons.lxxiiij.nu.12.lib. j.Hanc etiam communem dicit Caccialup.in rep. l.si qua Illustris.nu.58.C.de Orfician.Didac. super iij.Decret.nu.16.in fi. & quod talis coitus appelletur Stuprū, colligi videtur ex tex. in l.j.D.de adult.De iure autem Canonico, vbicunque marit⁹ vel vxor habet rem cum alio quàm cum propria vel proprio coniuge,appellatur adulterium,can. nemo.xxxij.q iij.cū simi. Refert Clarus libr.v.sent.§.Adulteriū.vers.tribus. P.Fichard.

Adulterium non committit vir cognoscens carnaliter mulierem nuptam quæ ante matrimonium fuit meretrix,& post matrimoniū perseuerauit in vita meretricia. secùs si ab illa vita cessasset & honestè cum viro vixisset.Ita cōmuniter observari dicit Ang.in l.si vxor.§.sed & in ea.nu.1.ff.de adult.& in l. si ea.C.de adul.quem refert Ana.in c.j.num.6.de Adult.& Rimina.cons.xlij.nu.20. Refert Clar.lib.v.§.Adulteriū.ver.quæro nunuid. P.Fichard.

Adulteriū hodie ꝓriuatum crimen est.quia nō nisi certis ꝑsonis eius accusatio permittitur, per tex.in l.quamuis.ij.C.de Adult.& hanc communiter approbatam dicit Fulgos.consil. cxxxv.nu.2.& Ant.Gomes l.lxxx.Taur.nu.49.Clar.d.§.adulterium.versic.est autem. P.Fichard.

Appellari à sententia arbitri an possit Doc.inter se non cõueniũt.Bar.in l.arbitro.nu.6.ff.qui sat.cog.l.nemo.potest.nu. 13.14.& 15.ff.de leg. 1.in l. 1.nu.2.& 3.C.de rece. arb.Nã in illis casibus,in quibus oritur hodie actio, iuxta l.cùm anteà & l.ne in arbitris.C.de arbit.voluit Bar.admitti appellationẽ. Et huius sententiam Pau.de Ca.in d.l.arbitro.nu.4.approbat. Ita refert. Ale.de Imo.in d. l. nemo potest. nu. 56. Propterea Io.Frau.à Ripa eius decisionis illam rationem reiecta explicatione Ias.esse,cur non appellaretur,voluit,quia sententia arbitri nullum parit iuris effectũ:nam non producit actionẽ.in d.l.nemo.nu.90.Sed commu. opi.in contrarium esse contra Bar.per multas rationes,& fundamenta duo illi recentiores interpretes Ale.de Imo.& Ias.de May.referunt in d.l. arbitro. nu.9.& in d.l.numo.nu.19.& Ias.ibid.n.56.cum seq. Licet de iure Canonico appellare liceat, cùm de æquitate canonica, omnis qũocunq; oppressus appellare possit. c. ad Romanã. & gl.in c.à iudicibus. 1.q.6.Bal.in d.l.j.nu.j.ver.tert.ò oppono Pau.de Cast.in l.nam & postea.§.si minor.nu.9.ver.nõ sic cõ promittẽdo.ff.de iurei. Ale.de Imol.in d.l.nemo.n.21.ver.itẽ iuxta p̃dicta,per multas authoritates ibi ab eo relatas,dicens ibidem,hanc communem Doct.esse opin. & in practica seruari.Hoc etiam affirmant Ripa in d.l.nemo.nu.91.ver. quintò fallit. Mar. Ant. Blanc.in tract. de compromiss.in 10.q.de appel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

appel. & redu.ad arbi.bo.viri.nu.9.ver.q exactè hanc disputa.cognoscere voluerit,videat Alexan.& Ias.in d.locis.& Pa. in c.cum dilec.nu.17.ext.de arb.& Rob.Mar.in trac.de or.iu. in par.6.princ.cap.de appel.nu.250.cum seq.Nec non d. Blā cum in d.tracta. de compromiss. d. 10. quæstio. de appella. vbi ipsi & materiam explicant, atque infinitas authoritates allegarunt. Kirchouius.

Appellari nequit à sententia interlocutoria de iure ciuili secundum Bart.Paul. Castren.cęteroqúe cōiter per text. ibi in l.j.ff.de apoc.recip.gl.Bar.& Angel.in l.fin.C.de sent. & interlo.omnium iudi.Bar.& Bal.in l.ij.C.de episcopa. audien. Marant.in tract.iudicio.in vj.par.tertiæ par.actu.ij.nu.292.& Io.de Amicis cons.cxxviij.nu.2.vbi meminit istam esse communem opinionem legistarum, & hoc ponit pro regula cū iij.limitationibus Lanfranc.in c.quoniam contra de probatio.in c.x.de interlocutoriis,& appellatio. numer.68.& Petr. Duennas cum xiiij.fallentiis,in regu.lij.appellari à sententia interlocutoria.de iure verò canonico contrarium sancitum reperitur,appellaturqúe ab interlocutoria,vt voluit Bart.in l. j.§.fin.ff.à qui.appel.non licet, Berous in quæstionibus familiaribus.quæst.liij.num 9.Maranta.vbi suprà,& omnes Canonistæ communiter,in c.sicut Romana,de rescri. vbi Ripa,nu. 22.cum aliis seq.recitat istam esse Canonistarū opinionē,sed retenta prima opinione aduerte quòd appellari minimè debet,ac permittitur ab interlocutoria quotiescunque grauamen illarum per appellationem à diffinitiua reparari posset, vt firmauerunt Cyn. Paul.Castren.& cæteri, in l.post sententiam.C.de senten.& interlo.om.iudi.Bal.Ang.Saly. Paul. Castren.Fulgo.Iason & omnes in l.arbitrio.ff.qui satisda. cogan. Barto.Imol.Paul.Castren. aliiqúe in d.l.ij. de appel. recipien. & Io.de Amicis,in d.cons.cxxviij.n.3. & seq. vbi ita cōsuluit, & attestatus fuit istorum opinionem esse communem ac nullum habere contradictorem. Tamen reperio Petrum de Benintendis decis.xl.simul.cum Bald. aliisque signatis per eum concludere expresse contrarium. F.Viuius.

Appellari non potest à sententia arbitri,nec reclamari,nec reduci ad boni viri arbitrium de iure ciuili, etiam in casibus, in quib. oritur actio ex compromisso.l.j.C. de arbit. vbi Bald. & Imol.Ate.Ale.nu. 19.Ias.nu. 56.in j lectu.cæterisqúe in l.nemo potest. ff. de leg. j.qui fatentur istam esse communem opin.contra Bar.ibi contrarium asseuerantem, & Maranta, in tract.iudiciorum,in vj.par.in c. de app. nu 259. Sed limitatur primò hæc communis sententia non procedere de iure,canonico,nam eo iure a sententia arbitri licet appellare,secundum gl. in c.à iudicib.ii.q.vj.Hostiens.& Ant.in c.quintauallis de iureiu. Ancha.in cle.sæpe,de ver.sig.Glos. Hostien. Ioā. And.& Abb.in c.ij.de arbit.Bal.& Salyc. in d.l.j.& Alexand. cū multis aliis signatis per eum,in d.l.nemo potest,n.21. vbi inquit istam esse communem opinionem, atque in practica obseruari. Limitatur secundo non habere locum sententia arbitrorum iuris, electorúmque ex forma, ac necessitate legis,præcepto iudicis,vel statuti,a qua potest appellari,secundum Bartolum in l.prima.C. de nouo C.compo. Antonius in in d.c.quintauallis,Oldr.cons.xvj.Dom.de S.Gemi.in c.ab arbitrio.q.vj.de offi.deleg.Marantam in d.c.de appellatione,n. cclxj.& seq.vbi docet practicam in hoc regni Neap.& Iaffredum in decis.ccccixvij.vbi meminit ita per Doct. communiter teneri. F.Viuius.

Appellari potest a sententia lata in mero possessorio, etiā de iure ciuili,quando per petitorium non posset esse consultum possidenti,seu detinenti aliter,quam per retentionem, vt in casu l.qui per exceptionem.§ si pars.ff.de condi.indeb.secundum Bartolum.Ange.& Docto.in l.ij.ff.de appellat. reci. quia tunc agitur de magno præiudicio,& l.1.C.si de momen. possess.secūdum eos procedit,vbi victus aliquo remedio petitorio potest possessionem reuocare.Idem quādo iniquitas & causa appellandi esset euidēs & in promptu,secundū Guil. de Cuneo in l.si ex causa.§.nunc videndū ff.de minorib.Bald. in l.consentaneum.C.quomodo & quando iudex. & in dicta l.1.Do.Præpos.in ca.dilecto.col.xxix. extra de appel. De iure autem Canonico appellatur indubitanter a tali sententia , vt per Io.Andr.& communiter Canonist.in c.pastoralis.extr.de officio delegat.Innocen. in c. significantibus extra de operis noui nunciatio.est tex.in ca.ex conquestione. extra de restitutione spoliatorum.Balb.decis.445.

Appellans,si innouet aliquid appellatione pendente,priuatur beneficio appellationis,& in causa principali procedi potest appellatione non obstante.Ita notabiliter Ioan.Andr.in capitu.non solum de appella.in 6.in glo.magna, versi. vnum scias.Ange.& Nicel.in l.si cuius. ff. de appel. reci.Innocen.in c.ex parte.ij.col.extra de rescript. sentir q̄ si appellans spoliet post appellationem victorem,videtur appellationi renuncia re.Faciunt notata per Docto.in c.an sit.& in cap. cum tenea-mur.extra de appel.Balb.decis.443.

Appellare etiam quando sententia transiuit in rem iudicatam,potest tertius pro suo interesse intra. 10. diesa tempore sententiæ secundum Barto. Angel. communiter Doctor. in l.ab executore:in §.alio.ff. de appellatio. per illum text. But. Panor.ac Felin.in c.cum super extra de re iudi.Bart.in l.a sententia.in prin.& in §.hæres.ff.si de appellat. Balb.decis.134.

Appellans consulitur.Consiliū est vt appellans dicat simpliciter,appello:vel,appello ad iudicem cōpetentem,& sufficit, secundum Bartol. & Imolam in l. 1. §. si quis in appellatione ff.de appellationib.Specul.eod.titu.§ nunc tractemus. versi.sed quid si quis simpliciter dicit.Bal.in l.apertissimi.circa med.C.de iud.per glo.in l. cum ꝓponas. C. de bonis auto. iudi. poss.& ibi.Ange.& Salice.Idem Ang.& Imo.in l.qui Romę.§.penul.ff.de verbo.oblig.tenetur tamen secundum Spe- vbi supra,sic appellans declarare intra tempus appellationis interponendæ de quo intellexerit,alias nō procederet appellatio,& secundum Domi.Præposi.in c.dilecti.col.8. extra de appellationibus per glo.in ca.fi is,cui.de offic.deleg.in 6.licet Panorm.in ca.ij.in c.vt debitus. extra de appellationibus teneat cōtrarium prædictæ decisionis. Communiter tamen tenetur secundum præfatos Doctores, quod prædixi in principio,maximè de iure ciuili, vt procedat talis appellatio, licet nō fiat declaratio,vt supra,& secundum Dominos de Rota decisio. 213. in nouissimis in rubrica, de appellationibus. Balb.decis.454.

Appellari potest à diffinitiua etiam ex hac sola causa,vt nō probatum probetur,& nō allegatum allegetur,licet attentis agitatis sententia non sit iniqua,secundùm glo.in l.creditor. §.iussus.ff.de appellat.Barto.in l. 1.§.quęsitum. eod. tit. in l.ait prętor.§.permittitur.ff. de minorib. Bald.in l.eos.C.de appel. Do.Præpo.& Feli.in rubri.extra eod.probatur in l.nō tñ.ff.e. in l.2.C.quorū appel.Nō tamē per hoc poterit appellans aliquid noui petere,qđ in primo iudicio petitū nō sit, & si possit noua allegare circa petita,secūdum Panor. & Feli. in c. significauerūt.extr.de exceptionib.qđ est nota.ad limitationē l.per hanc.C.de tempor. appella.Balb.decis.452.

Appellans finito tempore prosequitur. Licet finito tempore instantiæ causæ appellationis nō possint partes procedere coram iudice ad quem,clemen.si appellationem,de appellat.tamen appellato ante tale tempus finitum prosequente poterit appellans etiā prosequi & finire,etiam finito tali tēpore secundùm Roma.& Nicel.l.2.ff.de re iudica. per cap. 2. de rescrip. Do.Anto.de Butri.in cap.sæpe.extrà de appella.& tunc appellans ex persona appellati prosequentis consequit, quod non haberet ex sua,secundùm Butrig. vbi suprà, & Panormi.in cap.ex parte.in 2.co.de rescrip. Do. Præposi. in cap. personas.in vlti.col. extrà de appellat. argu.l. petendæ. C. de tempo.in integ.restitu.perend.& l.si post mortē.§.fi.ff.de bono.possess.contra tabu.& eius quod vult Innocen. in cap.ex cōquestione.extrà de restitu.spoli.Plus dixit Roma.in dicta l.2.q̄ appellans ex persona sua poterit prosequi,& finire post tale tempus finitum,quando eo durante incipit prosequi. Et clemen.prædicta,secundùm eum debet intelligi, q̄ ante tale tēpus prosequendæ finitum,& eo durante nullus comparuit.Et pro hac opinione quam sequitur Nicel.in dicta l.2.facit C.de temp.appella authen.neutro.dū dicit neutro occurrente sententia firma permanet. Balb.decis. 473.

Appellari potest à sententia lata in possessorio,in quo etiā tractatur de amissione proprietatis,aut de pœna,vt in remedio l.siquis in tantam.C. vnde vi.seu alicuius statuti imponētis pœnam in casu possessorio vltra restitutionē possessionis aut satisdationem de non turbando de cætero,vt est communiter per istam patriam , etiam de iure ciuili, secundùm glo. communiter approbatā in l.momentaneæ.C.vnde vi. ad fin. & hoc quantū concernit proprietatē vel pœnā:in eo quod possessionem concernit,non potest appellari,secundum Cy. in l.1.C.si de momen.possess.fuer.appella.in l.incerti.C.de interdict.per dictam.l. 1 & l.quisquis.C.quorum appel.cum gl. ibi in verbo,mittantur.& secundum eam in eadem sentētia fuerunt Pileus,& Per.non poterit tamen de iure ciuili in tali causa,appellari ab interlocutoria lata ante diffinitiuā: quia cùm à diffinitiua possit appellari,poterit illud grauamen in ea reparari,iuxta doctrinam Bar.in l. 2.ff.de appel.recip.Balb. decis. 477.

Appellans tutius facit litem lante contestatam in causa appellationis petere reuocationem, attentatorum per iudicē à quo post

quo post appellationem, ne aliàs videatur renunciare priuilegio attentati, secundùm Specu. titu. de appella. §. nouissimè. versi. sed pone, petij. Archid. in c. non solum. eod. titul. in 6. qđ non placet Ioan. Andre. ibi: & Pet. de Ancha. ac Angel. in l. si cuius ff. de appella. recip. & Do. de Rota decisio. 60. in nouiss. vt refert Do. Præpos. in c. dilecti. extrà de appel. limitans istã secundam opinionem per quatuor fallentias notabiles. Nã aliter rato libelle probato, debet illud per iudicis appellationis merum officium in pristinum statum reduci, secundum Ange. vbi supra: etiam & pendente iudicio super huiusmodi reuocatione non currit fatale tempus, secundum Do. de Rota in nouiss. decis. 105. ideo vtile est appellanti ante omnia ipsam reuocationem petere, vt suprà. Balb. decis. 476.

Appellari ab exequutore non potest aliquo modo, vt l. ab executione. C quorum appella. non recipi. & in l. ab executore, & ibi Bart. ff. de appella. & hoc pro regula ponit Soci. in tracta. fallen. in reg. xxvj. cum v. limitationibus, & Pet. Duennas in reg. xlj. appellare ab executore permissum nõ est, cum viij. fallentiis, & limitat etiam Bertachi. in suo reperto. in ver. appellatio ab executione, versic. j. & Maran. in tractatu iudiciorum in vj. par. iij. partis in ij. actu. num. 248. fol. paruo. clxxxij. & licet appellari nequeat ab executione, nihilominus à pronũciatione, sententiáve iudicis de exequendo appellatio permissa est, secundum Glo. Bar. Iaco. But. & Ang. in d. l. ab executione. vbi attestatur ita in practica seruari, & sequitur ibidem Salice. exprimens istam esse communem opinionem, & Lanfranc. in c. quoniam contra de probatio. in ca. x. de interlocutoriis, & appellatio. sub nu. 60. & sententiæ huic inhæret quoque Glo. & Ray. in d. l. ab executore, & Specul. in tit. de appellatio. §. quibus, versi. v. Bar. in l. si cum exceptione. §. huic autẽ in fin. ff. quod met. cauſ. Abb. in c. quo ad consultationem, de re iudi. Ioannes de Anania consilio xxxvj. in princi. & Augustinus Berous. q. cxxxj. latis pluribus sententiis conformibus nu. 3. & Iaffredus decis. cccxlj. executor recusati. In contrariã verò partem, videlicet qđ à sententia de exequendo appellari non possit inclinauere Odofred. Cyn. Bartol. contra morem suum sibi contrarius. Bal. & Imol. in d. l. ab executore, Gui. de Zuz & Fulgo. in d. l. ab executione, Alexan. consilio xcv. col. ij. vol. ij & Deci. in c. nouit, num. 6. de appell. & Corn. consilio lxxj. numero 20. vol. j. in quibus locis fatentur istam esse magis communem sententiam, cæterùm explosa istorum opinione resideo cum prima Glo. aliorúmque opinione, que realiter communis est, seruatúrque in praxi teste Lanfranc. loco de quo supra, & Alex. consilio. cxiij. col. fi. vol. v. & ita consuluit, obtinuitque Florẽtiæ Sylueſter Aldobrãdi. prout ipse testatur in addit. Decij in d. c. nouit. in litera a. F. Vivius.

Appellari ab arbitris & si iure simili nequeat, tamen & eodem iure ab arbitris ex necessitate lectis, & ab omnibus generaliter arbitris iure canonum appellari licebit, illud commune ait Iaffred. decisio. ccccl xvij. hoc attestatur receptum Ale. in lege nemo potest. num. 21. ff. de leg. lib. j. F. Suarez.

Appellari potest à sententia lata in crimine læsæ maiestatis, quando quis fuisset dux alicuius factionis, idest proditionis, vt est communis opin. Bossius tit. de appella. nu. 2. nisi expresse sit prohibita, vt est communis opinio. Soarez vers. appellatio. numero 191. nisi quis sit conuictus, vel confessus, & confessionem nunquam retractauerit, vt est communis opinio. ibi, nu. 192. item fallit, nisi crimen innotescat. vt est cõis opinio. ibi. num. 193. Bonacoss.

Appellare non potest reus criminis à sententia interlocutoria mera, nisi grauamen non possit reparari per sententiam diffinitiuã, ex sacrosancto Tridentino Concilio. Tit. de appel la. c. 1. fol. 190. Bonacoss.

Appellare iuxta cõem Doctorum sententiam licet procurator teneatur, tamen secundum aliam etiam cõiter receptã sententiam eandem prosequi non tenebitur, nisi initio vsq; ad finem vtriusque instantiæ, prosequendam suscepisset, aut nisi generaliter ad omnes causas, aut etiam ad vtranque instantiam, aut procurator in rem suam constitutus fuisset, aut ab interlocutoria prouocasset, aut aliter statuto vel consuetudine receptum esset, vt refert Benedict. Capra, regula lxv. nu. 29. & sequent. Qua de re infra plura vide in verbo procurator. Bened. Capra.

Appellatus non potest appellantem inuitum cogere ad prosequendum suum appellationem, nisi in vltimo mense anni dati ad prosequendum, seu tale tempus ei diminuere, secundum. Archidia. in c. Romana. §. qualiter. versi. porrò. de appel. in 6. Ioan. Andre. & Butrig. in c. oblatæ. extra eo. & ibi Panor. in penul. notab. Spec. eo. tit. §. nunc breuiter, versi. item pone, p. æfixus. aliàs in § qualiter. circa fi. Domi. de Rota decisione 290. in rubrica de appellationibus in nouiss. Do. Præpositus in c. personas. vltima col. extra de appellationib. post Federic. consilio 303. licet Iacob. Butrig. & Iacob. de Beluis. quos refert & sequitur Salice. in authen. ei, qui. C. de temp. appella. teneat contrarium. Balb. decis. 474.

Appellare confessus & conuictus non potest. ij. quæ. vj. c. sunt quorum. l. ij C. quorum appellat. non recip. idque procedit non tantum in ciuilib⁹ sed etiam in criminalibus, iux. not. in gloss. d. l. ij. & ita communiter teneri refert Bened. Capra. I tractatione notarij, post reg. lxv, posito iiij memb. nu. 113. nisi allegaret aliquam iustam causm contra ipsam confessionẽ & probationem, quo casu in arbitrio Iudicis relinquitur an deferatur appellationi vel procedatur ad executionem. glos. d. leg. ij. & in lege. abstinendam. C. quorum appellat. non recipiuntur. Bened. Capra.

Appellatio ab interlocutoria non põt fieri viua voce, sed in scriptis à diffinitiua tamen sic dũmodo fiat incontinenti, Maranta ibi. nu. 124. communem dicit ex Cornço. consi. xcv. vol. iiij. & Bald. in l. litigatoribus. C. de appel.

Incontinenti, in hoc dicatur, dum iudex sedet pro tribunali non se diuertens ad actus extraneos, etiam si per totum diem stet in foro pro tribunali Marant. in d. tract. de ordin. part. vj. num. 525. cõmunem dicit quem videas. B. Villalob.

Simile in teste, qui debet incontinenti dictum suum corrigere, quia intelligitur antè, quam à præsentia examinantis discedat, & quid, si nõ diuerterit Abb. Bal. Fely. in c. præterea, de test. cogen. Si verò testis notæ fidei, & auctoritatis fuerit, poterit se corrigere vsque ad publicationem, per M. Anto. Bar. in Tract. de temp. Vti. & contin. in c. xj. nu. 2. cum tribus seq. put etiam in testamento, vt ibi per eum. I. Fich.

Nota istas communes ad intel. l. xxij. tit. xxiij. part. iij. & l. v. titu. xvj. lib. iij. ord. & nota quòd licet per d. l. v. contumax nõ appellet: potest tamen tertius pro suo interesse appellare. Bart. in l. j. §. interdum. versicul. quæro. Imperator. ff. à qui. appel. non licet. Et not. l. iij. titul. ij. lib. vj. ord. quòd citatus nõ dicitur contumax etsi compareat coram iudice in secunda hora, licet sit citatus ad primam, si solitus est ius reddere etiam in secunda.

Appellatio non debet pronuntiari deserta per iudicem à quo ex solo lapsu anni, sed requiritur qđ labatur biẽnium, Maran. nu. 220 magis communem dicit ex Bart. in auth. ei, qui appel. C. de tempor. appel. B. Villal.

Appellatio, cum copia iudicis non põt haberi, necesse est quod fiat corã honestis viris saltẽ corã vno viro honesto, & tabellione, & testibus. Præpo. in c. si iustus metus, nu. 8. de appel. communem dicit. B. Villal.

Et hoc cum protestatione de absentia aut alio impedimẽto iudicis, c. fi. & ibi scrib. cõiter de appel. etiam si fiat corã simplici sacerdote, refert M. Ant. Bard. in Tract. de Temp. Vti. & contin in ca. iij. nu. 2. I. Fichar.

Nota istam communem ad intel. l. xxij. tit. xxiij. part. iij.

Appellatio extraiudicialis facta iudici requirit expressionẽ causę, vel probabilis coniecturæ: secus tamen, si fiat parti, Panorm. in ca. cùm sit Rom. nume. 10. de appellat. communem dicit. B. Villal.

Appellatio tam iudicialis, quàm extraiudicialis non suspendit factum de præterito. Deci. in c. bonæ. numero 17. de appellat. communem dicit, & sic intelligitur. cap. constitutis, de appel. B. Villal.

Appellationis tempora à iure cõi statuta seruanda sunt, etiam in causis feud. com. Clarus. §. feudum. q. xcj. P. Fich.

Appellationis iudicem indistinctè nõ debere prius cognoscere appellationis articulum, quàm principale negocium. Doct. communiter tradunt in c. vt debitus. de appel. Sed si appellans perierit, vt, omisso appellationis articulo, iudex ipse principale negotium cognoscat, id facere poterit, per tex. in c. cordi. eod. tit. de appel. in vj. & latius per Abb. in d. ca. vt debitus. F. Turzan.

Appellationi nunquam esse per iudicem deferendum, nisi euidenter sibi constet illam esse admittendam, voluit Ioan. And. in ca. ad Rom. ij. quæst. vj. Innocen. autem in c. pastoralis de offi. delega. tenet appellationi semper esse deferendum, vbicunque iudex in iure, vel in facto meritò potest dubitare hánque opinionem cõem esse testatur Collecta. in c. vt debitus. de appel. F. Turzan.

Appellationi, reclamationi, nullitatis dictioni, & reductioni ad arbitrium boni viri compromittentes renuntiare posse, voluere Bar. Bald. & Salic. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Castr. consi. cclxiij. aliàs cclxj. visis compromisso, laudo, puncto. & aliis per text. in l. non distinguemus. §. cùm quidam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam.ff.de recep.arb.quibus tamen cõtradicit Alb.de Rosa d.§.arbitrorum,versi.item quæro,an renuntiari possit,concludẽs siue re ipsa, siue arbitratoris dolo iniquũ sit,laudo reclamari posse,iuramento & renuntiatione non obstantibus. vt plenè per ipsum,in l.si quis arbitratu Lucij,versi.item quæro nunquid renuntiari possit.ff.de ver.oblig.& in l.non videtur fraudare.ff.de reg.iur.Idem concludit Dy.in c.scienti.de reg.iur.lib.vj.Cast.con.123.ver.ii. videdũ est, in no.impress. Spec.in tit.de arbit.§.sequitur.versic.quid si compromissum. & ibi Ioan.And.in verb.viri.latè Cap.Tolos.decii. cclxvii. & Guid.pap.quæst. cccccxix. & latissimè Boer. decis. cclxxxiiii. nu.18.versic.sed Paulus de Castr. & hoc communiter teneri affirmat ipse Alberi.d §.arbitrorum,prout etiam refert idem Boer.vbi suprà. F.Turza.

Etiã in Appellatione ab interlocutoria,si pars est præsens, debet lis contestari, sicut diffinitiua. Est magis commun.secund. Aretin.in consil. xx. in quæstione, circa fin.numero 5. Matt.Cheria.

Appellatus non potest præfigere terminum appellanti, sicut potest appellans sibi præfigere,Panor.in c.personas.nu.6. de appellat..communem dicit. B.Villal.

Pro.Appellatione domini vsufructuarius non continetur. in l.falsus.in §.fin.ff. de furt. vbi vsufructuarius dominus non est.ad idem text.in l.rectè dicimus.ff.de verb. & rerum signif. vbi vsufructus pars dominij non est.

OB.Contrà de l.in venditio.ff.de bon.auct.iud.possid.vbi appellatione domini vsufructuarius quoque continetur. & l.iij.ff.de vsufruc.vbi pars dominij est vsus fructus.

Sol.Vsufructuarius est dominus impropriè,scilicet in vsufructu:vnde dominus est vtilis,non directus. gl.& ibi Baldus in l.proprietatis.C.de probatio. Bellon.

Pro appellatione clericorum veniunt presbyteri,diaconi, subdiaconi,lectores,& cantores.§. presbyteris.in authentic. de sanct.Episcopis collat. ix. Bellon.

Pro.Appellatiõe filiorum veniunt nepotes.l. liberorum.ff. de verborum significatione.

Ob. Contra de l. quòd si nepotes. ff. de testa.tut. & §.finali. Institu.qui test.tut.dare possunt.vbi aliter filij,aliter nepotes appellantur.

Sol.Filij aut nominantur à lege,aut à testatore:si à lege cõtinentur nepotes:si verò à testatore in testamento, minimè. I.Bellonus.

Pro.Appellatione liberorum non veniunt adoptati.l.fidei commissum.ff.de condi.& demonstra. Bellonus.

Pro.Appellatione præparati præparatorium continetur. l. in argento.ff.de aur.& argen.legat. I.Bellon.

Pro.Appellatione sententiæ simpliciter prolatæ intelligitur definitiua.ita not.glo.in l.j.§.biduum.ff. quand. appellan. sit.& in l.quod iussit.in verbo,sententiis.ff.de re iud.Bellon.

Pro.Appellatione partis simpliciter dimidia intelligitur, in l.de ætate.§.si interrogatus,ff.de interrogato. action. Hoc intellige in iudicio.Nam quandoque pars de minima intelligitur.in l.insulæ.ff.de iudic.vbi insulę sunt pars prouinciæ, & tamen pars minima sunt.& vide pro hoc gloss.in capit.auaritię.in verbo,aut earum parte.de elect.in vj. Bellon.

Pro.Appellatione facti continetur non factum.l.ij.§. item si in facto.ff.de verbor.oblig. Bellon.

Pro.Appellatione materiæ continetur materiatum quod ad sui naturam reuerti potest. l. quæsitum.§.illud.ff.de legat. iij. Bellon.

Pro.Appellatione residui totum continetur,l.ij. C. de hæred.instit. Bellonus.

Appellatio ea amplius non dicitur:quæ fuit deserta quinimo censetur ac si appellatũ non esset,c.licet de sent. excom. in 6.c.Aegid.Dec.207. adeo vt si appella. temporibus elapsis sententia in principali negotio proferatur:sit ipso iure nulla, Anch.consi.345.Alex.consi.59.lib.4.64.82.li.6.79.lib.7.137. lib.2.Afflic.Decis.283.nu.4.Decis.consi.34.in fi.Quot autem modis dicatur appellatio deserta: & quis dicatur desertionis effectus, not.Guid. pap. consi. 77.& an deserta appellatione: nullitas deserta dicatur,vide doc.in l.si expressim de app. vbi Barto.nullitatẽ minime cõcidere sustinet,cui contradicit Bal. in l.tale pactum.§.qui prouocauit ff.de.pac.pro quorum conciliatione:plura ponit Mussing.cent.2.obser.77.vbi distinguit inter nullitatem incidenter,vel principaliter propositam, vt si appellatio & nullitas simul proponantur:appellatione deserta:nullitas quoque accessoria pereat,secundum Bal.sentẽtiam,alias secus pro opin Bar.Sed inde non infertur, quin in alio nouo iudicio nullitas intra 30. annos principaliter deduci possit,nam: eo casu ꝑdicta ratio accessorij cessat, de qua scribit Guid.pap.consi.x.con sil.185.pulchrè Neuiz.consi.41. nu.38.Accedit,ꝙ appellatio & nullitas simul cumulari possunt,secundum cõem per Franc.in c.dilecto.q.21.de appell. Imol.in l.si expressim.ff. de appel.Rot.decis.145.in antiq.Sed an appellatione prohibita nullitas etiam prohibita intelligatur.dic ꝙ non secundum cõem,cũ hęc duo quædam sint iuris subsidia adinuicẽ separata,iuxta,not.per Guid. Pap.q.38. Curt.Senior. consi. 59 nu. 10.Ale.consi. 186.lib.2. Hipo. sing. 473.Curt.Iunior.consi. 104.nu.4.Deci.consi.49.nu.2.consil. 533.vbi dicit cõem,quam intellige,quando seorsum & principaliter ab ipsa appellatione nullitas proponitur:secus si appellationi mista fuerit.quia tunc nullitas prohibita censetur,ea rõne,quia effectu inest ipsi appellationi .Bald. in l. eos §.ne temere.C.de appellat.Felyn.in c.si autem.col.4.de rescr. Sebast.Vant.de nullit.cap.4. tit.quis possit dicere de nullitat. nu.36.Verum appellare prohibitus officium iudicis implorare poterit,quod nunquam excusum censetur,teste,Rom. cõs.325.Abb.in c.ex parte.ij.de offic.dele.Soc.cõs.39.li.4.Ias. in l.j.ff.de iurisd.omn.iudic.in l.vbi pactũ.C.de transact.hipol. in pract.§. opportunè,nu.52.Grammat.decis.35.nu.4.

Pro.Appellatio extinguit sententiam.in l.j.§.fi.ff.ad Turp.

Ob.Contrà de l.furti.§.j.versi.si autem.ff.de iis,qui not.infa.& l.si.§.illud.C.de temp.appel.vbi appellatio suspẽdere videtur iudicatum.

Sol.Dic ꝙ verum est,quod per appellationem extinguitur pronuntiatum.quod autem in contrariis dicitur,si appellatio non prosequatur retro habere effectum sententiam,illud est fictione iuris,secundum gloss.ibi. I.Bellon.

Appellatio,inspecto præsenti statu, extinguit sententiam: sed futuro considerato, solum suspendit, Anto. de Tremo.in addi.ad Bona.in practi.exceptionem in rubri.de impe.execu. nu.1.communem dicit.

Fallit in executione,vel mandato exequendo,quia nõ suspendit nec extinguit:ad hoc quòd executio impediatur.Alc. in l.j.§.si quis ita.ff.de verb.obligat.communem dicit, tamen valet appellatio,vt in simili de possessione Io.Cora.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.8.ff.de acqui.poss.& sic debet intelligi Oria.in cap.quoniam cõtra falsam, de proba. in verbo interlocutiones.& Soc.in tracta. fallen. in verbo appellatio. re.ij.& Alex.consi.xcv.nu.5.

Nota istam communem ad intellectum.l.clxj.styli.

Fallit etiam prima in casib. expressis in l.xj.tit.xvj.li.iij.ord. & in l.xvj.& xiij.& xiiij.tit.xxiij.par.iij.& in aliis casibus,quos enarrat Nice.in concor.gl.concor.vj. vbi ponit cxxi. casus in quibus non haber locum appellatio,quẽ vide.Et nota ꝙ per d.l xvi.euacuatur vnum quod quotidie torquet Doctores: an in criminalibus, in quibus condemnatus non admittitur appellans:an sit necessarium ꝙ sit conuictus, & cõfessus vel si vnum sufficit, d. l. declarat vnum ,tamen sufficere ibi, *por que los testigos o por su conocimiento*, cum ad veritatẽ disiunctiuę sufficiat ꝙ vna pars sit vera,vt tradunt doct. in c. inter cæteras.de rescript. B.Villal.

Appellatio reducit causam ad illum pristinum statum in quo erat post lit.contest.Maran.in Spe.Aureo de ordi.iudic. par.iiij.dist,vi.nu.16.communem dicit. B.Villal.

ADDITIO. Ideò Capic. in deci. xxviii. in causa magnifici. nu.6.dixit,ꝙ quæ opponi debent in causa principali ante litẽ contestatã,non possunt opponi in causa appellationis.& cõdẽnatus in prima instantia,pendente secunda,non potest soluere ad effectum euitandi quadruplum vel aliam pœnam vt in ciuilibus interesse,nec potest moram purgare,nisi fortè libellus alternatiuus esset vt tradit M.Ant.Bard.in tract.de tẽp. vti,& cont in.in c-iii.nu.3. I.Fich.

Appellatio non potest tolli per statutum.Ant.Nice.in cõ. cord.gl.concor.vj.in fi.communem dicit.

Intellige in statuto inferiorum,Io.de Ripa.in c.1.nu.45.de reseri.communem dicit. B.Villal.

Appellatio in causis feudal.debet fieri ab inferiore dño ad ꝓximiorẽ,qui sit superior,& ab illo ad magis superiorem,cõmunem dicit Iul.Clar.Sentent.§.feudum. quæstio.xc. versic. vltim. I.Fich.

Appellatio sub his verbis,appello ad competentem iudicem,valet:Rober.Maran.in in ord.iud.par.vj.nu.120.cõmunẽ dicit ex Bart.in l.j.§.j.si quis.versic.quæro,quid,si aliquis. ff.de appel.

Amplia ad appellationem alternatiuam.Felin.in c.ii.nu.2. vbi latissimè.de appel.communem dicit.

Intellige istas communes,si certioretur,ad quẽ appellet intra decem dies:qui dantur ad appellandũ.Alex.in con.lxxix. in causa.nu.5.vol.vij.communem dicit. Visial.

Appel.

Appellatio prima est p̃sequẽda, Maranta par.vj.nu.132.cõmunem dicit ex Bar.in l.cum procurator.§.si dominus. ff. de no.ope.nun.

Ampliasi secunda sit ĩ scriptis:&prima fuerit viua voce incõtinenti à sententia definitiua facta. Idem Maranta cõmunem dicit ex Bar.in d.§.si dominus.& Pau.consi.vij. vol. j. & consi.cclxx.& Lud.Roman.consi.xlj.in præsenti,nu.2.Pan.in c.dilecto de appell.licèt Alexan.in d.§.si dominus, tenuerit contrarium.

Limita,nisi prima appellatio esset inualida,quia tunc secũdæ validæ possit adherere appellans.ita Minsi.obser.vij.cent j. vbi dicit hoc cõiter Doctores tenere,in d.l.cum procurator. §.si dominus,& c.Si enim quis pluries appellauit, tum in ipsi' stat arbitrio, quam velit persequi.vna tñ electa,cæteræ concidunt.Idem Minsing.obs lxj.cent.ij. I.Fich.

Appellatio huiusmodi appello saluo iure dicendi de nullitate censetur conditionalis, scilicet, quatenus sententia sit aliqua,teste Alexã.consi.19.col.5.lib.4. Idem est si diceretur, Dico sententiam nullam,& si qua est,appello,qui appellandi modus in praxi recipitur,secũdum Bart.in l.si expressim ff.de appel.Fran.in c.dilecto.q.21.extra eo.tit. Sed an tũc nullitas cũ appellatione cumulata:intelligat' principaliter vel ne in iudicio deducta,& dic,q̃ princ.secundũ receptiorẽ sententiã,p̃ Alex.consi.2.nu.13.lib.3.Dec.d c.dilecto.nu 7.Seb.de nullit. c.6 quot & quib.mod.nu.x.& seq. Alex.d.consi.2.col.fi.con. 59.lib.4. quem plenè examinat Ias. in l.titiæ textores.§.nihil. de lega.j. Euer.libro arg.loco à natura copulæ.col.2.pro quo vide quæ scribit Dec.in l.nemo ex his.n.2.vbi cagnol.nu.11. ff.de reg.iur.Alex.consi.230.lib.6.vbi docet iudicem appellationis quomodo pronuntiare debeat eo casu, quãdo quis dicit sententiam nullã & si qua est,appello. Quibus adde,q̃ nullitas cum appellatione deuoluitur in diffinitiuis, non autem in interloquutoria,iuxta not.per doc.in c.vt debitus.& c.Romana.de appel. Guid. Pap. trac.appel.q.67.vbi q̃ quando appellatur à diffinitiua:tunc ad iudicẽ appel.etiam nullitas tacitè deducitur, adeóq; super vtraque cognoscere potest, teste Guid.Pap.lib.supra.q.46.Bar.d.l.si expressim.col.pen.l.j.C.qñ p̃uoc.Alex.consi.179.lib.2.Dec.consi.275..Abb.in c.cum lo. in fi.de fid.instr.

Appellationi aduersarij qui vult adherere: hoc intra decẽ dies agere debet,Ratio est,quia appellatio cõis est, teste Frã. in ca.directe.col.pen.concl. 5.de appel.cui appellationi intra decẽ dies adhærendũ esse dixit Alex.consil.101.125.lib.2.gl. & doc.in c.vt circa.§.alioquin ver.adhærentes de ele.in 6.Bal. in auth.hodie.col.2.C.de appel.Guid. Pãp.q.13.78.436.fel.in c.super in fi.de re iud.& est cõis, adeò vt postquã appellationi appellatu sadhæserit: non possit appellãs eo inuito suæ appellationi renuntiare, iuxta tradita per Doc.in l.omnẽ honorẽ c.qñ prouoc.nõ est necess.Purp.in l.postquam liti.nu.112. C.de pac.Tiraq.de vtroq; retrac.ad fi.titu.§.16.nu.25.& hanc cõem dicit Gomes.de trien.pos.q. 54.ver.hinc voluit,de quo vide quæ scribit præpos.in c.interposita.§.ille deniq;.nu.7.de appel.vbi x.tradit limit.ad Reg.Illius tex.q̃ appellans renuntiare potest suæ appellationi.

Appellatione pendente non p̃sumitur pro processu,nec p̃ sentẽtia,& ideo satis erit appellanti introducere appellationẽ interpositã: eamq; & apostolos petitos intra legitima tẽpora:ac ipsam sententiam à qua appellatum fuit,exhibere, secundum Dec.consi.295.nu.2.Quapropter diligens & cautus sit appellans: vt intra fatalia procuret causam terminari:aliàs appellatio erit deserta,& firma remanebit prima sententia,p̃ qua tunc præsumetur,teste osasc.Decis.13.col.fi.post num.4. vbi post plura,inquit,fateor tñ q̃ si sententia quæ producitur appareat lata iam lapso biennio:tunc pro ea præsumitur sine actis,c.cum inter.& c.sicut de re iud.Quo casu cautus esse debet appellans vt fidem faciat de actis,si ex eis putat intentionem suam posse iustificari,quã opi.dicit seruari à senatu, qua in re, mihi placet prac. quam docet Dec.in c.cum in ecclesia 2.not.de appel vbi q̃ appellans tria probare debet,j.se appellasse 2.ex causa legitima.3.intra tempus.

Appellationis causa pendente,si feratur sententia qua pronuntietur appellatio deserta:ab ea appellari potest, secundũ Franc.in c.ex ratione.col.23.de appel.sed appel. euitandæ cã: cautius est,vt iudex à quo, absque alia iudicis ad quem pronuntiatione,sententiam exequatur,Franc.d.c.col.antepenul. in fi.Bal.p̃si.390.lib.3.Ang.consi.140.Rob.de ord.iud.6.part. ver.appel.n. 190. Quis autem iudex p̃nũtiare debeat appel. deserram:vel à quo,vel ad quem ,& dic,q̃ si ex non prosecutione deserta sit appellatio,& iudex ad quẽ nunquam aditus fuerit:iudex à quo tuam exequetur sententiã,sine alia pronũtiatione,ne præbeatur materia appellandi,tametsi super desertione pronuntiare vellet: non erit inutile,quia appellantem in expensis condemnabit,Abb.in c.sæpe.col.3.de appel.si vero iudex ad quem aditus fuerit,& coram eo appellatio introducta,tunc ad eum spectabit pronuntiatio, teste Alex.& alijs in l.præses.ff.de re iud.Fel.in c.ex parte 2.col.6 de rescrip.hoc tñ casu,qñ sententia confirmatur ex desertione primę: per lapsum fatalium non ageretur ex ipsa sententia confirmante, cum sit interlocutoria,neque actionem parit,sed ex prima ageretur,secundũ cõem per Ias.in l. res iudicata.nu.14.ff.de re iud.in l.à diuo pio.in prin.nu.26.vbi Alex.nu.xx.eo.tit.Secus qñ aliter quàm ex cap.desertionis prior sententia per iudicẽ appell.confirmatur,nam tunc ex illa confirmante: non ex cõfirmata ageret,Ias.d.l. res iudicata.nu.11.vbi dicit cõem,quã sequitur Rip.ibi.nu.xv.qua in re illud notandum est, nõ esse necessarium:q̃ à parte de ipsa desertione opponatur, cum iudex ex officio appellationẽ desertam esse pronuntiare possit, & debeat, vt per Franc.d.ca.ex ratione.col.xx.ver.quoad fm. Quibus adde,q̃ licet sentẽtia super desertione appel.vel causæ,vel q̃ nõ liceat tertio ,puocare,sit interlocutoria,habet tñ vim diffinitiuæ,secũdũ Bal.in l.2.col.pen.in fi.C.de episc.aud. & ab ea appellari potest,teste Corn.consi.14.262.li.4. quando autem, ac quibus ex causis appellatio censeatur deserta, dic,vt per Mising.cent.3.obser.22.& in specie,an sententia super desertione appell.sit interlocutoria vel diffinitiua: scribit idem Mising.d.cent.3.obser.36.vbi distinguit,& Guid.Pap.q. xj.& 12.

Appellatio. Iudex Appellationis ab interloquutoria inhibere non debet,nisi prius super appellationis iustitia cognouerit,aliàs inhibitio nullius erit efficaciæ teste Spec.tit.de appel.§.de officio.ver.sed quæritur.tex.in ca. Romana.§.si vero & §.si autem,de appel.in 6.Fel.in c.dilectus.2.col.pen.de resc. insuper dicta inhibitio vt valida sit: parte citata fieri debet, secundum Aret.consi.26.col.pen. ver. causa secundũ.consil. 34.col.3.Alex.consi.91.col.pen.lib.2.consi.9.lib.4.in l.titia in fi.ff.sol.mat.vbi referr cõem in l.4.§.cõdemnatũ.ff.de re iudi. Ias.in l.si opus.nu.6.ff. de no.ope.nun.in l.nec quicquam.nu. 31.ff.de off.proconsi.de qua inhibitione,& an ac quando permissa sit vide Mising.cent.3.obser.87.

APPELLATIO
SVMMARIA.

APPELLATIONEM simpliciter, & generaliter interpositam,etiam proprio iudicis,ad quẽ appellatur,nomine non expresso,valere.q.1.

Appellationem ab interlocutoria in casibus à iure permissis, indistincte interponendã in scriptis: à definitiua verò incontinenti etiam viua voce, ex interuallo autem in scriptis fieri debere.q.2.

Appellatio incõtinenti fieri dicitur,donec Iudex sedet adhuc pro tribunali,licet etiam ad alios actus iudiciales processerit.secùs si ad actus penitus extraneos diuerterit.q.3.

Appellans viua voce| cum protestatione de appellando in scriptis, si deinde appellet in scriptis, valere adhuc primam appellationem,& ab illa incipere currere tempus prosequendi eam.q 4.

In appellatone ab interlocutoria exprimendas esse causas grauaminis,secùs i.. ..ppellatione à definitiua.q. 5.

Sequestrationem fructuum,quæ propter metum dilapidationis fieri solet,ẽt pendente appellatione,ea nõdum præsentata iudici ad quẽ,& recepta,faciendam p̃ iudicẽ à quo, aliàs per iudicem ad quem.q.6.

Pendente appellatione agi posse contra iudicem,qui sententiam vel nullam,vel iniquam dixit,ad expensas litis, damna,& interesse.q.7.

Appellatione ab interlocutoria pendente ligatas esse manus iudicis,ita vt vlterius procedere non possit: facta scilicet ei legitima inhibitione p̃ superiorẽ,hoc est,cũ causæ cognitione,& parte citata.q.8.

Tempus 30.dierũ,qui dantur ad petendos apostolos,currere à die latæ.Nisi grauatus sententiã latam esse ignorauerit: tunc enim currere à die scientiæ.q.9.

Appellatione per annum deserta, iudicem posse post lapsum anni exequi sententiam:Si de impedimento ipsi non cõstet,parte tamen citata,vt de impedimento, si quod iustũ habeat,doceat,q. 10.

Apppellans ad hoc,vt possit restitui,debet de impedimẽto in primo anno protestari.Maximè si stet per iudicem.Atq turius esse,vt semper protestetur.q.11.

A sententia de exequendo non esse appellandum.q.12.

Partib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Partibus consentientibus, vt Iudex sententiam ferat secundum consilium sapiētis, appellationem nihilominus esse permissam.q.13.

A sentētia lata super possessorio, appellare nō licere, nisi magnum sit grauamen, & præiudicium. Idq́ue tum Iure Canoquestione 14.

A iuramento in litem appellare non permittitur de iure ciuili, secùs quidam aiunt esse de iure Canon.q.15.

A sentētia subdelegati, si delegatus primus totam causam delegauit, appellatur ad primum delegantē: Si verò partē causæ sibi reseruauit, & partem subdelegauit, appellatur ad proximum subdelegantem.q.16.

Clausulam, Appellatione remota, solitam adijci in delegationibus non nocere tertio, quo minus ipse appellare possit. questione.17.

Appellatione deserta, nihilominꝰ agi & tractari posse causam nullitatis simul in iudicium principaliter deductā questione.18

Ad summum Pontificem appellari posse, omisso medio, ꝙ aliàs non licet.q.19.in prin.

Appellatio omisso medio ꝓpositа, causæ cognitionem deuoluit, etiam vbi appellari omisso medio ad superiorem non potest.q.19.

Attentata, pendente appellatione esse reuocanda: Idq́; obseruandum & in his, quæ post sententiam ante appellationē propositam acciderunt.q.20.

Attentatam reuocationem an ampediat notorius Iuris defectus.q.21.

Reuocationem attentatorum non concedi ijs casib. quib. de Iure non conceditur appellatio.q.22

Appellatione ab interlocutoria pendente, non reuocari statim attentata: nisi probata causa, scilicet, si quid attentatū sit in causa principali: Item nisi inhibitū sit iudici per superiorem.q.23.& 24.

Pendente appellatione extraiudiciali, non nisi vera appellandi causa probata, reuocari attentata.q.25.

QVÆSTIO I.

QVAERO, An valeat appellatio simpliciter & generaliter facta nomine iudicis proprio non expresso, ad quē appellatur. Respon. quod sic, & ista est communis opinio, quæ fundatur in l.2.ff.de appell. vt testat Rober.Maran.in Spe.par.6.Rubr. de appella.n.120.& eam tenet.Bar.in l.1.§.si quis.ff.de appel. Abb.capit. inter cætera. ext.eod. Eandem dicit esse communem opinionem Ias.in l.qui Romę.§. Scia. numero 8. ff. de verb.oblig.

QVÆSTIO II.

QVAERO, Vtrum appellatio semper debeat in scriptis fieri, An verò sufficiat, ꝙ viua voce interponatur? Respon. ꝙ in hoc articulo solet distingui secundum communem & receptam Doct.opinionem inter appellationem ab interlocutoria & à definitiua.

Primo casu appellationē indistinctè in casibus à iure permissis fieri debere in scriptis cōiter receptū est, de quo tex. est expressus, qui ꝓbat in c.cordi nobis.de appel.in 6. Et hanc esse communem opinionē tam Canonistarum, quàm Legistarum firmat Dec.in c.vt debitus. de appel. Paul. de Castr. in con.270.in prin.vol.2.Roma.con.41.& eam tenet Bald. in l. patris & filij.ff.de vulg. & pupil.Ferra.pract.for.appel.ab interloc.verb.causis & rationibus.

Secundo casu, placuit appellationē etiā viua voce fieri posse, incontinenti, non ex interuallo, quia tunc in scriptis interponenda est, ad hoc vt valeat. Ita probat text.in l.1.& 2.ff. de appell.& in l.litigatoribus & ibi gl.Bart.Bald.& omnes.C. eod.tit.vt refert Corn.consil.95.& con.96.vol.4.Ferra.pract. for.apppell.à definitiua, in prin.

QVÆSTIO III.

Quando autem dicatur incontinenti vel ex interuallo interponi appellatio, inter Doct.diuersæ sunt opiniones, quas refert.Bald.in d.l.litigatoribus. Verior tamen & communior est sententia quòd incontinenti dicitur appellatio fieri, donec Iudex sedet adhuc pro tribunali, licet etiā ad alios actus iudiciales processerit. Secùs si ad alios actus penitus extraneos, qui fiunt extra iudicium, diuerterit. Ita tenet Spe. in tit. de appel.§.qualiter.& ibi Andræ.in add.verb.diuerterit.& ita intelligi debent Doct.licet non ita clarè loquuti sint. Bart.in d.l.litigatorib.vbi dicit ēt incōtinēti fieri, licet Iudex diuerterit ad extraneos actus puta iudiciales, qa ꝓcessit ad alias causas expediendas. Idē Bar.in l.j.§.libelli.de appel.Bald.in l.diuꝰ. ff.de in integ.restit. Hanc opinionem communiter approbatam firmat Dec.c.si iustus. de appel.Gemi. & Doct.in d.c.cordi.eam quoque sequitur Lanfran.de Oria.in repet.c. quoniā contra.verb.interlocutiones & appellat.vers.sequitur aliqua videre.ext.de probat.

QVÆSTIO IIII.

Sed pone ꝙ aliquis appellat viua voce, cum ꝓtestatione, de appellando in scriptis: & deinde appellat in scriptis, nunqd valebit prima vel secunda appellatio? Respon. quòd non obstante controuersia Doct.in l.cùm procurator. §. si dominus ff.de oper.no.nun.magis communis & verior est sentētia, ꝙ prima appellatio valet, à qua etiam incipit currere tempus ꝓsequendi eam, vt testatur Ioan.Imol.in d.§.si dominꝰ, & Paul. de Cast.in con.7.vol.1.licet contrarium teneat cum Alex. in d.§.si dominus. Eandem opinionem vt veriorem sequit Dec. in c.tua nobis.de appell.Rom.con.41.Abb.in c.dilecto.de appellat.dummodò tamen prima appellatio valuit, secùs si fuit inualida, vt quia viua voce ab interlocutoria appellatū est. Namq́; tunc valet secunda in scriptis facta, & tēpus prosequēdi à die secundæ appellationis incipit currere.

QVÆSTIO V.

Quæro, An in appellatione causę grauaminis sint exprimendę in specie, vel sufficiat generaliter fieri eius mentionem? Respon. secundum communem & receptam Doct.sententiam, quòd in appellatione à sentētia definitiua nō requiritur causę expressio, sed sufficit, quòd appellans generaliter dicat se esse grauatum. Ita probat text.in d.l.2.C. de appella. & tenet gl.& Doct.c.cùm in ecclesia.ext.eod.tit. Secùs in appellatione ab interlocutoria, quia expressè & specialiter sunt nominandę causæ grauaminis, alias non valet. tex. est expressus in c.vt debitus.ibi, corā eodē iudice causa probabili appel. exposita. ext.de appellat. quam opinionem ibi communiter sequi firmat Rober Marant.in Spe.par. 6. Rub. de appel. nu. 141. Eandem opinionem tenet Gemi.per.tex.ibi, c.cordi nobis.de appellat.lib.6. Abb.& Doc.d.c. cùm in ecclesia. Socin. con.45.vol.1.bald.in l.minoribus.C.de his quib.vt indig.& ꝓbat tex.in Clemē.appellanti.& ibi Doct.de appel. Ferra.pract. for.appel.ab interl.verb.causis & rationibus.

QVÆSTIO VI.

Vulgaris conclusio est, quòd Iudex etiam pendente appellatione potest fructus sequestrare, quando timetur de dilapidatione, tex.est in l. Imperatores & ibi Doct.§.fin.ff. de appel. cfin.vbi communiter hoc tenet, de sequest.fruct. Matthæ. de Afflict.188.decis.num.7.

Sed dubium est.per quem iudicem fieri debeat sequestratio: Resp. Communis & recepta est sententia, ꝙ si petitur sequestratio antequam appellatio sit præsentata iudici ad quē & per eum recepta, tunc debet fieri per iudicem à quo, aliàs per iudicem ad quē, ita tenet Abb.& Doc.in d.c.fi. & dicit cōmuniter teneri Alex.in add.ad Bar.in d.l.Imperatores. Eandē dicit esse commu.opinionem Rober.Maran.d.par.6.Spec.ad quocat.Rub.de appel.nu.177.

QVÆSTIO VII.

Quæro, An pendente appellatione possit agi contra iudicem, qui sententiam vel nullam vel iniquam dixit, ad expensas litis, damna & interesse: Respon. ꝙ sic, ita tenet Bart.in l.3. §.ex quibus.ff.de alie.iud.mut.causa.facta. Et idem in q.9.incip. Iudex per imperitiam. Eandem tenet opinionē Alex.l.4.§. fin.ff de dam.infect. Bald.in l.obseruare.§.proficisci.nu.12.ff. de offic.procon. Et eam dicit esse cōem Socin.in con.24.nu. 8.& 9.cum seq.volu.1.Felin.c.pastoralis.§. quia vero nu. 18. & 19.ext.de offi.deleg.

QVÆSTIO VIII.

Quæro, An pendente appellatione ab interlocutoria sint ligatæ manus iudicis, ita vt vlterius procedere nō possit: Respon. secundum receptam Doct.sententiam, ꝙ non possit ꝓcedere vlterius, quando ei per superiorem facta est inhibitio Ita est tex.in c.non solùm.de appel.in 6. Aliàs secùs, vt not. in l.intra vtile.& ibi Bar.ff.de minor. Bart.in l.eius q.ff.de appel. recip. Ang.in consil.217.

Hanc commu.conclusionem intellige procedere, dūmodo inhibitio fuerit legitimè interposita, & cum causæ cognitione, & parte citata, alias non valet. Ita tenet Felin.c.dilectus el.2.de rescrip. Gemi c.Romana.§.si verò, & §.si aūt, per illum tex.de appella.lib.6. Et hanc dicit esse communem opinionē Alex.in l.Titia.ff.solut.matri.& in l.4.§.condemnatum. ff.de re iud.& eam tenet consulendo in consil.91.vol.2.& in con. 9.Franc.Aret.consi.20.& consi.33.

Appellans tenetur infra 30. dies apostolos petere, de quo est text.in l.iudicibus, C.de appel.

Quæ

Universidad de Deusto

QVÆSTIO IX.

Quæro Quando incipiat currere illud tẽpus: Respon. Doc. in hac quæst. sententijs variant. Quidã existimant, quòd currant à die latæ sententiæ isti. 30. dies. Et hæc sentẽtia probatur per tex. ex pressum in d. l. iudicibus.

Contrarium tenet Hostien. c. 1. de appell. in 6. q̃ scilicet currant à die appellationis interpositæ. Sed prima opinio magis communiter approbata est, dummodò appellans habuit notitiam sententiæ latæ, iuxta tex. d. l. iudicibus. Aliàs si ignorauit sententiam latam, à tempore sciẽtiæ tm̃ currũt isti 30. dies, sicut & ipse ipsum appellationis interponendæ iuxta Auth. hodiè. & quæ ibi no. gl. & Bar. Et hæc opinio verior & æquior & menti legum consona. Quomodo enim dici potest ignorãti per 30. dies lapsum esse tempus petendi apostolos, cui tẽpus appellandi lapsum non est. Hanc opinionem dicit esse magis cõem Maran. par. 6. Rub. de app. nu. 309. & tenet Rot. dec. 29.

QVÆSTIO X.

Quæro, An per lapsum anni dicatur deserta appellatio, ita vt iudex indistinctè possit sententiam exequi, si aliter nõ cõstat sibi de impedimẽto. Respon. q̃ nõ, sed debet expectari, vt labatur secũdus annus. Ita est tex. in Auth. ei qui appella. C. de tempo. appel. & in Clem. sicut, de appel. Hanc opinionẽ tenet expresè Bar. in d. Auth. ei qui, & in l. j. ff. nil. no. app. pẽd. Dec. post Abb. in c. ex ratione. de appel. Bal. in l. eos. C. eod. tit. Et eã dicit esse communẽ Rober. Maran. in Spe. par. 6. Rubr. de app. nu. 220. licet ipse teneat contrarium, q̃ scilicet elapso anno, si non constat de impedimẽto aliquo possit statim sententiã exequi, parte tamen citata, per d. ca. sicut. Cuius opinio mihi quoque satis probatur, atque puto quoque id esse de mente Doct. qui tenẽt communem, q̃ licet debeat expectari lapsus biennij, si tamen velit, possit citare appellan. ad docendum de impedimento, & si non docuerit, sententiam exequi.

QVÆSTIO XI.

Sed quæro, Nunquid ipse appellans in primo anno debeat protestari de impedimento, ad hoc vt restituatur? Resp. vera & communis conclusio est, q̃ quando stat per iudicem, tunc debet protestari, ita firmat Alex. in consil. 19. vol. 2. & Docto. communiter in d. c. ex ratione. & in l. properandum. §. fin aũr. C. de iudic. licet tutius sit, vt semper protestetur, teste Dec. d. capitu. ex ratione.

QVÆSTIO XII.

Quæro, An possit appellari à sentẽtia de exequendo? Resp. in hac quæst. Bar. sibi contrarius est. Namque in l. ab executione. C. quo. app. non recip. existimat appellationem admittendam esse. At diuersum sentit in l. ab executore, ff. de appella. q̃ scilicet appellari non possit. Hanc dicit esse cõmunẽ Corn. in consi. 71. vol. 1. & eam firmat vt veram Decis. Neapol. 14. Ant. Cupy. Grat. consi. 16. vol. 2. Ruin. cons. 80. vol. 5. Eandem dicit esse cõmunẽ Alex. in consil. 95. vol. 2. & firmat Specu. titu. de execut. sent. §. penul. ver. sed secundum.

QVÆSTIO XIII.

Quæro, Si partes consentiant, vt Iudex sententiam ferat secundum consilium sapientis, An nihilominus permissa sit appellatio? Respon. quòd sic, ita tenet Bart. in l. si conuenerit. ff. de re iudic. & ibi Alex. dicit hanc esse commu. opinionẽ, & tenet idem Bar. in leg. ex consensu. ff. de appel. Solus enim consensus non tollit remedium appellationis, nisi expressa interuenerit renunciatio.

QVÆSTIO XIIII.

Quæro, An appellare permissum sit à sententia lata super possessorio? Respõ. q̃ non, ita probat tex. in l. j. C. si de momẽ. possess. fuer. appel. & c. fi. §. de possessione. 2. q. 6. siue sit possessorium adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ. tex. est in c. ex cõquestione. de restitu. spoliat. & tenet Bart. in l. 2. nu. 3. ff. de appel. recip. Hanc opinionem dicit esse veram, & communem August. Hero q. 52. nu. 8. Tyraq. in tract. de morte. 6. part. declarat. 6. nu. 5. Vant. in tract. de nullit. Rubr. 4. num. 34. Catel. Cotta in memorab. iutis. verb. appellare. Socy. reg. 18.

Hanc cõmunem conclusionem limita procedere, vt non possit appellari ad effectũ retardandæ executionis. secùs quò ad deuoluendum negotium coram iudice, ad quem, & ita intelligi debet tex. d. l. 1. prout ibi not. Bart. & Bald. licet contrarium velit Dec. in consi. 28. Hanc dicit esse magis communẽ opinionem Rober. Marant. in Specul. par. 6. Rubr. de appella. nu. 294. & tenet Matthæ. de Afflict. vbi dicit ita iudicatum. in decis. 77. nu. 8.

Prædicta omnia limita procedere in causis modici præiudicij, namque ibi non suspenditur executio, secùs vbi maximũ vertitur præiudicium. ita sentit Bart. in l. 2. ff. de appella. recip. Dec. in consil. 28. Ang. & Doct. d. l. 1. C. de mo. poss. Vbi communiter Doct. fundant se in modicitate præiudicij, quia licet sententia super possessorio parit modicum præiudiciũ, ex quo grauamen potest reparari super petitorio, & hæc opinio est æquissima, ita firmat Maran. d. Specul. par. 6. Rubr. de app. numer. 301.

QVÆSTIO XV.

Quæro, Vtrum à iuramento in litem appellare permissum sit? Respon. q̃ non, ita tenet Bart. in l. in actionibus. ff. de iur. in lit. quem sequuntur ibi Doct. communiter, teste ibi Ias. in fin. qui tamen dicit id procedere de Iure ciuili, secùs de Iure canonico. Eandem sententiam firmat Innocen. Anton. de Butr. & Imol. in c. fi. ext. quod met. cau. Robert. Maran. in Spec. part. 6. Rubr. de appel. num. 339.

QVÆSTIO XVI.

Quæro, Ad quem appelletur à sententia subdelegati? Resp. Bart. in l. j. §. 1. ff. quis & à quo appellet. distinguit inter Ius ciuile & canonicum, & inter delegatũ à principe & ab inferiori Sed hæc eius distinctio communiter reprobata est, vt testatur. Maran. in Spec. par. 4. distinc. 5. nu. 27. & verior opinio est, q̃ si delegatus subdelegat totam causam, indistinctè tàm de Iure ciuili quàm canonico appelletur ad primum delegantem, ita probat tex. c. super quæstionum. §. porro. de offic. deleg. Si verò nõ subdelegat totam causam, sed partem sibi reseruat, tũc appellatur ad subdelegãtem proximum. Hanc opinionem tenet Dec. Abb. & Doct communiter in c. dilecti. de appel. & in d. §. porro. vt firmat Marãt. d. distinc. 5. nu. 27. & in part. 6. Rub. de appel. nu. 375.

QVÆSTIO XVII.

Quæro, Vtrum clausula, appellatione remota, quæ in delegationibus solet adscribi, obtineat saltem quo ad litigantes actorem scilicet & reum, An verò etiam quo ad tertiũ? Resp. Receptior & communior est sententia appellationẽ permitti tertio, non obstante dicta clausula, ita tenent Abb. Bal. Fel. & Dec. in c. super eo. ext. de offi. deleg. Fran. in c. pastoralis. q. 7. de appel. Bar. l. j. §. interdum. ff. à quib. appell. nõ liceat. nu. 4. Bal. l. cùm filius. ff. de milit. test. Feli. c. veniens. 2. nu. 5. de testib. c. qualiter. 1 nu. 13. de accusat. Ias. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Corf. in sing. verb. clausula. 1. Et hanc dicit esse cõmunem opinionem Curt. Iunior, consil. 179. num. 6. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de nullitate. nu. 15.

QVÆSTIO XVIII.

Quæro, An deserta appellatione censeatur deserta quoque nullitas cũ appellatiõe simul in iudiciũ principaliter deducta? Respon. Variatum est sententijs, nonnullis existimantibus deserta appellatione nõ esse vlterius locũ prosequendi nullitatem, hanc sententiam tenet Innocen. c. sæpè, de appellat. Bald. l. qui testamento. ff. de excusat. tut. Salye. l. 1. C. quando prouo. non est neces. Cuma. l. si expresim. ff. de appellat. Alijs verò contrariũ affetentibus, ex quo nullitas nõ restringitur his limitibus q̃bus appellatio censetur Iure restricta, vt not Bart. l. quidã in suo. ff. de cõdit. insiit. Hanc sententiã tenet Bart. d. l. si expressim. nu. 10. & ibi Imol. nu. 16. Abb. c. dilecto. nu 9. ibi Francus. q. 58 de appellat. Socin. con. 10. col. fin. lib. 4. Et hanc opinionẽ commu. esse firmat Dida. Couar. pract. quæst. cap. 25. & tenet Ferrariensis pract. forma appel. à sentẽ. definit. verb. & in quantum sit aliqua.

QVÆSTIO XIX.

Cõis & vera est conclusio, Ad summum Pontificẽ appellari posse omisso medio. c. ad Romanam. 2. q. 6. Docto. c. dilecti. de appel. vt testatur Couarr. pract. quæst. cap 4. nu. 9. regulariter verò appellatio omisso medio permissa non est.

Sed quæro, nunquid appellationis remittenda sit causa, quoties permissa non est, si id non petatur. Respon. Diuersæ sunt sententiæ, Namque Imola, quem sequitur Deci. in d. c. dilecti, existimat remittendã esse causam ad illud mediũ tribunal, quòd initiũ è fuerat omissum.

Contrariam verò sententiam, q̃ imò appellatio omisso medio proposita, causæ cognitionem deuoluit, etiam hoc casu, vbi nihil fuerit appositum, tenet glo. communiter recepta d. c. dilecti. vt testantur ibi Imol. & Decius & tenet Rota decis. 587. in nouis.

QVÆSTIO XX.

Expediti iuris est, attentata pendente appellatione esse reuocanda. l. ex illo. l. minimè. C. de appellat. Sed quæro, nunquid etiam attentata non tantùm post appellationẽ ꝓpositã, sed etiam ante ipsam, & post sententiam intra tempus datũ ad appellandum reuocanda sint. Resp. Receptior opinio est, q̃ sic, quã probat text. c. cùm solùm. de appella. in 6. quem ibi not. Franc. & Doct. communiter & tenet glo. l. ex iudiciorum verb. secuta. ff. de accusat. quam sequitur tãquam singularem

Bal

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bal.c.quærenti.dæ offi. deleg. Et eam dicit esse communem Alex.l.3.§.si seruus.ff.de acquir.possess.& tenet Paul.de Cast. l.eius qui.§. si cui.de testa.

QVÆSTIO XXI.

Quæro, Vtrum reuocatio attentatorum possit fieri, si appellanti obijciatur notorius defectus iuris in principali causa Respon. Licet certatum sit in hac quæstione variantibus sententijs, tamen obtinuit illorum sententia, qui volunt fieri reuocationem, vt firmat Alex.consil.99.nu. 9. Carol. Molinæ. ibi in addit Et hęc opinio procedit quidem in profanis, dubiũ igitur est, nunquid etiam obtinere debeat in causa super beneficio ecclesiastico? & existimat Anton. de Butr. & Francus in c.bonæ memorię. de appellat. reuocationem admittendã esse non obstante hoc defectu. Idem firmat Dec. c.ex parte. el. 2. de rescript. Verùm frequentius in contrariam itum est sententiam, per glo. Clement. vni. de causa possess. & proprie. quę vult necessarium esse aliquo colore saltem canonici tituli possessionem iustificare. Hanc sententiam tenet Rota in decis. 55. Inouis & dec. 14. dec. 348. in antiq. Abb. ca. ex literis de restit. spolia. Et hanc opinionem gl. cõem esse firmat Rubeus con. vlt. colum. 2. Bellame. consilio. 10. Cassiod. decis. 4. & 8. de restit. spoliat. & tenet Oldr. con. 1. Et hanc posteriorẽ opinionem multi quoque volunt procedere in profanis, quòd ad hoc vt non fiat reuocatio in fauorem partis, sed vt iudex tẽ de qua controuersia est, subijciat sequestro vt annotauit Matthæ. de Afflict. in decis. 98. & 352.

QVÆSTIO XXII.

Quæro, vlterius quid dicendum sit in ijs casibus, in quib' iure non conceditur appellatio? Respond. Expeditũ est reuocationem non concedi, ita est tex. expressius c.non solum. ibi glos. verb. casibus. communiter approbata, de appellat. lib.6. ex quo enim tunc appellatio non suspendit effectum sententię, bene potest Iudex innouare, Innocen. c. pastoralis. de officio deleg. Bald. ca. sancimus. quo temp. miles. tot. tit. C. quor. appel. non recip. Rober. Matan. de ord. iud. par. 6. capitu. de appellat. num. 172.

QVÆSTIO XXIII.

Quæro, Nunquid pendente appellatione ab interlocutoria attentata sint reuocanda? Respond. Expeditũ est per text. in ca. nõ solùm. de appellat. in 6. quo decisum est attentata nõ reuocari antequam iustificata fuerit ipsa appellatio per probationem causæ. Et in hoc differt appellatio à definitiua ab appellatione ab interlocutoria, hæc enim statim suspendit iurisdictionem iudicis à quo prouocatur, absque iustificatione causæ, ad effectum reuocandi attentata, illa verò minimè.

QVÆSTIO XXIIII.

Sed quæro, An probata causa vera appellationis ab interlocutoria suspendatur iurisdictio iudicis ad effectum reuocãdi ẽt attentata super negotio principali. Respon. Aut interlocutoria fuit lata in articulo non cõnexo principali quæstiõi, & non suspenditur iurisdictio judicis quò ad principale negotium, nec tenetur Iudex, à quo prouocatur eidem supersedere: Aut interlocutoria fuit lata in articulo cõnexo causæ principali, & tunc suspenditur iurisdictio etiã quò ad causam principalem, ita tenet Anton. de Butr. Imol. & Dec. c. super eod. de appellat. & cap. ad hæc. el. 1. c. bonæ. eod. tit. vbi Dec. asserit hanc sententiam esse communem. Licet contrariũ quoque velit Panor. in prima parte distinctionis. nimirum ibi quoque appellationem habere effectum suspensiuum, quò ad negotium principale. d.c. super eod.

Limita prædictam conclusionem quæ vult attentata pendente appellatione ab interlocutoria nõ reuocari, donec causa probetur, vt non procedat quando innouata fiunt, postq̃ fuit iudici inhibitum per superiorẽ. text. est in d.c.non solùm quæ inhibitio tamen debet esse canonica, vt scilicet fiat prævia causæ cognitione, & parte ad hoc citata, secundum Innocen. & Felin. num. 14. c. dilectus. 2. de rescript. Spec. titul. de appellat. §. de officio, vers. sed quæritur. Domi. & Franc. d.c. non solùm. Rota, decis. 412. in nouis. Hanc dicit esse cõem sententiam Alex. l. Titia. in fin. ff. solut. matri.

QVÆSTIO XXV.

Quæro, Vtrum attentata pendente appellatione extraiudiciali sint reuocanda. Respon. q; non, sed pendent ex futuro euentu, quia reuocantur, cùm probata fuerit vera causa appellandi, sicut in appellatione ab interlocutoria. Ita tenet gl. cõmuni interpretum consensu probata d.c non solùm. & hanc sententiam firmat Abb. c. cùm nobis. de elect. Franc. Præpos. qui dicit eam esse cõem, & cæteri. c. bonæ memorię. de appel. Guido Papæ. con. 138. licet Abb. & De. existimẽt in appellatiõe extraiudiciali ad reuocationẽ attentatorũ sufficere, appellatum esse ex eã verisimili & ꝓbabili. Michael Grassus.

Appellatio si est lata super possessorio, cùm de mero possessorio agatur, non admittitur. l. vnica. C. si de moment. possess. fuerit appella. Phil. Dec. in consi. 26. & in l. 1. nu. 6. de bono possess. sec. tab. & in l. fin. nu. 49. C. de edict. D. Hadria. tollen. id que procedere in omni possessorio scribit Maranta. in tra. ctat. de ord. iud. par. 6. tit. de appel. n. 294. ver. decimosexto limita. addens tamen communem conclusionẽ esse, quod intelligatur ad effectum retardandæ executionis. Sed cùm satis abundè eũ multis adductis authoritatibus à Francis. Viuio, in lib. 7. commun. opin. in ver. appellatio. & D. Richard. in addit. commu. opin Baptist. à Villalobos, in ver. appellatur. nu. 131. scriptum sit, nihil aliud addo, nisi ꝙ hanc conclusionem plenius explicarint recentiores Didac. in suis pract. quæstio. ca. 23. nu. 8. & Octauian. Cacheran. in decis. senat. Pedemon. decis. 25. licet Carol. Molin. illam sententiam post alios multos Doct. cũ non sit iure prohibitum, ne à sententia lata sup possessorio appelletur. d.l.1. ibi. Et si appellatio interposita fuerit, tamen lata sẽtentia sortitur effectum, retinendam esse voluerit. Et hãc veritatem esse addiderit in addit. ad con. Decij, in d.con. 28. in verb. permissa. allegans consilium elegans, & illam materiam benè explicans. Iaf. in con. 188. incip. redemptoris nostri. in 2. volum. consi. Kirchouius.

Appellationis Iudex in dubio appellationi à diffinitiua deferre debet secundum Spec. tit. de appel. §. nunc dicamus. ver. 1. Iaf. in l. 1. ff. si quis caut. Dec. consi. 28. 34. 39. in c. vt debitus. n. xxiij. de appel. Aretin. in c. cordi in ca. si à iudice de appel. in 6. Quam conclu. intellige, vt per Dec. in d.c. vt debitus: nisi essemus in materia in qua Regulariter appellatio nõ admittitur, nam tunc in dubio inhereñ. est Regulę & non iniuria quidẽ appellationi deferẽdũ est in re dubia: qa illa est antidotũ contra iniustam sententiam teste Cur. con. 163. nu. 8. & est defensio quæ datur oppressis aduersus sententiam iudicis, l. 1. ff. de appel. c. ad Romanam. ij. q. vj. quibus Adde, quòd si iudex appellationi non deferat: puniri debet. ca. de priore, de appell. Iaf. in Auth. ad hæc. n. 3. de iud. Hinc est, ꝙ apostoli reuerẽtiales dantur qui cum in forma conceduntur, eos sic concessos intelligimus si à diffinitiua, intra decendium & à persona legitima appellarũ fuerit, & perantur, alij refutatorij concessi intelliguntur. Qui quidem refutatorij dantur qñ frustratoria videtur appellatio, qua ĩ re est animaduertẽdũ: ꝙ si Apostoli petiti fuissent: & nõ dati: saltem refutatorij, si iudex ꝓcederet processus redderetur nullus, c. vt super. in gl. vl. vbi Io. And. de appel. in 6. Aegi. cõcl. 151. Secus si nulliter appelletur, quia tũc iudex apostolos dare non cogitur, ex not. ꝙ Rot. Decis. 18. in antiq. quomodo aũt, & qua pæna puniatur iudex appellationi non deferens. Et dic, ꝙ diuersitas est inter ius Cano. & ciuile. iure enim Cano. si Criminalis cã est: iudex deponitur, si vero ciuilis, arbitrariè punitur, iure autem ciuili si criminalis, pæna arbitraria, si ciuilis causa erit 30. libris auri pæna afficit, l. quoniam. C. de appella. Rom. consi. 501. Boer. q. 153. nu. 4. & 5. quid si iudex simpliciter appellationem nõ admittat: sed cum clausula, si & quatenus de iure tenetur, aliter non an appellatio habeatur pro admissa. Et Rom. d.cõsi. verba illa, ad iuris dispositionẽ referẽda putat, vt si appellatio admittenda erat vtique admissa habeatur, alias minime, secũdum Fel. in c. cũ cõtingat. col. pen. de off. deleg. Bar. in l. ambitiosa, col. pen. de dec. ab ord. fac. Bal. in l. edita col. 17. C. de edẽ. Marc. Decis. cclxxj. vñ cauti. iudices appellatiões recipiũt cũ dicta clausula, si & quatenus, ne eas simpliciter reiiciẽdo in pænam incidant, ꝓ quã admissionẽ cũ ea clausula, iurisdictionẽ à se abdicare cẽsentur, adeò vt ꝓcessus corã eis fieri nequeat nec factus valeat, iuxta cõem per Rom. d.cõsi. 501. col. ij. Accedit, ꝙ qñ iudex appellationi nõ defert, sed illam reiicit, appellãs debet esse cautus, vt à tali reiectiõe appellet, alioqui reiectio & snia trãsirẽt ĩrẽ iudicatã, vt scribit Zabarel. in Cle. j. col. 3. vet. ex hac gl. de dolo & cõtu. de qua tñ clausula admissionis appellationis, si & quatenus, vide quæ notat Osasc. Decis. 131.

Appellationis prosequendę terminus non currit pendẽte compromisso, nec agenti super attentatis, teste Anch. consi. cclxxxiiii. Rot. decis. 7. de appel. vel si appellans sit infirmus, aliasve impeditus, qui si per testes impedimentum probare nequit: stabitur eius iuramento, secundum Rot. decis. 25. eo. tit. de appel. Quod aũt dicitur de Cõpromisso limita, habere. locum quando in arbitros esset compromissum, secus si in arbitratores, tunc enim cõpromisso nõ obstante currunt tempora appellationis, Anch. d. consil. 284. quod vero de attentatis dicitur intellige procedere nisi ob calumniã attentata proposita fuissent, ex not. per Abb. & Fel. in c. ex rationc. de appel. Alex. consi. 43. lib. 3. vbi ꝙ causę instantia labitur qñ ob calum

Universidad de Deusto

ob calumniam super nullitate actorum agitur.

Appellationis prosequendæ terminus vltra biennium an partes progari vel abbreuiare possint? Dic, q̃ expresse nõ possunt secundum cõem, tacitè verò, sic, vt puta, si causam compromitterent, per Doc. in l. properandum, in prin. C. de iudi. Rom. cons. 174. Boer. q. 285. Rob. de ord. iud. part. 6. ver. appellatio. nu. 223. Qu, m concl. intellige in tempore prosequendæ appellationis, secus in tpe appellãdi intra decendium, teste Rob. vbi s. nu. 230. quæ ꝓrogatio nec etiam instrumento facta valeret, quia soli principi spectat eam facere, secundum Capic. decis. 111. 165. 206. Boer. q. 248. Guid. Pap. q. 38. in fin.

Appellatio. Terminus 10. dierum ad appellandũ etiam partium voluntate, & iudicis consensu prorogari non potest, teste Bald. in Auth. ei qui. col. fi. vers. quæro nunquid. C. de tẽp. appell. in Auth. hodie. C. de appell. vbi q̃ si sententia ex partiũ consensu in causa appellat. post 10. dies interpositæ, proferatur, est nulla, secundum Doc. in l. 2. ff. de re iud. Abb. cons. 77. lib. 2. Fel. in c. pe. col. 5. de iudi. ratio est, quia terminus decendij ad appellãdum, à lege ꝓfigitur: qui terminus, quando datur à lege, siue sine iudicis ministerio, siue cum eo; à iudice prorogari, aut abbreuiari nequit ẽt ex causa, nisi aliter à lege expressum reperiatur, iuxta tradita per Ias. & alios in l. qui pro tribunali, nu. 22. ff. de re iud. vbi dicunt communem opin. Qui terminus 10. dierum currit à die scientiæ, aliàs etiam si per annum & vltra quis stetisset absque scientia vel notitia, ei non esset ꝑclusa via, iuxta gl. in c. ab eo. de appe. in 6. Doc. in Auth. hodie. C. e. Alex. cõs. 89. n. 11. n. 12. cons. 169. col. vlt. in fi. lib. 2. Aym. cons. 66. de quo, & à quo tpe decendium ad appellandũ currere incipiat, dic, vt p Mising. centur. 2. obser. 2. Masuer.

Appellans, si die assignata per iudicem à quo ad audiendã responsionem super admissione vel reiectione appellationis non comparuerit: dic, q̃ appellatio dicitur deserta, per tex. in Clem. quamuis rigor. §. verum. de appell. teste Osasc. decis. 7. post n. 3. declarando vt ibi per eum, secundũ quam vltimam rigorosam opi. dicit fuisse iudicatũ per Senatum. Et an censea tur deserta appellatio per lapsum primi fatalis, licet appellans & appellatus causam prosecuti sint: & intra secundum fatale index appellationis sententiam protulerit: & dic, q̃ non. sm Osasc. decis. 28. post nu. 4. licet nu. 15. loquendo in terminis iuris cõis putet cõtrariam opi. veriorem, per tex. in l. fi. § illud. C. de temp. appell. in clem. sicut. de appell.

Appellanti certum terminum iudex statuere ꝑt ad recipiendũ apostolos, & terminum iuris abbreuiare, adeò q̃ si die prẽstituta apostolos non receperit, vel petierit & ꝓtestatus fuerit, appellatio erit deserta, non aliàs expectato lapsu 30. dierũ, cum iudex à quo, hunc terminũ moderari possit, Clem. quãuis. de appellat. Aegid. concluſ. 152. & sic stat concl. iudicem abbreuiare posse terminũ iuris ad recipiẽdũ apostolos. Quid dicendũ, an possit iudex à quo appellanti terminum ad ꝓsequendũ appellationem præfigere: & dic, q̃ sic, eodem contextu, sed non ex interuallo, de quo vide Doc. in c. cum sit Romana. c. sæpe. de appell. tex. & gl. in l. præses. §. 1. vbi Bar. ff. eo. tit. in l. 1. de libel. dimis. Franc. in c. personas. de appell. Quibus addo, q̃ appellatio remanet deserta, si intra terminum à iudice præfixum ad eam prosequendã aliquid non fit quod à desertione excuset. c. personas. vbi Doc. extr. de appell. & vide Fed. de Sen. cons. 27.

APPELLATIO admittenda nõ est à sententia lata sup iudicio possessorio ad ipiscendæ, vel recuperandæ quò ad effectũ suspensionis. l. vnica. C. si de mom. pos. Sed admitti debet quò ad causæ deuolutionem, sm Bartol. in l. 2. ff. de appellatio. recipien. nu. 6. Ang. cons. 107. Pan. in c. cùm ad sedem. de restitutio. spoliato. nu. 40. Spec. in tit. de app. §. in quibus, vers. 6. non appellatur. Aufreri. in capella Tholosana dec. vlt. Bal. in l. 2. nu. 22. C. de epis. audien. Arch. in §. de possessione. 2. q. 6. Cy. Bart. Bal. Ang. Alber. & alios in d. l. vnica. Corn. consil. 190. vol. 1. Dec. cons. 28. Ripam in c. sæpe. n. 3. de resti. spolia. & Paris. cons. 108. nu. 20. vol. 1. & opinionem istam in practica receptam esse meminit Afflict. decisio. 269. & in lib. constitutio. regni in tit. de probatio. in appellationibus in rub. iurisperitorum, & communem ait Marãta in tract. iudiciorum in 6. part. c. de appellatione. nu. 294. & Paris. in d. cons. 108. n. 20. & procedit de iure ciuili secundum omnes præcitatos Doct. & ponit pro regula cum 20. limitationibus Io. Antonius de Nigris sup capitulis regni in c. 6. incipit, subditorum, à n. 106. vsque ad nu. 127. atque dicit communem post alios signatos per eum, & ponit ꝓ regula cum quinque limitationib. Petr. Duennas in reg. 44. appellare à sententia super possessorio.

De iure verò canonico à sentẽtia lata in possessorio potest appellari, & admittitur appellatio quò ad vtrumque effectũ suspensionis, & deuolutionis. clement. 1. & ibi Glo. Card. & omnes, de sequest. pos. & fruct. Glo. in d. c. cùm ad sedem. Bal. cons. 126. vol. 3. Spec. & Io. And. in add. in titu. de appella. §. 2. vers. 6. Federi. de Senis cons. 77. & ista est cõmunis sententia teste Abb. in d. c. cũ ad sedem. Dec. in d. cons. 28. & Ripa in d. c. sæpè. n. 3. Io. Ant. de Nigris cum aliis copiosè congestis per eum in d. c. subditorum. sub nu. 106. Sed prima opinio negatiua de iure ciuili videtur magis communis, & magis tuta, vt attestatur Petrus de Beuintendis decis. 17. vbi post longum dissputationẽ fiterur ita decisum extitisse in rota Bononiensi. & ex hoc patet falsum fore, q̃ asseruere Gozadi. consilio 50. nu. 4. & Anfreri. in dicta capella Tholosa. dec. vlt. & Petrus de Beuintendis decis. 79. nu. 16. & seq. tenentes iure canonico appellationem à sententia lata in iudicio possessorio non habere effectum suspensiuum, sed tantùm deuolutiuum, quia contrarium probatur in d. clemen. vnica, seu prima, vbi ita post Lapum hoc ipsum tenet, nec Doc. ab eis citati hoc voluerũt, nec probauerũt, quod ipsis adscribitur, alioquin nulla foret differentia inter ius canonicum, & ciuile, quam tamen omnes constituerunt, & præsertim Ioan. Cora. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 8. ff. de acq. poss. F. Vivius.

Appellationem ꝓ aliis, & clerici in criminum causis rectè interponunt, vt est communis opinio Suarez versic. appellationem. nu. 225. Bonacoss.

Appellatione interposita, si moriatur reus antequàm damnetur, non confiscantur eius bona, secus si sit damnatus antequàm moriatur. vt est communis opinio Suarez ver. appellatione. nu. 228. Bonacoss.

Appellationem si tollat statutum, illud quidem valet, non tamẽ à tali statuto suplicationis vel querelę recursus tollitur, cũ sint diuersa remedia, vt dictũ est in ver. appellare nõ licet. Appellatio enim arguit iniquitatem vel imperitiam iudicantis. l. 1. ff. de appel. supplicatio verò vel querela respicit ꝓprii erroris veniam, vel aduersarii circumuentionem. l. 1. §. præfecti etiam prætorio. ff. de minorib. Bald. in l. fi. §. fi. C. de temp. app. Hipp. de Marsi. in sua pract. crim. §. opportunè. n. 53. mihi, vers. vltra prædicta. Et hãc Doct. communem opi. esse inquit Phil. Dec. in cons. 533. n. 2. Quam tamen latiùs explicat Rol. à Valle, in cons. 38. nu. 7. 8. 9. & 10. in 2. Tom. con. kirchouius.

Appellatione pendente non præsumitur pro sententia, nec pro processu. c. quoniam contra. & quæ ibi tractantur, extrà de probat. c. cùm inter. in fin. à contrario sensu, extrà de re iudic. Quia virtus sententiæ extinguitur vel suspenditur per appellationem. l. 1. in fi. ff. ad S. C. Turpil. c. venientes. extra de iureiur. Fel. in d. c. quoniam contra. nu. 21. ver. prima conclusio. Et licet Io. de Im. in c. in præsentia. per illum tex. extrà de renuntia. nu. 4. voluerit, q̃ semper deberet præsumi ꝓ iudice & sententia, tamen communis sententia est in contrarium. refe rentibus Panor. ibidem nu. 19. vers. hæc est communis Doct. concl. Dec. nu. 32. vers. in gl. fi. 1. concl. vbi ipse Dec. nonnulla fundamẽta, quæ ꝓ Im sententia faciunt, adducit. kirchouius.

Appellatio admittitur in omnibus possessoriis, secundum cõem Doct. sententiam, de iure canonico per tex. in Clem. vnica, & ibi Card. in 1. oppos. de caus. possess. & propriet. Frid. Senen. in consil. 76. incip. Domino adiutori. Alex. de Imo. in cons. 90. vers. & præsupponо primò. in 5. vol. cons. Sed de iure ciuili secundum cõmunem opin. secùs. l. vnica. C. si de momen. pos. fuer. appel. cap. ex quæstione. ext. de resti. spol. Ias. in cons. 60. nu. 5. 1. vol. & cons. 187. in 2. vol. cons. Phil. Dec. in l. 1. n. 6. C. de bono. possess. secundum tab. & Roland. à Valle, in consil 38. num. 13. in 2. Tom. con. kirchouius.

Appellatio vbi ex natura causæ in possessorio est prohibita, pariter etiam prohibita videtur supplicatio. Ioan. de Imo. in consil. 142. Phil. Dec. in l. fin. num. 50. C. de edic. Diui Adr. tol. Nam non potest appellari in causa possessorii, quia præiudicium reparari potest in petitorio. & illa ratio etiam militat in supplicatione. Licet Paul. de Castr. in d. l. fi. nu. 16. ꝓ tràriam sententiam sequatur, præcedentem tñ obseruandam esse inquit Phil. Dec. in d. n. 50. Nam qui non potest appellare à sententia quæ transiuit in rem iudicatam, pariter aduersus eam supplicare non potest, cùm in vanum impetratum videatur, quicquid dicitur contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam l. fi. vbi gl. & Docto. C. vt lite pend. Hanc tamen opinionem tanquam magis approbatam sequitur Roland. à Valle, in cons. 38. vers. quibus tamen non obstantibus. n. 10. cum seq. in 2. Tom. con. kirchouius.

Appellatio. Licet regula sit, quòd iure ciuili ab interloquutoria nõ appelletur, teste Bar. in l. pe. C. quor. appel. in l. 2. & 3. ff. de appell. recip. secus tamen est iure cano. c. vt debitus, vbi Dec. 4. not. & in c. super eo. 2. in 2. not. de appel. Ang. cons. Com. opin. Tom. j. d 107

Universidad de Deusto
Biblioteca

107.115.Guid.Pap.q.436.nu.72.85.Quæquidem Reg.de iure ciuil.perpetua non est, teste eodem Guid.q.10.& 75.præsertim quando appellatur à carcere vel tortura quando grauamen est irreparabile.d.l.2.de appel.recip.not. Doct.in l.qd iussit.ff.de re iud.Item quãdo interloquutoria negotij substãtiam tangit,vt puta,si quis minor aut maior pnuncietur,aut prodigus aliáue inhabilis,l.intra vtile.ff.de minor.Dec.in l.is cui bonis.ff.de verb.ob.item admittitur appellatio quãdo interloquutoria lata est super legitimatione pſonæ, ex not.per Iaſ.in l.arbitro.col.3.ff.qui ſatisd.cog.Bal.in marg.verſic.appellatio. q.8.Rursus quãdo iudex pronunciat ꝓbationes aut testes admittẽdos non esse,secundum Corn.conſ.35.in prin. lib.1. itẽ quãdo interloquutoria executionẽ meretur, veluti si partes ad arbitros eligẽdos cogerentur,Barb.conſ.305.col. pen.lib.3. similiter quando quis se iudicem competentẽ vel incompetentẽ pronuntiat,c.ſignificantibus.de off.deleg.Ab. in c.ſuper eo. 1.nor.de appel. Saly.in l.pe.C.quor.appel.Guid. Pap.q.10.Miſing.cent.3.obſer.35.Iaſ.in l.qd iussit,nu.25.26. vbi dicit esse communem opi. quam limitant locum habere in iudice deleg.ſecus in ordinario,cui hãc interloquutoriam reuocare pmittitur,ex doct.Bal.in l.ſi preſes. 1.oppoſ.C. qũo & quando iud.ſed quia dubia est hæc limita.vide Fel.in d.c.ſignificantibus.& Iaſ.d.l.quod iussit.vbi in 1.& 2.col.10.ponit Sal.in quib. interloquutoria reuocari non põt. item quando sentẽtia interloquutoria fertur ab obſeruatione iudicij:nã & ſi sit interloquutoria, reuocari tñ non põt, cum habeat vim diffinitiuę,secũdum communem per Didac. Reſol. lib.1.c.1. q.8.& illis fermè casibus appellare in ſcriptis & causas exprimere oportet, ex Guid.vbi suprà,nec viua voce ab interloquutoria appellare licet vti in diffinitiua, ſecundum eõem per Corn.conſ.95.lib.4.ex Bart.& aliis in l.litigatoribus.ff.de appel.Sed an appellãs à ſimplici interloquutoria de nullitate agere possit:vide Guid.Pap.q.436.n.80.Pract. Pap.for.appel. ab interloquutoria verſ.fuisse.verũ hęc appellatio ab interloquutoria regulatur ex primis actis non aũt ex nouis cognoſcitur,an iustè vel ne interpoſita fuerit,Clem.appellãti,de appel.Bar.in l.ait prætor.nu.4.ff. de min.Afflic.deciſ. 79.hæc tñ Reg.plures recipit exceptiones per Doct. in d. Clem. appellanti.Soc.Reg.22.Oldr.cõſ.130.nu. 13.Rom.ſing.278.Quibus adde, q gñalis appellatio ab interloquutoria non admittitur,Clem.appellanti.de appel.ſed grauamina cauſę exprimi debent, aliàs appellatio nullius esset efficaciæ. c.cordi nobis, de appel.in 6.Bar.in l.4.ff.de appel. recip.& hoc regulare est, teste Franc.in c.3.& c.vt debitus q.14.extra de appel.vbi quatuor docet fall. inter quas illa est, qñ interloquutoria habet vim diffinitiuæ,q tũc causæ expreſſio nõ requiritur, ex not. per Dec.ibi in fin.Fel.in c.quod ad conſultationem.de re iud. Rationem autem cur cauſę sint exprimẽdæ,vide apud Rom. conſ.324.

Et licet appellans à certo grauamine ſoleat in libello appellationis addere generalem clauſulam,& à quocũque grauamine ex actis resultante : non tamen auditur nisi ſuper expreſſo. & quamuis alia videantur expreſſa saltem per relationem ad acta:hæc tamen relatiua expreſſio non est à lege recepta, ſecundum Franc.in c. conſuluit.col. 2. item 2.de appell. Soc.conſ.45.col.4.lib.1.

Cautæ autem appell. & grauaminum in libello sunt exprimendę,aliàs appellatio est nulla. quæ concl.fallit in casu Bal. in l.minoribꝫ.C.de his quib.vt indig.& in l.per hanc.C.de tẽp. appe.Franc.d.c.vt debitus.q.11.

Appellatio ratione præſentis temporis habita ſententiam extinguit,ac futuri temporis inſpectione eam modo ſuſpendit, vt frequẽti doctorũ calculo receptum ait Ant. de Trem. ad Bonacur.in pract.except. in rub.de imp.execut.n.1.F.Sua.

Appellatio ſtatuto tolli nequit, vt commune effatur Ant. Nicel.in concor.gl.6.in fi.quod & de inferiorũ ſtatutis exaudiendum,asserit commune Rip.in c.1.nu.45.de restit.& denique consuetudine atque vſu generali antiquatum atteſtatur Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.94.ver.cæterum. F.Suarez.

appellatio executionem,vel exequendi mandatum non remoratur.commune ait Alc.in l.1.§.ſi quis,ita.ff.de verb.obligat. F.Suarez.

appellatio fieri ſimpliciter põt ad competentem iudicem, vt commune inquit Marant.de ordin.iudic.par.6.num.120. quin,& facta alternatim valebit,vt receptum ait Felin.in c.2. nu.2.de appellatio.intellige tamen,ſi intra 10.dies appellationibus præſtitutos palam fiat, qui index pronocetur, vt commune asseuerat Alex.conſ.79.nu.5.lib.7. Suarez.

appelłatio à ſententia litem finienti, & abſq; ſcripto rectè fit,dummodo incontinenti fiat.ab interlocutione, ſcripta sit oportet, vt commune ſcribit Marant.de ord.iud.par.6.num. 256.dicetur autem incontinenti facta ſi iudex pro tribunali ſedens nondum se ad actus extraneos diuerterit, & ſi totum diem in foro pro tribunali ſederit,vt commune teſtificatur idem Marant.eodem in loco. F.Suarez.

appellatio,quę viua voce ita fit,vt appellans reſeruet appellationem in ſcriptis interponendam, tunc demum ſecundæ poſtea ſcriptis exaratæ præferetur,cùm valuit:ſecus ſi nullius ponderis extiterit commune aiunt rectè explicãtes Marant. in praxi.6.part.verſ.appellatio.n.125.Amicus noſter Grauat. ad Veſtrium lib.7.c.3.nu.62. Suarez.

appellatio à ſententiis de poſſeſſione latis iure ciuili non conceditur, & ſi Pontificio concedatur. commune effantur Rip.in c.1.nu.3.de reſtit.ſpoliat.Curt.Iun.conſil.168.nu.39. Io.Coraſ.in lege naturaliter. §.nihil commune.n.8.ff.de acq. poſſ.Viuius libro ſecundo opi.22.quamuis alibi nos contrarium moliamur. quam etiam in rem videto quę infra ſcribo verſ.poſſeſſio. F.Suarez.

appellatio tum iudicialis tum extraiudicialis. non ſuſpendit quæ ſemel facta ſunt, vt commune infit Dec. in c.bonæ.n. 17.de appel.& ſi quæ poſt appellationem iudicialem innouata ſunt,omnia reuocentur, quæ poſt extraiudicialẽ ea ſolum retractentur.quæ contra ipſam appellationem sunt.commune ait idem Dec,vbi ſ.num.18.& mihi amiciſſimus Nic.Ant. Grauat.ad Veſtrium lib.3.c.7.nu.5. F.Suarez.

appellatio extra iudicium facta iudici vel cauſæ expreſſionem vel probabilem ꝓiecturam exigit:ſecus facta parti commune inquit Panor.in c.cùm sit Romana.nu.10.de appellat. & vir magnæ doctrinæ Nic.Ant.Grauat.ad Veſtrium lib.3.c. 7.nu.3. F.Suarez.

APPELLATIO admittitur ſemp,niſi ſpecialiter sit iure prohibita ſecundum Gl.in l.qui reſtituere,ff.de rei vendicatio.quæ ſingularis est, teste Franco in rubric. de appellatio.& eam commendant Bald.in l.vnica,ſi de momen.poſſ.& in ca. paſtoralis. de appellatio. & Dec. in c. Romana, de appellat. ideò in criminalibus appellatio admittenda est ſecundũ Bar. in l.qui vltimo ſupplicio,ff.de pœnis, & iſtam opinionem pſupponunt esse communem Boſſius in ſua practica in titu.de appellatio,nu.4.Fel. in c.quærenti.de offic.deleg.Abb. & cæteri in c.2.de iud.quódque admittunt inibi procedere etiam in crimine læſæ maieſtatis humanæ, cùm & in eo admittenda ſit appellatio,vt voluit Gloſ.& ibi Aret.in l.Pãtonius,§.rei perduellionis,ff.de acquirenda hereditate.Dec.in d.c.cùm sit Romana,§.fi.Carrerius in practica crimina.in princ.num.85. cum duobus ſequentibus, & Aegidius Boſius in practica crimin.in tit.de appel.ſub n.1.& ſeq.vbi perhibet opin.iſtam veriorem fore. F.Viuius.

appellatio cùm iudicis copia non fit,coram viro ſaltem vno ſpectatæ fidei, & notario, opponi debet, vt commune interpretum axioma enuntiat præpoſ.in c.ſi iuſtis.nu.8.de app. & amicus noſter.Grauat. ad Veſtriũ lib.7.c.3.n.72.F.Suarez.

appellatio nec iudici,nec cuiquam alij magiſtratui multato in ſyndicatu conceditur & ſi ſupplicatio ad ſuperiores nõ interdicatur cõmune asserit Viuius lib.1.opi.181. F.Suarez.

appellatio ab interlocutione de nõ exequendo non debet admitti. vt frequens interpretum placitum enunciant Alex. conſ.95.lib.1.Fel.in c.qã ad cõſultationem.de ſent. & re iudi. Dec.in c.nouit.notab.4.de appel.Crauet.conſ.273.vt nec ab alia interlocutione,cuius damnum irreparabile non sit. commune ait latè Viuius lib.2.17. ſi autem erit irreparabile atq; etiam ſucceſſiuum,& poſt præſtitutum appellationibus tempus ab interlocutione iure appellabitur. cõe ponit meus inris doctor Arius Pinel.in l.2.part.2.c.1.nu.27.in fi.C.de reſc. vendit. quin.& cùm quis ſe iudicem competentem, vel non competentem pronunciat,ab interlocutione ritè,ac rectè appellabitur.commune aiunt Iaſ. in lege. quod iussit. nu. 25.& ſeq.ff.de re iud.Nic. Ant. Grau. qui plures ſpecies diligenter congerit ad Veſtrium lib.3.c.10.nu.6. quod tamen intelliges in iudice delegato,ſecus in ordinario iuxta eoſdẽ. F.Suarez.

appellatio deferi non poteſt,cùm alterius partis intereſt illius perſecutio,vt cõmune inquit Gomez de trien.q.54.ver. hinc voluit.eritque prima perſequenda appellatio vt cõmune effatur Marant de ord.iud.part.6.nu.132. F.Suarez.

appellationis renunciatio in compromiſſo poſita,non habet locum in inſigni læſione:vt commune dicit Cur.iun.cõſ. 79.nu.4. F.Suarez.

appellationis iudex ſeu infirmet,ſeu confirmet nulla in ſpecie opus habet verbo abſoluendi,aut condemnandi,vt aiunt commune Turzan.opi.24.Viuius lib.2.opi.30. F.Suarez.

appellationis interpoſitæ apoſtolos, ſeu dimiſſorios libellos

Universidad de Deusto Biblioteca

los intra triginta dies à scientia sententiæ latæ numerandos peti oportet commune aiunt Marant.in praxi 6.part.vers.appellatio.nu.209.Nicolaus Ant.Grauat ad Vestrium lib.7.cap. 3.nu.63. F.Suarez.

appellationis iudex delegatus tametsi legitimam appellationis causam pronũciet,de principali adhuc negotio cognoscere,ac decernere potest vt crebrò docto,placitum affirmat Dec.in c.vt debitus,de appell. Appellationi semper erit deferendum, cum iudex vel in facto, vel in iure dubitare meritò poterit.vt commune docto.enuntiatum asseuerat Collect.in c.vt debitus.in fin.de appell. F.Suarez.

Appellatio. In habẽtibus cãm succedentiuam,ex quibus grauamen iteratur, põt qui à principio non appellauit appellare quandocunque fm Ang. de Aret. in l.à sententia. §. si hæres. ff.de appell.in 1.col.in §.æquè.instit.de act.in 9.col.in versi.7. & vlt.&c.Anch.in cle.causam.de elect. in notabilibus. Balb. decis.11.

Appellatio. Si appellans non certificet iudicẽ à quo termino p̃fixo de introductione appellationis,appellatio nõ est deserta,sed poterit ipse iudex exequi sentẽtiam: nec retractabit in viam attentati executio,sed vt iniusta reuocabitur,si appellans obtinuerit, secundum dominos de Rota in nouis. decis. 97.incipiente si iudex.Butr.in c. ex insinuatione. extrà de appell.Card.in cle.1.col.7.eo.tit.Fed.de Senis cons.27.incipien. punctus talis est.domi.Præpo.in c.personis,extrà, de appella. Balb.decis.30.

Appellatio recepta. Et si appellatio admitti non debuerit, vel super ea procedi,quia sententia transierat in rem iud. vel alio respectu erat exequenda, si tamen de facto fuit recepta per iudicem ad quẽ, & coram eo est p partes processum in causa ipsius appellationis, poterit ipse iudex cognoscere & pronuntiare super ipsa appellatione,& de iniustitia sentẽtiæ,secundum Inn.singulariter in c.cum dilecta.extr.de rescr. in c.cum Bertoldus.ext.de re iud.quem sequũtur But.& Im.in d.c.cum dilecta.Panor.in c.cum contingat.extrà,de offi.dele. in 2.col. Bal.in Lillicitas.§.veritas.ff.de offi.præsi.Rom.in l.admonendi.ver.9.fallit.ff.de iureiu.Fel.in c.infer ceteras.ext.de re iud. Item si fuerit per iudicem admissa probatio, quæ non debebat admitti parte tacente, nec contradicente, putà quia post dilationem ad probandum vel contra iuramentum aut formam statuti,tamen valebit probatio, secundum Bal.in l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cer.pe.& ibi.d.Ale.in 3.col. Bal. & Sal.in l.fi.C.de nõ nu.pe.Bar. in l.inter stipulantes.§.1.ff.de ver.obl.Panor.in d.c.cum contingat. Balb.decis.244.

Appellatio cui negata. Manifestè conuictus nõ appellat, secundũ gl.& Bar.in l.addictos. C.de appell. in notoriis enim non admittitur appellatio.c.Romana. §.finaũt.de appel.in 6. vult Bald.in l.2.circ.med. C.quorum app.Secus in non manifestè conuicto,vel in confessõ tantum,quia potest appellare, si in appellatione dicat se confessum per errorem, vel aliam causam legitimam contra confessionem alleget, secundùm Io.And.in d.c.Romana.Ang.& Alb.in d.l.2.est de mente glo. in verbo, vel alio modo in c.cum speciali.§. porro.de appell. Bart.in l.creditor.§.iussus.ff.eod. Balb.decis.462.

Appellatio ab expens.omissione. Ab omissa expen condemnatione potest appellari,secundùm Ang.&Im.in l.si.§.fi. ff.de appell. nisi victus appellauerit:quia tunc victor non potest appellare,propter omissam condẽnationem expen. cùm in causa appellationis sibi aduersarij possit prosequi grauamẽ expen.l.fi. C.quorum appell.quod non procederet, quando iudex à quo absoluisset victum ab expensis,& quando victus tantum appellat in partibus contra se facientibus: nam tunc victor debet appellare respectu expen.nec procedit d.l.fin.secundùm Imo.& Fel.in c.significauerunt. extrà de except. Panor.in c.cùm Ioãnes,col.vlt.extrà de fide inst.primum etiam tenent Domini de Rota in nouissi.decis.356.Balb.decis.458.

Appellatione ab interlocutoria pendente,põtiudex ipsam interlocutoriam reuocare,& sic se de causa principali impedire.c.cùm cessante.extrà de appell. est glo.quæ reputatur singularis in c.ecclesia vestra.el secundo, in verbo, adiicere, circa med.extrà de elec.Nisi iam esset inhibitum per iudicem ad quem: quia tunc reuocare non potest, cùm ex eo negotium censeatur perfectè ad superiorem reuolutum,secundùm Doctores in l.1.in prin.ff.nil no.ap.pen. Balb.decis.459.

Appellatio ab interlocutoria põt iustificari ex nouis allegationibus & probationibus:quando allegatio vel exceptio de nouo habet ortum ex facto aduersarij, vt in l.siue manifestis.§.tamdiu.ff.de cond.furt.vel quando de nouo superuenit ad notitiam appellantis, secundùm Bal.in l.inuitus. 4.col.C. de procurat.Item quando interlocutoria est lata cõtra absentem,secundùm Bart.in l.ait prætor.§.permittitur. ff.de mĩnorib. Item quando infert grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiua, vt in l.2. ff. de appell.recipien. Idem in interlocutoria secũdi Decreti vel banni, secũdùm Bart.Bald. & Sal.in l.per hanc.C.de tempo.appell.Domi. de Rota in nouis.decis.89.Et quando iudex à quo, coram quo erat oblata probatio,non admittat probationem, vel non patiatur acta scribi coram eo,vel deneget copiam requisitam ab appellante,secundùm Bald.in d.l.per hanc.Nicel.in l.cius.ff.de appell. recip.& in allegationibus iuris,secundùm eundem Bald. vbi suprà.Hæc sunt ad limitationem clemen.appellanti,de appel. Balb.decis.442.

Appellatio alternatiua, puta appello ad Archiepiscopum, vel ad Papam,& copulatiua valet dummodò appellans intra tempora appellationis interponendæ declarer, coram quo iudice prosequi vult,secundùm gl.magnam,circa fine 1,in c. si is,cui.de offi.deleg.in 6.quæ loquitur de alternatiua. Spec. tit. de app.§.nunc tractemus.vers.quid si dicat.Ang.in l.1.§.si quis.ff.eod. Bal.& Ang.in l.cum proponas. C.de bonis auto. iud.possid.Do.Præpo.in c.dilecti.circa finem,extrà de appel. Domini tamen de Rota,decis.213.in nouis. tenent valere talem appellationem, licet intra decendium non fiat dicta declaratio. Balb.decis.449.

Appellatio in notoriis. Licet in notoriis non admittatur appellatio in criminalib. c.cùm sit Romana.c. peruenit. & c. consuluit.extrà de appell.illud limitatur,nisi quando tale notorium haberet aliquas probabiles excusationes vt posset habere,iuxta not.in c.1.de offic.deleg.in 6.& per Inn.in c.vestra.de cohabi.cle.& mulie.vt quia ille, qui interfecit hominem in conspectu populi,dicat se fecisse ad sui defensionem, vel quod erat bannitus,quem ex forma statuti licebat occidere:quia tunc debet admitti eius appellatio,secundùm Panor. & Do.Præpo.in d.c.consuluit.Nicel. in l.creditor. §.iussus.ff. eod.& notatur in iuribus prædictis. Balb.decis.450.

Appellatio obmisso medio. Si appelletur ad maiorẽ omisso medio, valet appellatio, non tamen quo ad effectum deuoluendi cognitionem ad ipsum maiorem, secundùm gl.& Doct.in l.1.§.si quis in appellatione.ff.de appell. primum potest limitari secundùm Bar.ibi,nisi maior esset omninò incõpetens, aut saltem ratione dissimilitudinis potestatis, vt quia à iudice laico ad ecclesiasticum appellaret: quia nulla esset appellatio. Balb.decis.455.

Appellatio in scriptis. Non sufficit quando debet in scriptis appellari,facere scribi appellationem, & dictare in actis: nec ex hoc videtur in scriptis appellatum,sed debet appellatio in scriptis tradi Notario.secundùm Bart.in l.Gallus.§.idẽ credendum.ff.de lib.& posthu.Ang.in l.quæcunque.ff.de public.in §.1.Bal.in additio.ad Spec.titu.de appellationibus.§.1. col.12. Balb.decis.457.

Appellatio geminata. Qui statim viua voce appellauit si intra decẽdium etiam in scriptis appellet, poterit prosequi vtram velit,& vtramque simul, quia geminare appellationẽ non nocet,secundùm Imo.in c.dilecto.cir. fi.extrà de appell. Io.And.in c.bonæ.eod.tit.in nouella.Bald.in l.3.C.de appel. in c.1.quo tempore miles.in vsib.feud.& Alber.in l.pacta nouissima.C.de pact.Et secunda operatur quo ad differendum tempus appellationis prosequendæ,non quo ad sententiæ rescissionem, & deuolutionem: quia in his duobus prima iam operata est,secundùm Bal.vbi suprà,licet Bar.in l.cùm procurator.§.dominus & Imo.in l.1.§.libell.ff.de appellat.sentiant secundam nil operari,quod procedit quo ad dictos duos effectus tantùm. Idem sentit Do.Præpo.in rubri.& in c.fina. extrà de appel.col.29.in dicta rub. Balb.decis.456.

Appellatio in delicto remota. Quando in aliquo delicto remouetur appellatio,non intelligitur remota,nisi prius cõstat de ipso delicto. Ideo ab interlocutoriis dum discutitur de tali delicto potest appellari, non à diffinitiua secundùm Butr. & Imo.in c. pastoralis, extrà de appellationib.Archid. Ioan. And.& Gemi.in c.vt inquisitionis, de hæret.in 6. facit l.non ignorat,cum glo.& Bart.C.qui accusa.non poss. & quod tradit Bar.in l.1.§.2.ff.quod vi aut clam. Balb.decis.464.

Appellatio. Regula est,appellatione pendente nihil innouandum esse. ff.nil no.ap.pen. secus si factum fuerit remedio attentatorum statim reuocandum. c.non solum.de app.in 6. l.appellatione.C.eo.tit.Quod intellige,si appellatio esset legitima:aliter si inualida declaretur,quia tũc attentata non reuocantur,teste Egid. concl.239.Item nec attentata reuocantur, quando appellatio est deserta,Egid.concl.420. Quæ reg.plures patitur exceptiones,vt p Soc.reg.21.Rom.sing.161.Catel. ver.appellatione.Paris.cons.28.nu.22.& seq.lib.4.Duen.reg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

42.Rob.âc ord.iud.6.par.verſi.appellatio.nu.163.& ſeq. ſed ſi attentata per viam attentatorum reuocari non poſſunt, via tamen ordinaria nullitatis reuocari poſſunt, ſecundùm Franc.in c.conſuluit.2.c.ſæpe.col.10.de app. & etiam iudicis, officio reuocari poſſunt,ex notat.per Egid.concl.623.quę attentata vt reuocẽtur: neceſſe eſt appellationem iudici & aduerſario notificatam eſſe,aliàs ſi iudex ignoret: non reuocãtur innouata, de quo p Rob.de ord.iud.6.par.ver.appellatio. nu.392. vbi locum habet in appellatione iudiciali,non autem in extraiudiciali, in qua attentata reuocantur ẽt ſi appellatio non fuerit notificata,quod intellige,vt in extraiudiciali attẽtata ſolùm ea reuocentur,quæ ſunt contra appellationem,ſeu eius in attẽtatis poſt appellationem iudicialem,quæ ſimpliciter reuocantur,ſecundum communem per Dec.in c.bonæ.n. 15.12.differentia.de appel.Quod quidem remedium attentatorum adeò priuilegiatũ eſt, vt p agẽtem reuocari attentata, excõicationis exceptio opponi non poſſit, ſecundum Deci. conſ.200.col.vlt.Rob.vbi ſ.ver. appellatio.n.393.nec etiam exceptio proprietatis,teſte Card.d.ca.bonæ.col.3.nec exceptio ſpolij,Afflict.deciſ.98.nu.4 vbi nu.3.dicit q donec pẽdet cauſa attentatorum:nõ poteſt procedi in negotio principali, vt per Franc. d.c.bonæ.cui adde, q & ſi multa extent priuilegia, attentata tamen, niſi parte citata, reuocari non poſſunt, teſte Franc.ibi,& Deci.d.conſ.200.Accedit,q attentatorũ remedium contra tertium locum non habet,ſi tamen tertius ipſe innouans à parte contradicente cauſam habuerit, attentata per ipſum reuocantur,teſte Afflict. deciſ.354.n.20.vbi idem cenſet,ſi nõ à parte, ſed à iudice cauſam habuiſſet, quod & Franc.docet in d.c.bonæ.col.1.de appel.&ſic fallit d.concl. q attentatorum remedium nõ habet locum contra tertium, duobus autem modis attentata reuocari poſſe docent doct. vno ſcilicet, iud.officium principaliter implorãdo altero:acceſſoriè appellationem proſequendo,Afflict.deciſ.351.Quę attentata,quando non reuocentur, ponit Franc. in c.dilecto. 3.col.2.de app.Afflict. deciſ.98. in fi.& plura in materia not. Abb.in c.tua. in fin.& in d.c.bonæ.de appell.in c.ex parte.col. pe.de reſcrip.vbi tamen forma præcedentibus attentaris, & per Afflict.d.dec.351.n.2.vbi q attentatorũ iudicium eſt ſummarium. Quæ attentata an prius diluenda ſint, quàm negotium principale,idem Afflict.docet deciſ.98.nu.3.deciſ. 131. vbi concludit, cauſam attentatorum non impedire, quo minus in cauſa principali procedi poſſit.Quod & conforme eſt Subalpinæ patriæ Ducal.Decretis lib.2.c.33.pro quo vide ẽt Guid.Pap.q.212.& ſeq.436.nu.12.90.& 111.Miſing.cent.1. obſer.26.cent.3.obſer.33.vbi an attentatorum iudicium ſuſpendat cauſam principalem? & an ſine cauſa principali expediri valeat? de quo per Alex.conſ.99.col.1.lib.5.Qua in re, etiam notandum eſt,quòd is qui appellatione pendente attentauit,tenetur fructus reſtituere,etiam medio tempore percepros à die interpoſitæ appellationis,ſecũdum Card.in d.c.bonæ.col.3.cui concl. conuenire videtur, quòd appellans ſi aliquid attentet appellatione pendente cenſetur eam deſerere, teſte.Miſing.cent.2.obſer.50.

Appellationis iudex poteſt cogere vt ſententia,vel facta edantur ſub priuationis pœna cõmune effatur Iaſ. in l.is apud quem nu.12.C.de eden. F.Suarez.

Appellationi perſequendæ præſcriptum biennij à iure tempus,nec expreſſius partium cõſenſus ampliabit,ac proferet,vt commune aiunt Deci.in auth.ſi tñ n.33.& ſeq.C.de temp.ap. Marant.de iud.6.pt.1.par.in actu ii.à n.25.Nic.Ant.Graua ad Veſtr.lib.7.c.vlt.n.42.nec aliter biennium ad appellationẽ p-ſequendam conceditur,quàm ſi in primo anno diligentiam à ſe adhibitam fuiſſe appellans probauerit. commune ponit idem vir elegantioris doctrinæ Nicol.Ant.Grauat vbi ſ.ad Veſtrium lib.2.c.5.nu.7.F.Suarez.

appellatio à reformatione. Si ſtatuto loci, vt eſt ī Cherio, caueatur,q qui ſemel à ſententia appellauit,nõ poſſit iterum appellare,& lata ſententia à qua fuit appellatum iudex appellationis pronunciauerit ſententiam nullam,& etiam illam reformauit,à tali reformatione iterũ poterit appellari: quia dictum ſtatutum loquens de ſentẽtia debet intelligi de valida, non de nulla,quæ non eſt ſententia.l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.ſecundum Cun.& Nicel.ibi,facit quod tradit Bart.in l. 3.§.1.ff.quod vi aut clam. Balb.deciſ.472.

appellationis aduerſarij aduerſarius adhæreſcere poterit dũ modo intra x.dies id agat,q ſcilicet communis vtriuſque parti habeatur, commune ponit amicus noſter Nicolaus Antonius Grauat.ad Veſtrium lib.7.c.3.nu.49. F.Suarez.

appellationem pro aliis & clerici in criminum cauſis rectè interponent.vt commune ponunt Augu.ad Ange.de maleti. ver.pſente dicto Caio.n.5.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xciiij.verſ. ſed an etiam clericus. F.Suarez.

appellationem iudicialem,qui ſubſequũtur conatus, &(vt docto. fantur) attentata reuocari omnino debent, atquæ appellationi extra iudicium interpoſitæ acceſſerunt.tantum retractantur quatenus appellationem.ipſam infeſtant, vt commune affirmat Dec.in c.bonæ.nu.18.de appellat. F.Suarez.

Appellatione pendente bannitus,ſeu proſcriptus, & necari nequit & teſtari poteſt.vt communia refero infra ver.bannitus. F.Suarez.

appellatione interpoſita ſi is è vita abeat qui mortis ſupplicio damnatus eſt,cum confiſcatione bonorum,& pœnam cõfiſcationis euadit:at qui damnatus eſt,vt mortis pœna plecteretur & eius bona fiſco addicta eſſent,non illam confiſcationis luem effugiet,vt commune pronunciant Aug.ad Ang.de malefic.ver.qui dominus iudex,n.49.& ver.& eius bona,n.3. ac Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xciiij.ver.ſed pone. F.Suarez.

appellatione vſo,& illam proſequi principis cauſa impedito,non currit primi anni tempus,vt commune ait Dec.in c.ex ratione.n.6.de appell. at ſi iudicis inferioris ratione fuerit impeditus,concedetur illi alter annus, vt commune aſſerit & idem Decius & eodem in loco nu.7. nec ea in ſpecie impedimentum, aut impedientem atteſtari opus erit vt cõmune fatur Cagnol.in l.in omnibus.nu.15.ff.de reg.iur. F.Suarez.

appellatione filiorum veniunt nepotes,quando in teſtamẽto fit mentio de filiis teſtatoris in diſpoſitione eis fauorabili: vt eſt doctrina Bart.communiter recepta in l.liberorum.ff.de verb.ſigni.Et tradunt doct.maximè Moderni in l.Gallus.§.inſtituens.ff.de li.& poſth.Socinus Iunior in conſ.xliij.n.8.vol. iiij.vbi communem ponit.

bannitus impunè occidi poteſt,ſi ita per ſtatutum permittatur,quia tale ſtatutum valet.Communem dicet Alex.conſilio 2. circa finem, lib.2.quem refert Decius conſil.327.nu. 3.Anton.Gomez.ſuper leg.76.Tauri.nu.15.Fabius in Practica arbitr.num.19.Et hoc procedit etiam in foro conſcientiæ, ſecundum magis communem, vt ſentire videtur Alexand. in dicta l.ſi plaga nu. 2.quem refert Gomez. ſuper Inſtitut.de actionibus.in principio nu. 54.Clar.d.§.homicidio.verſi.Plerunque etiam. P.Fichard.

Bannitus impunè occidi poteſt, etiamſi ſtatutum tantùm loquatur de impunè offendendo, & non expreſſe de occidendo.Communem dicit Iaſon.in lege, in ſuis.nu.26.ff.de liber. & poſth.Alciat.de verb.ſignific.lib.2.ver.præter igitur.Alberic.in 4.part.ſtat.q.18.in fine.Gandinus.de maleficio.in tit.de mult.quæſtione nu.38.in fi.Clarus,dicto §.Homicidium.verſiculo eſt tamen. P.Fichard.

bannitus cenſetur factus hoſtis ciuitatis,à qua bãnitus eſt, & ei indictum eſſe bellum.Communem dicit Cornæus conſilio 104.verſ.His tamen, lib.primo, Clarus dicto §. Homicidium.verſ.ſtante hoc ſtatuto. P.Fichard.

Bannitus etiam ꝓditoriè interfici poteſt. Ita tenet Decius in c.quæ in eccleſiarum, nu.14.in fine,de conſtitut.& ita ſeruari atteſtatur Boſſ.in titul.Banniti quid amittant.num.1.vbi etiam dicit,quod liceat eos occidi facere per pecuniam,& ſic per aſſaſſinium.Contrariam tamen ſententiam quod non licet,tenet Mantua.conſ.200.lib.2.nu.29.vbi dicit quod prædicta Decij opinio communiter reprobatur Igneus in l.3.§.ſi ex ſtipulatu.nu.54.ff.ad Sylle.Clarus tamen dicit primam ſeruari ſed ſi quis fidem expreſſe dediſſet bannito,de non offendendo putat Clarus eum decapitandum, quia etiam hoſti fides ſeruanda ſit.dicto §. Homicidium. verſiculo, ſed an licebit. P.Fichard.

bannitus qui gratiam habuerit à principe, ſed tamen non ſit cancellatus de albo bannitorum, impunè offendi poteſt. Communem dicit Iaſon.in lege ſi creditoris. n.2. & ſequent. C.de fideicommiſſis.Boſſ.in titulo Banniti,quid amittant,numero 3.Marſil.ſingulari 340.Blancus,in practica criminal.numero 165.in fine.Angel.in l.filio quem.in princ. ff. de liberis & poſthum.vt eum refert Alexand. in eadem lege in principio nu. 6.& ſequent. Contrà verò quod occiſor teneatur curioſè inquirere an bannitus gratiam habeat necne tenet Cepolla.conſil.39.crimin. Nellus de Bannitis in prima parte.tertij temp.quæſtio.ſecunda,vbi dicit Doctores communiter tenere contra Blancum. Et licet hæc opinio Claro quoque æquior videatur, tamen Alexand. in dicta l.filio dicit priorem magis communiter approbari, modò nulla culpa ipſi offendenti aſſcribi poſſit.Clarus dicto §.Homicidium, verſi.Item quæro pone. P.Fichard.

bannitus ſi proteſterur quod habeat gratiam, & tamen fidem de ea aliter non fecerit,nihilominus occidi poteſt.Communem dicit Ripa in capitulo cum M.numero 56. de conſtitut.Marſil.conſilio 55.num. 5.in fine Gozad. conſilio 56.numero 9.Clarus dicto §.Homicidium.verſicul.ſed quid ſi bannitus. P.Fichard.

Bannitus non poteſt impunè occidi,ſi bannum eſſet nullũ & occidens de eo notitiam haberet, Communem dicit Alexand.conſi.76.num.5.lib.3.quem refert Gomez.Arias ſuper lege 74.Tauri.num.35.& practica Conrad.in 8.ampliatio.& Blancus in practica criminal.nu.96.in fine.Marſil. conſ.10.n. 16. Si verò occidens non habebat notitiam illius nullitatis, debet puniri pœna extraordinaria. Commu.dicit Vantius de nullit.n.44.Clarus tamen putat talem in totum excuſandum d.§.Homicidium verſ.maior eſt. P.Fichard.

Bannitus pendente appellatione à ſententia banni non poteſt impunè offendi. com.dicit Socinus in lege 3.§.ſi ſeruus. verſ.prima concluſio.ff.de acqui.poſſ.& Iaſ.ibidem Imò nec eo quoq; tempore infrà quod appellare licet offendi poteſt. Com.dicit Blanc.in pract.crim.nu. 108.& ſeq.Apoſtil.ad Fel. in c.quærenti.n.2.de offic.Deleg.Clar.d.§.Homicidium. verſ. ſucceſſiuè. P.Fichard.

bannitus captus per familiam officialis non poteſt impunè occidi.communem dicit Afflict.ſuper 2.part.conſti.regni rub.3.nu.51.Ant. Gomez.ſuper l.76. Tau.nu.17.verſic.item adde.Alberi.in 4.parte ſtat.q.36.Ang.de maleſi.in verb.fama publica.numero 58.Clar.d.§.Homicidium.verſiculo quæro etiam pone. P.Fichard.

bannitus etiam extra territorium ex quo bannitus eſt impunè occidi poteſt. Bald. in l.cunctos populos. num. 9. C.de ſumma Trinit.& hanc commun.dicit Gomez.in capit.2.§.ſtatuto.num.42. de conſtit.in ſexto. Boſſ. in titulo Banniti quid amittant.numero ſexto intellige tamen ſi occidens vel offendens caperetur in territorio illo vbi tale ſtatutũ de offendendo vigeret,vt in d.l.cunctos.loquitur Bald.& Mell.de Banni. in 2.parte 2.temporis,q.57.quem refert Iaſon.in l.fina.num. vigeſimoſecundo de iurisd.omnium indic.Cagnol.in eadem l.fin.num.18.Marſi.conſ.57.num.35. Clar.d.§.Homicidium. verſ.vlterius quæro. P.Fichard.

Bannitus ſi defendẽdo ſe occideret aggreſſorem ſuum,debet puniri,quia illi non licet ſe defendere.Communem dicit Claud.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.in lect.numero 23.quæ tamen opinio Claro dura videtur.d.§.Homicidium.verſ.in hoc etiam. P.Fichard.

Bannitus eſt capax ſucceſſionis ab inteſtato,dummodò ex forma ſtatuti non poſſit offendi,vt eſt communis opinio. D. n.Alc.conſil.54.nu.3.lib.5.Boſſius tit.banniti quid amittant,

num

Universidad de Deusto
Biblioteca

num.14.communem dicit. Fichar.ad Villalob.nu.6. Portius conſ.48.num.1.& conſ.40.Et poteſt teſtari.vt eſt magis communis opin.Benedic.de foro Sempro.in repert.ad Fely.verſ. bannitus. Bonacoſ.

Bannitus licèt per ſententiam poſſit occidi infra tempus, cum agitur contra bannum,vel ſententiam per viam nullitatis, vel appellationis,vt eſt communis opin. Villalob. in verſ. bannitus. Bonacoſ.

bannitus pro maleficio teſtificari poteſt. vt eſt communis opin.Chircouſus in ſuo communi concluſ.Centuria. 1.concl. 23.lib.1. Bonacoſ.

bannitus ritè poteſt ex ſtatuto occidi, ſecùs ſi non ritè. vt communis opin.Chircouius communi concl. Centu. 1.concluſ.24. Turrius inter conſilia crimin.conſ.81.n.85. Et ideo ſi contra occidentem bannitum iudex inquirit,quomodocunque conſtet iudici de banno occiſi,etiam per allegationem factam à tertio ad impediendum proceſſum inquiſitionis, non poterit iudex vlterius procedere contra ipſum inquiſitum,vt eſt verior opi.de qua Alex.in l.vbi pactum.n.8.C.de tranſact. & not.q̃ bannitus de proximo caſſandus,non dicitur propriè bannitus, nec poteſt à ſciente offendi. Soc. in l.poſſideri. §.ſi ſeruus.nu.18.ff.de acq.poſ.Et non poteſt ſemper impunè occidi bannitus.Bened.de foro Sempr.in repert.Fel.in ver.bannitus.col.2.Et bannitus,qui communi opin.reputabatur pro non bannito,non poterit impunè occidi. Etiam ſtante ſtatuto,q̃ bannitus poſſit impunè occidi.Matſ.in pract.crim. §.aggredior.nu.24.de quo Maccagnanus de communi opin.lib.2. nu.10.& not.q̃ lapſus termini banni ex forma ſtatuti non habet vim confeſſionis. niſi abſenti factum ſit plenarie declaratum.Bal.in l.ſi filius.ff.de interr.act.item not.q̃ ſi quis accuſat non bannitum pro bannito, ſciens eum non eſſe bannitum, debet puniri ſimilitudine ſupplicij. Pau.de Caſt.in l.& ſi legibus.C.ſi contra ius,vel vtil.pub. item bannitus contumax.ex ſola contumacia, non dicitur bannitus ex maleficio, & ideo non poteſt occidi,vel puniri. Sed ſi ex forma ſtatuti ſit ex contumacia bannitus,dicitur bannitus propter maleficiũ,& ideo impunè occidi poteſt.vt eſt communis opi.de qua D.Proſper Paſothus conſ.188.nu.2.vide omnino Caſt.in l.raptores.n.8. C.de epiſc.& cler.quod intellige,ſi bannitus ille mortem eſſet propter delictum paſſurus,quia de leui maleficio bannitus offendi non poſſet, nec occidi impunè, vt eſt cõis obſeruantia, vt inquit Crpol.conſ.crim.48.n.5.& ſtante ſtatuto,q̃ bannitus poſſit impune occidi,bannitus ex ſola contumacia(prout tota die cõtingit)non poſſet occidi virtute d.ſtatuti,quia non eſt propriè maleficium,ſed culpa. & iſta eſt magis cõis opi. de qua Iaſ.in l.ſi plagij.nu.6.ff.de verb.obl. Bonacoſ.

bannitus,qui poteſt impunè offendi,& cui denegatur petitio ſui iuris,priuatur tam beneficio ſtatuti,quàm iuris cõis,vt eſt cõis opi.de qua Iaſ.in conſ.166.nu.2.in 2.vol. Bonacoſ.

bannitus, ex quo eſt bannitus poteſt impunè offendi , ſibi denegatur audientia,vt eſt cõis opin. de qua Gratus reſp.44. nu.4.& ſtante ſtatuto,quod bannito non reddatur ius,nec agendo,nec excipiendo,ſi ago contra ipſum,poterit deducere & excipere,q̃od nullam habeo actionem,replico,non debet audiri propter ſtatutum ipſe replicat , quod non eſt ipſe ille, qui me repellit,ſed defectus actionis,ſine qua agere non poſſum, & ſic licèt ego repellar , non propterea redditur ius ſibi, & ſic nihil fit contra ſtatutum , licèt mihi denegetur, & propter defectum iuris rei,quia actor non metitur,ius ex defectu iuris rei, ſed metiri oportet ex perſona ſua. Et ſi proceditur contra aliquem criminaliter,eo q̃ occidit Titium,qui tamen Titius erat bannitus,& poterat impunè occidi.Tamen inquiſitus non audet comparere,ne eum ponat iudex ad torturam. Comparet tertius,dicens domine iudex non poteſtis procedere cõtra illum,quia nullum maleficium commiſit,cum potuerit illum occidere,quia erat bannitus,& producit ad notitiam bannum in publica forma , certe debet audiri. Paul. de Caſt.in l.vbi.nu.8.C.de tranſact. Bonacoſ.

bannitus non eſt ſeruus pœnæ , quando in poteſtatem venit.vt eſt communior opin. Boſ. titul.banniti quid amittant. num.12. Bonacoſ.

bannitus nondũ captus nec ſeruus pœnæ bona non amittit.cõis eſt opin.Boſ.tit.banniti quid amittant. Bonacoſſ.

bannitus in contumaciam,ſi ſit captus,debet prius fateri ſe eſſe illum,qui maleficium fecit,vt eſt communis opin.Boſ.ti. banniti quid amittãt.Et ideò boni aſſeſſores,quando capiunt bannitum,faciunt ſtatim ipſum confiteri, q̃ ſit idem corpus, & q̃ ſit ille, qui fuit citatus & bannitus, ad hoc, vt de improprietate corporis non poſſit poſtea dubitari , & tunc falſa demonſtratio,puta,quia dixit Petr.Martini,cum deberet dicere Petrus Ioannis non vitiat bannum, vel condemnationem,vt dicit Bal.in l.demonſtratio falſa.ff.de condi.& dem.& bannitus in contumaciam poteſt offendi ex forma ſtatuti.Caſt.in l. ſi.§.ſi.nu.7.ff.ſi quis ius dic.non obtemp. Bonacoſ.

Bannitus reſtitutus bona in alios tranſlata non recuperat, vt eſt communis opin.de qua Rui.conſ.211.n.1.vol.5.& conſ. 22.nu.1.eo.vol.& conſ.60.nu.4.Gratus reſp.106.vol.1.n.1. vbi dicit eſſe communem theoricam doctorum,quod gratia conceſſa bannito ſit conſideranda , & in quibus terminis loquatur,quia non extenditur,niſi inquantum loquitur.vide j. in ver.gratia,fallit vt per Rui.ibi nu.10.vol.5. Bonacoſſ.

bannitus non poteſt teſtari, vt eſt.communis opin.Gozad. conſ.96.per totum. quod intellige de iure ſtatutario loci, ſecus de iure communi,vt ſ.dixi. Bonacoſ.

bannitus de iure communi non poteſt impune offendi. communis eſt opin.Clar.in §.homicidium. Bonacoſ.

bannitus impunè occidi poteſt ex ſtatuto,quod vtique valer.communis eſt opi.Clar.in §.homicidium.ver.plerunque. Etiam in foro conſcientiæ,vt eſt magis communis opin.Clar, ibi. Bonacoſ.

bannitus impunè occidi poteſt,etiam ſi ſtatutum loquatur de impunè offendendo, & non expreſsè de occidendo. Clar. in d.§.homicidium.ver.eſt tamen.cõem dicens. Bonacoſ.

bannitus cenſetur factus hoſtis ciuitatis à qua eſt bannitus, & ei in dictum bellum.communis eſt opi.Clar.in d.§.homicidium.ver.ſtante hoc ſtatuto. Bonacoſ.

bannitus etiam proditoriè occidi p̃t, etiam per pecuniam, & ſic per aſſinium.Et ita ſeruatur,licèt cõis opi.videatur j. Clar.in §.homicidium.verſ.ſed an licebit.niſi fuerit affidatus. quia tunc debet ſeruari fides etiam hoſti. Bonacoſ.

bannitus,qui gratiam habuerit à principe,ſed tamẽ non ſit cancellatus de albo bannitorũ,impunè offendi poteſt. ſi quis tamen curioſus eſſet non debet inquirere gratiam Principis extare, vel ne. Licèt ſit æquius, eam inquirere , magis tamen communiter non tenetur , niſi fuerit in alia culpa offendens. Clar.in §.homicidium.ver.item quæro pone. Bonacoſ.

bannitus,ſi proteſterur,q̃ habet gratiam,& tamen de ea aliter fidem non facit,poteſt impunè occidi,vt eſt communis opin.Clar.in §.homicidium.ver.ſed quid ſi bannitus. Bonac.

bannitus non poteſt impunè occidi , ſi bannum eſſet nullum. Et occidens de eo notitiam haberet, ſin minus , punitur extra ordinem.communis eſt opi.Clar.in §.homicidium.ver. maior eſt.Clar.tamen putat talem in hoc tantum in totum excuſari. Bonacoſ.

bannitus pendente appellatione banni,non poteſt impunè offendi.idem eſt in termino,infra quod appellare poteſt.cõis eſt opin.Clar.in §.homicidium.ver.ſucceſſiuè. Bonacoſ.

bannitus captus per familiam officialis, non poteſt impunè occidi.communis eſt opin.Clar.in §.homicidium.ver.quæro,etiam pone. Bonacoſ.

bannitus,etiam extra territorium, ex quo eſt bannitus impunè occidi poteſt,ſi occidens,vel offendens caperetur in territorio illo,vbi tale ſtatutum vigeret.communis eſt opi.Clar. in §.homicidium.ver.vlterius quæro. Bonacoſ.

bannitus,ſi ſe defendendo occidat aggreſſorem, debet puniri,quia ſibi non eſt licita defenſio. Clar.in d.§.homicidium. ver.in hoc etiam.communem opi.eſſe dicens. Bonacoſ.

bãnitus amittit ea,quæ ſunt iuris ciuilis ciuitatis,in qua eſt bannitus tñ.Cur.iun.in conſ.182.nu.4.cõem dicit. Bonac.

bannitus non poteſt impunè offendi infra tempus datum ad appellandum,vt eſt communis opi. de qua Bened.de Vad. foro Sempron.in reper.Feli.verſ.reus damnatus ad mortem. vbi dicit hanc veram & communem opin.& ſi ſtatuto banni tus poſſet offendi, non poteſt offendi pater à filio, Bal. in l.libertus.in fin.ff.de ſtat.hom. ſed mulier prægnans bene poteſt offendi d.ſtatuto.Bal.in l.imperator.ff.de ſtat.hom. ſi ſit bannita. Bonacoſ.

bannitus poſtquàm eſt bannitus, & à familia. poſtmodum captus Poteſtatis non poteſt impunè offendi,quia cũ per hoc ſit in fortiam cõmunis poſitus, ipſa reſpublica videtur occupaſſe.Et ideo etiam ſi Poteſtas talem bãnitum occideret, non per viã iuris,ſed per viam facti,videretur q̃ deberet puniri,vt eſt communis opi.de qua Bald.in l.libertas.§.ſerui.ff.de ſtatu hom. Bonacoſ.

bannitus frangens fines banni,infra decenniũ,ſ.iuſſus exulare , ſibi duplicatur tempus , quod reſtabat ſtandum in banno,ſi erat per 10.an.bannitus,aut vltra, perpetuatur exilium. Si iuſſus erat exulare perpetuò , punitur pœna mortis. vt eſt communis opi.Clar.q.70.ver.quæro. Bonacoſ.

Bannitus arbitrio iudicis durat bannitus,etiam quo ad ſucceſſorem

Universidad de Deusto

ceſſorem in officio. Clar. q. 70. verſ. item quæro. Bonacoſſ.

Bannito ex ſtatuto prohibetur loqui, non comprehendit ſcribentem literas, communis eſt opin. Clar. q. 82. verſ. ſtatutum. 2. Bonacoſſ.

bannitus non efficitur ſeruus pœnæ, quando eſt in contumaciam bannitus. vt eſt communis opinio. Clar. q. 70. verſ. vlterius. Boſſius tit. banniti quid amittant. Bonacoſſ.

bannitus in vna ciuitate, non cenſetur bannitus ab aliis ciuitatibus confederatis. communis eſt opinio Clar. q. 70. ver. vlterius quæro. & verſ. quero modo. niſi hoc ſpecialiter ſit dictum. Bonacoſſ.

bannitus reſtitutus à Principe, etiam quò ad bona, non recuperat iam alienata, niſi id expreſsè caueat. communis eſt opinio. Burſatus conſ. 54. nu. 12. Bonacoſſ.

bannitus ex contumacia non dicitur infamis. communis eſt opinio. Burſatus conſ. 119. nu. 6. Bonacoſſ.

bannitus non obſtante alio ſtatuto ſucceſſibilis dicitur eorum, quæ veniunt ex lege, vel iuris communis diſpoſitione, non autem ex ſtatuto bannientium. communis eſt opin. Burſatus conſ. 54. nu. 24. Turzanus communi opin. 148. & deciſ. Peruſina 11. n. 8. Gabriellius in conſ. 123. nu. 34. Bonacoſſ.

bannitus in contumaciam non efficitur infamis, vt dixi. communis eſt opinio. Clar. q. 70. ver. quero nunc. Rationem adducit Bald. in c. niſi. nu. 5. de renuncia. Et ideò poteſt eſſe teſtis, & ſibi efficitur ſaluusconductus, vt veniat ad teſtificandũ. Clar. ibi. verſ. præterea quæro plura de banniro. Duennas regula 68. Et bannitus ex forma ſtatuti, licèt habeatur pro confeſſo, non tñ ſequitur, ꝙ ſemper ſit condemnandus, ſi ex defectu inquiſitionis veniret abſoluendus. l. principales. §. ſi actor. vbi Caſt. nu. 1. C. de iureiur. per calum. & ſtatutum puniens bannitum, vel condemnatum de maleficio, habet locum in bannito per contumaciam. Caſt. in l. ſi mora. nu. 14. ff. ſol. matri. quia de contumacia eſt delictum.

Bannitus. qui ex ſententia mori debet, ſi ab ea appellet, non poteſt occidi, niſi ſuccumbat, & appellatio euaneſcat. vt eſt communis opi. Soarez verſ. bannitus. n. 9. communem dicit. Riminaldus. conſ. 38. num. 35. & ſeq. vbi communem probat. Bonacoſſ.

bannitus vi potractus ad locum, vbi ſit bannitus, debet remitti in priſtinam libertatem, nec debet puniri, communis opinio. Soarez. verſ. bannitus. nu. 10. Bonacoſſ.

Bannitus ſtatim, ꝙ eſt captus, cogitur cognoſcere bănum, & ſe eũ eſſe, qui ſit bannitus, fateri, & ſtatim debet poſtea puniri. Niſi exceptionẽ opponat, quæ ſi ab initio fuiſſet oppoſita, non cogebat iudicium ſubire. communis eſt opin. Soarez. ver. bannitus. nu. 11. Bonacoſſ.

bannitus, q bănitum occidit, põt per procuratorẽ opponi facere per ſe occiſum fuiſſe bannitum, communis eſt opinio. Soarez. verſ. bannitum. num. 12. Bonacoſſ.

bannitũ maritũ tenet vxor alere ex dote & paraphernis. cõmunis eſt opinio. Soarez ver. bannitum. n. 13. Bonacoſſ.

Bănĩti noſtri tẽporis æquiparãtur relegatis vt eſt cõis opi, Cur. iun. ℘. 182. n. 8. Alex. in l. ex facto. ff. ad Treb. Bonacoſſ.

banniti bona poſſunt dilapidari, vt eſt communis opinio. Io. Bolog. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Bonacoſſ.

bănĩti cũ publicatione bonorũ executores teſtamẽtarij eſſe non poſſunt. Niſi quò ad actũ nudi miniſterij, vt eſt cõmunis opinio, de qua Capra in trac. de executoribus. in 2. membro, nu. 20. communem dicens. Bonacoſſ.

bannito occidẽti etiã præmiũ cõſtitui põt, ſm cõem opinionẽ. Dec. in c. quæ in eccleſiarũ. n. 14. de cõſti. & bănitus ꝑt aliũ bănitũ occidere, ſtãte ſtatuto, ꝙ bănit⁹ poſſit impunè occidi. Abb. in c. dilecti. n. 10. de exceptio. vbi etiã ꝺt n. ſeq. ꝙ bănitus ex forma ſtatuti non poteſt, nec agere, nec excipere, nec vnus bannitus poteſt agere, nec excipere ℘ alium bannitũ. Bonac.

Banniti, vt fandi doctoribus mos eſt, proſcripti vè, vt antiqui monetæ latinæ cuſores locuti ſunt: banniti, inquam, noſtræ ętatis ęquiparantur relegatis atque ea tantum amittunt, quæ ſunt eius ciuitatis, à qua ſunt banniti, non verò & alia etiam iuri ciuili accepta referenda. cõe vtrunque ait Curt. Iun. cõſ. 182. nu. 4. & 8. vnde nec patriã põteſtatẽ amittunt iis etiã in locis à q̃bus ſunt relegati. vt cõe inquiũt Boſſius in pract. ti. de bonorũ publicat. n. 69. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lxxj. ver. ſucceſſiuè, idẽmque gñaliter ꝓcedet, & in illis bonis, quæ in proſcriptionis loco ſita ſunt, vt frequẽti doctorũ ſentẽtia ꝓbatũ teſtat Gozad. ℘. cxvj. n. 7. ꝓpetuò tñ bănĩti deportatorũ numero hñr, vt cũ Crauet. poſt alios ℘. ccxx. n. 13. & ℘. 224. n. 1. atteſtat diligẽter Iul. Clar. ĩ pract. §. vlt. q. lxxvii. verſ. deportatio, & copioſius, atque accuratius q. lxxj. ver. dixi autem, cui adde Ioan. Ceph. egregiæ doctrinæ virum conſil. xxij. num. 18. & conſil. lxxix. num. 13. E. Suarez.

banniti nec dicuntur, nec idcirco cẽſent vagabundi, vt doctores fantur. cõe inquiunt Alber. in 4. patr. ſtatut. q. lxxx. & eum laudat Cepol. ℘. crim. lix. verſ. ſed dubiũ eſt. E. Suarez.

bănĩti in cõtumaciam nec infames cenſentur, nec teſtimonij dictione interdicũtur, vt cõia latè atteſtat̃ Clar. in pract. §. vlt. q. lxxj. verſ. quæro nunc, cum ver. ſeq. E. Suarez.

bănĩti, ac bonorũ ℘ſcatione ſimul multati, licet bonorũ eo loci exiſtentiũ, à quo cũ proſcriptione bonorũ ſunt relegati, ſint incapaces, atque etiã eorũ bonorũ reddãtur expertes, quæ alibi exiſtẽtia ex ſtatuto loci, à quo ſunt bănĩti, deferunt̃: tñ illorũ bonorũ capaces prorſus erũt, q̃ alibi ſita ex iuſto, ac legitimo teſtamẽto ad illos pertinẽt, vt cõe effatũ teſtatur Alex. conſ. xxvj. circa primũ. li. j. & qui de vtraque teſtamẽti factione, q̃ bănĩti habent, vel nõ habent, ſedulò, ac ſeriò diſſerit Iul. Car. de teſtament. à q. xv. vſque ad q. xxj. E. Suarez.

bănĩti quin iterũ proſcribi, ac bănĩri poſſint, nihil ꝓhiber. commune aiunt Nellus de bannit. 1. parte. 1. tempore. quæſt. 3. Viuius lib. 2. opin. 31. E. Suarez.

banniti noſtri tẽporis, quocũque modo ſint bănĩti, aut perpetuò, vel ad tẽpus, & cũ publicatione bonorũ, vel ſine, non æquiparãtur deportatis, minúſque relegatis. ſed eſt tertia ſpecies de ꝑſe. Sed certè ſtãdũ eſt, vel deciſionib⁹ bănorum ĩ ſpecie, vel ℘ſuetudini de eis loquenti. Clar. q. 70. Et no. ꝙ ſi accuſans ſit poſtea bănĩtus, accuſatio tenet. Bart. in l. Vrani⁹. ff. de fideiuſſo. Et iõ (inquit) ꝑt ex ſtatuto ꝓcedi ℘ accuſatũ. Bart. in l. ſi is q reus. n. 15. ff. de publ. iudic. & ꝑt bănit⁹ cœptã accuſationem poſtea ꝓſequi. Bart. in l. deferre. n. 2. ff. de accuſa. Et ſtante ſtatuto, qđ capitaneus debeat ſub pœna bănĩtum, qui venerit in fortiã ſuã facere decapitari cito. Nã põt differre 30. diebus, & in pœnã nõ incidit. Ang. in auth. de manda. prin. in pr. & ſi ex forma ſtatuti licet occidere bănĩtũ, licitũ eſt vulnerare, & bona auferre. Caſt. in l. in ſuis. nu. 4. ff. de libe. & poſth. Et ſi ſtatutum dicat, ꝙ filius bănĩti non poſſit ſtare in ciuitate, intelligitur de filio banniti viui, & non mortui. Alex. in l. ſi filius à patre. ff. de lib. & poſthu. Bonacoſſ.

banniti nõ amittũt patriã poteſtatẽ. cõis eſt opinio. Clarus q. 70. verſ. ſucceſſiuè. & no. ꝙ bănĩtus probatur, ꝙ ſit bănĩtus per librum in quo deſcribuntur rebanniti. ſecundum Salyc. in l. moueor. C. de ſeruis exportan. de quo Alexan. in l. decem. in fi. ff. de verb. obl. Et de hoc extat ſtatutũ Ferrariæ, de quo memini⁊. Et de quo etiam Menochius de arbitrio iudicis. q. 90. & not. quod ſi bannitus ſperat infallibiliter cancellari de banno, vt quia obtinuit gratiam, licet adhuc non ſit cancellatus, ſi agat nõ poteſt repelli. Caſtr. in l. mulier. §. non eſt dubitandum. ff. ad trebellia. Bonacoſſ.

bănĩti noſtri temporis æquiparãtur relegatis, & ideo amittunt dũtaxat ea, quæ ſunt ſuæ ciuitatis, à qua ſunt bănĩti, ſed nõ alia, ẽt iuris ciuilis, cõis eſt opi. Soarez in ver. banniti. n. 1. vnde nec patriã poteſtatẽ amittũt. etiã ſui loci, à quo ſunt relegati, vt eſt cõis opin. ibi. nu. 2. Neque gñaliter amittũt, q̃ in loco proſcriptionis ſita ſunt, cõis eſt opinio. ibi. nu. 3. banniti autem perpetuò deportatis æquiparantur, vt ibi. Bonacoſſ.

banniti non dicuntur vagabundi, vt eſt communis opin. Soarez verſ. banniti. nu. 5. Bonacoſſ.

banniti in contumaciam non ſunt infames, & ideo teſtificari poſſunt. vt eſt communis opinio. Soarez ver. banniti. nu. 6. & infra. Bonacoſſ.

banniti licet ſint in capaces bonorum loci, à quo ſunt banniti, tamen capaces ſunt bonorum extra, quę ſibi deferuntur, & quæ alibi ex iuxto ac legitimo teſtamento ad eos pertinent. vt eſt communis opin. Soarez verſ. banniti. n. 7. Bonac.

Banniti ſemel, etiam iterum banniri poſſunt, communis opinio. de qua Soarez verſ. banniti. nu. 8. Bonacoſſ.

banniti perpetuò, & à ciuitate excluſi, ſtante ſtatuto, quòd impunè poſſint offendi, ſunt omnino incapaces bonorum, & ſucceſſionis ſibi delatæ, vel ex iure communi, vel ex ſtatuto in territorio bannientium. communis eſt opinio Burſatus conſ. 139. numer. 24. & conſ. 54. numer. 1. fallit, prout in ſtatuto noſtro Ferrar. ſub rub. de iis, qui non reperiuntur deſcripti in libris Miſſariæ communis, lib. 3. cap. 30. fol. 228. & vide Menoch. conſ. 201. nume. 8. Vanti. de nullitatibus proceſſus, fol. 146. num. 51. & ſeq. Boſ. tit. banniti quid amittant. Corn. conſ. 59. vol. 1. Bonacoſ.

banniti de præterito ſi conſtitutione noua inducatur indulgentia ac remiſſio pœnæ modò tantum ſoluatur, tantundem ſoluendo liberantur à pœna, vide ĩ. conſtitutio. B. Cap.

Bannitus pro pecunia ex diſpoſitione ſtatuti ita expreſsè ſtatuentis, non poteſt occidi, quia cùm nulla iuſta cauſa ſub ſit, ob quam mors infligi poſſit, tale ſtatutum non tenet. Cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munem refert Bened.Capra.reg.10.nu.23. vide ꝯ.ſtatutum.

bannitus ſi conſuetudo vel ſtatutum diſponat, quòd poſſit impunè offendi & occidi, iuxta communem poterit offendi & occidi. vt refert Bened.Capra.concl.111.nu.14. vide infra ſtatutum.

Banniti noſtri temporis an æquiparentur deportatis. vide Bart.in l.4. C.de iur.fiſc.lib.10.in l.illicitas,§.qui vniuerſas.ff. de offic.præſid.in l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi. & an amittant ea quæ ſunt iuris, vt eſt facere teſtamentum. Alex.conſ.26.col.2.in fin.lib.1.not.in l.1.§.deportatos.ff.de leg.3. Soc.in l.cum auus.col.antepen.de condic. & demonſt. Alex.in l.ex facto.§.ex facto. ff.ad Treb.hĩ in l.1.C.de hæred. inſtit.quibus adde quòd bannum non infamat,teſte Salic.in l.ea quidem.nu.56.C.de accuſat. Put.

Bannitus non obſtante alio ſtatuto ſucceſſibilis dicitur eorum quæ veniunt ex lege, vel iuris communis diſpoſitione, non aũt ex ſtatuto bannientium,ſm communem,per Burſat. conſ.54.nu.24.lib.1.

Banitum non poteſt etiam ex cauſa reſtituere princeps ꝙ damnis illatis parti, ſeu pro pœna concernente intereſſe primarim,ſecundum communem per Buſat.conſ.54.nu.18.lib. 1.vide quæ ſcribit Rol.conſ.45.lib.4.

banniti noſtri temporis æquiparantur relegatis,Curt.iun. conſ.182.nu.8. Alex.in l.ex facto. ff.ad Trebel. communem dicit. Villalob.

banniti tantum ea perdunt, quæ ſunt ſuæ ciuitatis, ex qua banniuntur, non autem quæ ſunt iuris naturalis,& communis, vt ſunt ſucceſſiones teſtamentariæ, vel ab inteſtato, &c. communem dicit.Nellus in dicta prima part.nu.5.& queſt.5. Item Petrus Girar. in Singula.n.14.Fran.Curt.conſ.60.Lud. Bolog.conſ.70.in pr.Corn.conſ.45.vol.2. Bald.in l.ex facto. ff.ad Trebel.qui omnes dicunt hãc eſſe communem,vt eos refert & ſequitur Iac.Nouel.in tract.Protomi.§.6.n.58.I.Fic.

Bannitum dominum vaſallus non poteſt impunè offendere.communem dicit Alberic.in 4.part.ſtatutorum.q.27.quẽ refert Cepol.conſ.crim.v.verſ.7.Clar.d.§.Homicidium. verſ. ſed quæro in fin. P.Fichard.

bannitum patrem filius impunè occidere poteſt.communem dicit Marſil.in l.1.§.prærerea.nu.33.ff.de quæſt.Gomeſ. in §.rurſus,nu.22.inſtit.de action.Berous in cap.quæ in eccleſiarum.de conſtit.nu.114.quæ tamen opinio(vt quidem meritò)Claro non placet.dicto §.Homicidium. verticul.ſed hic quæro. P.Fichard.

bannitum is quoque impunè occidere poteſt, qui cum eius inimicus eſſet antequam bãniretur pacem cum eo fecit, etiamſi promiſiſſet,tunc eum non offendere ſub pœna.communem dicit Alex.in l.qui ſeruum.nu.2. verſic.in text.ibi intereſt.ff.de verborum oblig.quem refert Iaſ.ibi num. 5. Nouell.in pract.crimin.num.84. Ripa in l.fin.nume.86.C.de renocand.donat.Clar.d.§.Homicidium.verſicul.quero.aliquis fecit. P.Fichard.

bannitum occidens quem ignorabit eſſe bannitum, gaudet nihilominus priuilegio ſtatuti de offendendo bannito. communem dicit Nell.de Bannit. in 2.parte.2.tempor. quæſtio.25.quem refert Decius conſ.327.num.4.Si tamen ſtatutum etiam præmium promitteret occidenti bannitum, tunc talis occidens non mereretur præmium. Hanc limitationem cõiter teneri dicit Afflict.in Rubr.5.ſuper 2.parte.conſtitut. regni.n.53.Clar.d.§.Homicidium.ver.ſunt etiam. P.Fichar.

bannitum occidens, non poteſt inquiri contra ipſum de homicidio. Et poteſt tertius comparere,& allegare,quòd occiſus erat bannitus.qui poterat impunè offendi ex ſtatuto,& iudex deber ſuperſedere inquiſitioni, vt eſt communis opin. de qua Fely.in c.dilectus.2.nu.61.de reſcrip. Bonacoſ.

Bannitus,præſertim in contumaciam rectè deponit,ſi agatur de matrimonio contrahẽdo,vt eſt communis opinio, de qua Alex.de Neuo in conſil.8.num.18.vide Iul.Clar. quæſt. 81.verſic.præterea quæro.Secus ſi agatur de diſſoluendo matrimonio. Bonacoſſ.

bannitũ qui eum eſſe vult probare,cuius occiſi accuſatur, id per procuratorem facere poterit,vt commune atteſtantur Alber.in quarta parte ſtatutorum quæſt. 18.numero 4. Nellus de bannit. in 2. parte ſecundi tempor. quæſtio. 14. & quiritè declarat Iul.Clarus in pract.§.vltimo.quæſtion. 32.verſi. quæro modo. E.Suarez.

bannitum virum alere non ſolùm ex dote, ſed & ex paraphernis vxor tenetur,vt receptum efferunt Gyg. & qui cum laudat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.82.ſtatut.1.verſ.vlt.E.Suarez.

Bannitam mulierem, ſtante ſtatuto quod banniti offendi poſſint,non licet adulterare. communẽ atteſtatur poſt Baid. in l.fin.poſt num.4.C.ſi contra ius vel vtilit.pub.Decius in c. quæ in eccleſiarum.de conſtitut.num.16.quem refert Gigas de penſion.quæſt.18.num.2. & Anton.de Padilla in l. tranſigere.num.73.C.de tranſact.Clar.dicto §.Homicidium. verſi. ſed an ſtante. P.Fichard.

bannitorũ bonis publicatis, intelliguntur ſolum preſentia, non etiam futura.communem dicit Nel.in tract. de Bannitis in 1.parte ſecundi temporis.nu.18.ſiue in 18.q. B.Villal.

banniri quis poteſt in loco,etiam non ſuppoſito de cõſuetudine generali,vt poteſt etiam exemplificari in non ſeruante mandata.cõmunis eſt opi.Clar.q.70. ver.vidi ego. Bonac.

Bannum,ſeu proſcriptio ſic,pendente quæſtione etiam altioris indaginis indigenti, de ſnĩa nulla retardatur, atque impeditur,vt bãnito impunè noceri nequeat, quemadmodum frequenter interpretibus placitum ꝓnunciant Matth.de Afflict.in 2.part.conſtit.Regni rubr. 1.nu.15.Iul. Clar. in pract. §.vlt.q.94.verſic.ſcias autem, & ij, quos laudaui ſuprà verſic. 1.bannitus. E.Suarez.

Banna de iure,& de conſuetudine,& ſtilo curiæ Romanæ, edicta proponuntur pro inueniendis delictis,& delinquentibus,vt eſt communis opinio.de qua D.Brunorus in vnico eius conſ.crim.nu.124. Bonacoſſ.

Banni pœna hodie ſecundum magis communem opinionem,vbi bona non publicantur,equiparantur pœnæ relegationis. Maran.in Specul.fol.50. num.6.in 2.iudiciorum.diſt. Bonacoſſ.

Bannum. Si ſtatuto caueatur, ꝙ citatus non comparens ponetur in banno:de quo non exeat,donec ſoluerit cõdemnationem. Et quidam citatus & poſitus in banno & condemnatus ad certam ſummam, vult potius ſtare in banno quàm ſoluere condemnationem pecuniariam:fiſcus autem vult interim condemnationem exequi in ſumma, de qua in ea & in bonis, hoc non poteſt fiſcus. Quia in alternatiuis electio eſt debitoris.& qa ſtando in banno ſatisfacere videtur.ff.de cõd. ob cau.l.dedi.in principio. Ita Bal.in Auth. bona damnatorũ. C.de bon.proſcri.dicens etiam ꝙ mortuo tali bannito in banno non poterit fieri executio ꝓ eius hæres. Balb.deciſ.93.

banno pendente etiam, quòd quæſtio requirat altiorem indaginem,non poteſt offendi quoquo modo bannitus ipſe. communis eſt opinio.Soarez verſ.bannum.n.14. Bonacoſſ.

banni,ſeu exilii pœna hodie eſt multum in vſu. Et contra præſentes, & contra etiam contumaces. Et imponitur quandoque in perpetuum, quandoque temporaliter, & quandoque arbitraliter.Clar.q.71.in prin.Caſus autem in quib.quis bannitur.Clar.ibi.ver caſu. Bonac.

banni pœna infertur officialibus,rectorum prouinciarum, qui ruſticanos, vel eorum ſeruos, aut iumenta ad aliqua cogunt obſequia,nec non & ruſticani, ſe ſpõte dictis obſequiis ſubiicientes,puniuntur pœna exilij perpetua, & confiſcationis bonorum.Clar.vbi ſ. Bonac.

BAPTIZARI non poſſunt paruuli in matris vtero, c.ſi ad matris corpus.& c.ſeq.de conſecr.diſt.4.vbi text.oſtendit rationem,quia cùm natus non ſit, regenerari nequit, vt hoc aliis quamplurimis rationibus approbat Franciſ.Marc. deciſ. 952.ſed vbicũque puer haberet caput extra matris ventrem, quamuis omnia alia membra incluſa in eo forent,ſi tunc ſub eſſet periculum aliquod,poſſet omni dubio remoto baptizari,ſecundum Gul.Lau.& Card.in cle.1.de ſum.trin.Ang.Clauaſ.in ſummam,in ver.bapt.Henri.in c.maiores.de bapt.Petr. Aur.Laur.Thom.& Ric.in 4.ſent.diſt.4.q.1.& iſtam opin.ſequitur quoque,& cõmendat,ac profitetur eſſe communem, tam Canoniſtarum,quàm Theologorum,Boer.in tract.de authoritate magni conſilij, nu.21. qui tractatus poſitus reperitur in fine ſuarum deciſionum, quia baptizato capite totum corpus cenſetur baptizatum,ſm gl.Alex.nu.20.& ceteros,in l.2.ff.de acq.poſſ.item baptiſmus neceſſitatis tempore,& per cõſequens in articulo mortis licitè ab hæretico.& excõicato quoque ſuſcipi poſſet ſm cõem opi.oĩum Theolog.quam ſequitur,& declarat,& citat Couarr.in conſtit. alma mater. de ſent.exc.§.7.ſub nu.8.& Franc.Marci.deci.950. F.Viuius.

Baptiſmus an valeat præſtitus puero nondum vterum matris egreſſo:& dic vt per laſ.in l.3.1.reſp.nu.29.ff.de acq.poſſ. vbi concludit ꝙ ſic,ſm cõem ibi.cuius tamen contrarium tenent doct.ad Capel.Toloſ.q.156. vbi vide diſtinctionem. & quę ponit Viui.com.opin.lib.2.concl.32.idem laſ.in l.vxoris abortu.C.de poſth.hæred.inſtit.vbi etiã quærit an monſtruoſi debeant baptiſari.& de principali quæſt. an ſufficiat baptiſari membrum aliquod,vt quis ſit chriſtianus:vide Bartol.& doct.in l.1.C.de poſthum.hæred.inſtit.

Baptiſmus tollit omnem pœnam ſpiritualem,non temporalem

Universidad de Deusto

ralem. Communem dicit Ioã. de Ana. in ca. de his. de accuſ. & Deci. conſ. 130. n. 2. B. Villal.

Baptizatus baptiſmo Ioannis, iterũ deberet baptizari baptiſmo Chriſti. Præpoſit. ĩ c. dedit baptiſmũ. j. q. j. cõẽ dicit. B. Vil. baptiſmus nihil remittit ex foro iudiciali, quin ſuis puniat. cõis eſt opi. Tiraquel. de pœnis. cauſa 25. n. 6. Bonacoſſ.

baptiſmus (vt vulgo loq mos eſt) ſeu aquarũ initiatio, pœnã temporariam (vt doctores fantur) ſeu corpori infligendã nõ tollit. cõe aiunt Ioannes de Anan. in c. de his. de accuſat. Dec. conſ. 130. n. 2. & ij, quos refero infra ver. iudæus. E. Suarez.

barattariam committens iudex, priuatur officio, nec dign⁹ eſt in futurũ alio. Clar. q. 73. Et cogit reſtituere ablatũ in qua druplũ, vt eſt cõis opinio. Clar. ibi ver. iudex. Et datũ amittit dans, etiam cꝫ iuſtam ſententiam daret. Non autem amittit, ſi quis iudici dederit, vt iuſtitiam celeriter ſibi miniſtraret, & ideo poterit repetere. & not. cꝫ blandis verbis intrans camerã iudicis, & perſuadens vt pro ſe ſententiam ferat, non perdit litem, ſed punitur pœna centum aureorum. Clar. ibi nam perſuadere eſt pluſquam cõpellere. l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto. facit illud Ciceronis. Nihil quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quàm qui preci iudicẽ corrũpit, cꝫ pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt, dicendo autem poteſt, Si tamen pecunia ſit data iudici poſt ſententiam, non dr̃ barataria, Marſ. ſingu. 190. & not. cꝫ cõfeſſio nõ nocet alteri, etiam in crimine barattariæ, vt dicit Bald. in cõſ. 498. ad fi. in 1. vol. & pœnæ ſtatutæ contra aliquid accipientes per barattariam, videntur inſtitutæ contra dantes. l. 1. C. de cupreſſis. lib. 10. Bal. in lege prima, col. 2. C. de calumniato. Bonac.

barbarius de quo ĩ l. Barbari⁹. ff. de officio Præto. nec liber, nec ver⁹ Prætor fuit. Iaſ. in dicta l. Barbarius. n. 1. & 19. & 23. communem dicit. Bapt. Villal.

PRO. Beatius eſt dare quam accipere, ſecundum Apoſtolum actuum 20. in fi. & in c. cum Marthæ. §. ſanè. extra de celebrat. miſſa. ratio eſt, quia dando homo placet capiendo verò diſplicet. Bellon.

Temporibus noſtris quicunque placere laborat.
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

PRO. bella ſunt permiſſa de iure. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. in §. ius autem gentium. Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. & l. qua actione. §. j. ff. ad legem aquiliam.

OBIEC. contrà, imõ ſunt prohibita per l. vnicã. C. de glad. lib. 12. & cano. monomachiam. 2. q. 4.

SOL. Ibi de ſingulari certamine, hic de bello pub. vel ciuili. Bell.

bellum non debet inchoari, niſi præcedat diffidatio partis, ſecundum Bald. in l. ſi manumiſſori. C. de obſequi. patro. præſtan. per illum text. iuncta gl. eundem Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. Io. Andr. in c. pro humani. de hom. li. 6. Hoſt. in ſum. in tit. de treuga & pace. in ver. quid ſit bellum. Et habẽs ſuperiorem non poteſt ſine eius licentia, niſi requiſitus iuſtitiam miniſtrare deneget, bellum indicere, 22. q. 1. c. dominus noſter, cum ſeq. facit l. ſi alius. in §. belliſſimè. ff. quod vi aut clam. Iuſtam autẽ cauſam belli inducit paſſagium denegatũ, 24. q. 2. ca. vlt. Et quando iuſtitia denegatur de exceſſibus & damnis datis, dicto c. dominus. Bella verò prius nouit imperium Romanum, quàm leges. ff. de capti. l. poſtliminium. in §. filius, & ibi gl. Capta in bello iuſto fiunt capientis. l. naturaliter. §. fi. ff. de acq. re. do. inſt. de re. diuiſio. §. item ea. 23. q. 5. ca. dicat aliquis. & ibi gl. Sunt tamẽ talia capta præſentãda duci exercitus, vt ea inter milites diſtribuat, ſecundum gl. in d. c. dicat. Et diffidatus non tenẽ dare reſponſum, ſed ſtatim poteſt ad bellũ prorũpere contra diffidantẽ ſecundũ Albe. vt refert & ſequitur domi. Cato. in d. l. ex hoc iure. per l. quos hoſtes. ff. de verb. ſign. & l. hoſtes. ff. de capti. Balb. deciſ. 122.

bellum iuſtum facit occupatorem prædæ verum dominũ, etiam in foro cõſcientiæ, dummodo offeratur, & ſecundum merita per Duces belli diuidatur. l. 1. in prin. vbi Iaſ. ff. de acq. poſ. Aret. in §. ius autem gentium. de iur. nat. gen. & ci. vbi docet quod ſit bellum licitum, de quo etiam per Rip. d. l. 1. nu. 69. & Dic, quòd preſumitur illicitum: niſi contrarium probetur, teſte Barb. conſil. 39. nu. 1. libr. 1. Qualiter autem dicatur iuſtum: vide Nat. conſ. 284. n. 7. & ſeq. Iac. in inueſt. ver. & ꝑmiſerunt. col. 3. & ſeq. vbi ponit 7. ſpecies belli.

bellum indicere poteſt Papa pro tuenda religione ſecundum Luc. de pen. in l. vnic. C. vt vſus arm. lib. 12. & contra Imperatorem ſchiſmaticum & hæreticum eccleſiæ libertatem vſurpantem eſt contra infideles, de quo bello plures no. Ab. in ca. ſicut n. 7. & ſeq. de iureiur. Bal. in c. olim ex literis. de reſcriptis. & ex his cauſis Papa iuſtè indicit ſuperindicta, ex no. per Luc. in l. vnic. C. de ſuperindic. lib. 10. qui pontifex ratione publicæ vtilitatis de communi ſubſidium petere poteſt, nec aliquis reperitur immunis, teſte Oldr. conſ. 104. col. 2. in prin. etiam ſi. no. Doct. in l. ſi ex toto. de leg. 1. Aym. cõſ. 294. col. 7. & vaſſalli Imperatoris ſchiſmatici vꝫ hæretici à iuramẽto fidelitatis abſoluuntur, c. nos ſanctorum. 15. q. 6. 23. q. 3. c. maximus. Io. Plat. d. l. vnica, C. vt arm. vſus. De bello autem iuſto vel illicito vide Abb. d. c. ſicut. de iureiur. Luc. de pen. in l. vnic. C. ne ruſt. ad mil. obſeq. lib. 11. & licet Dominus dixerit Petro, Conuerte gladium in vaginam. Math. 26. ad Rom. 12. non tamen voluit alterum eſſe ſuperfluum, ſecundum Old. conſ. 180. col. 3. & nõ abſtulit imperium, ſed duas poteſtates neceſſarias eſſe ſignificauit, quas etiam habere ſummum pontificẽ not. gl. & Doct. in c. nouit. de iudi. Old. conſ. 69. 83. col. 1. Bar. in l. 2. de req. reis. Dec. d. c. nouit doct. in c. 1. de homicid. in c. per venerabilem in c. cauſam que. qui fil. ſint leg. Oldr. d. conſ. 83. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit, & propterea prælati res eccleſiæ gladio defendere poſſunt, 15. q. 6. c. autoritate. & not. Inn. in c. olim. de reſtit. ſpol. Oldr. conſ. 62. col. fi. conſ. 71.

PRO. benefacienti nobis eſt benefaciendum. in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.

Beneficiatus contrahens matrimonium, ipſo iure perdit beneficium. Couar. in epiſt. 4. c. 6. §. 4. n. 4. & per Rauc. in compet. iuris de cler. coniuga. communem dicunt.

Intellige dictam communem in matrimonio de præſenti, ſecùs tamen in ſponſalibus de futuro. Panor. in ca. 1. de cler. coniug. communem dicit.

beneficium ſimplex reſidentiam continuam requirens, licet acceptatione ſecundi ſecundum Inn. in dicto c. clericos. & ca. ex tuæ, de cleric. non reſiden. quem in dicto ca. clericos. ſequitur Petr. de Peruſio, Petrus de Anchara. & Calde. ipſo iure vacat, adeò, vt poſſit ſine alia priuatione alteri conferri, tamen curia ſeruat aliam opinionem, cꝫ non vacat primum per acceptationem ſecundi, in beneficiis ſimplicibus, etiam reſidentiam requirentibus, vt refert ibidem Calde. quam curiæ opinionem videtur quoque tenere Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de cleri. non reſidentibus argumento, ca. referente. cap. præterea. vt ca. ad hoc. de præb. quæ in ſimplicibus perinde atque in curatis, dignitatibus & perſonis per ca. de multa. de præbend. non videntur correcta. l. præcipimus. C. de appellatio. quod & originaliter tenuit Oldr. conſ. 185. Innoc. do. Antonius, do. Flor. & d. Nicola. in d. ca. clericus. & Petrus de Anchara. dicto capitulo, de multa. & veriorem dicit Bened. Capra, regula 90. nu. 113. cùm in natura pœnali, & correctoria non fiat extenſio, prout communiter notatur in l. ſi verò §. de vno. ff. ſolu. matrimo. & Auct. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccl. & in clem. 1. de electio. quare non eſt eadem ratio in ſimplicibus, quæ eſt dignitatibus, perſonatibus, vel curatis beneficiis. ſecundum Inn. dicto c. clericos. iuxta not. in gl. 21. q. 1. c. relatio. & Lapum in allegat. 116. & ita communiter teneri, ibidem refert Bened. Cap.

Beneficium in tertij præiudicium expreſsè cõceſſum quoties publica verſatur vtilitas, licet valeat l. ſecunda. §. ſi quis à principe, & ibidem notat, ff. ne quid in loco publico. l. item ſi verberatum. §. fi. ff. de re iud. l. Lucius. ff. de euict. l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funer. ſecundum gl. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. idque procedit etiam ſi non vertatur publica vtilitas, & læſio non ita magna ſit. l. 2. C. de precib. Impe. off. & Bart. d. l. fi. & Inn. in c. cùm dilecti. de donatio. l. ſi quando. C. de bon. vacant. lib. 10. Bart. in l. ſed vt reprobari. §. fi. ff. de excuſatione tutorum, tamen vbi publica vtilitas non vertitur & de graui alterius preiudicio ageretur, priuilegium alteri conceſſum non valeret, ſecũdum gl. in dicta l. 2. C. de precibus Imperat. offerend. & gl. in dicta l. fi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & ibidem Bart. quod cõmuniter teneri refert Bened. Cap. regu. 102. n. 12.

Beneficium curatũ, vt ſi atque cadat ſub cõſtitutione, capituli de multa. de præbend. & extrauag. execrabilis. eodem titulo, non ſat eſt quod curam habeat temporalem, ſed requiritur quod habeat perpetuam, vt innuit dicta extrauag. execrabilis, in fine. quòd etiam voluit Inno. dicto cap. de multa. quod in clementi. vnica, de officio Vicarij. communiter tenent Modern. & Oldr. conſil. 115. quos ſequitur Imol. doct. Nico. dicto cap. de multa. inde Nicolaus ibidem refert, cꝫ acceptans ſecundum beneficium, temporalem curã tamen annexam habens, non perdat primum, vt refert Benedict. in regul. 90. n. 69. Similiter intra alia fallit, quando ſecundum beneficium eſſet curatum, habitu tamen & non actu, quare ad hoc, vt locum habeat, pœna, dict. ca. de multa requirit vt actu & non habitu tantùm curatum ſit, prout voluit Hoſt. in ca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quare nonnulli.de cleric.non resident. argumento l.nomen. §.habere.ff.de verbo.signific.& nota per gl. & Archidia.in c. 1.cet cano.de elect.libr.6.& Paul.de Leatza. in clem.vnica.de offic.vicar.idem tenuit Frideric.cons. 132.&ita communiter teneri refert Benedict.in reg. 90.n.76. addens periculum animarum quod Canones perpenderant non videri subesse,nisi actu & habitu sit beneficium curatum, secundum Do.Anto. d.cap.de multa.Et licet Inno.& Abb.ibidem teneant contrarium,tamen idem Cap.nu.78.à communi non esse recedendum suadet.

Beneficium simplex non habens annexam curã,nec dignitates,si eiusmodi sunt,vt residentiam nõ requirant, prout habetur 15.q. 1.c.quia.& not.c. 1.de consuetud.& cap.cùm omnis.de constit.non perditur per acceptionem secundi, neque etiam primo renuntiare videtur,vt sentit gl.in capit.clericos. & ibi Inno. de cleric. non resident. & ita communiter teneri refert Benedic.regula 90.n.92.quod licet regulariter verum sit, tamen fallit quando plura eiusmodi beneficia habens nõ deseruiet neque per se,neque per substitutum,iuxta no.in c. cùm omnis.in fi.de const.quod verum est. nisi valde exilia essent.iuxta no.in c.cum te,de ætate & qualitate, prout voluit Do.Ant.in clem.gratiæ,de rescriptis.quem sequitur Imol.in d.c.clericos. cum quibus cæteros transire di.reg.90.n.99.refert Benedict. Capra.

Beneficium. In interdicto retinendæ in beneficialibus:an sufficiat probare antiquiorem possessionem,an verò requiratur probatio tituli saltem colorati, ad iustificationem ipsius possessionis, Dic,vt per Osasc.decis. 55.n.4.& 5.vbi quòd requiritur probatio tituli, cum in beneficialibus non possit acquiri possessio sine titulo, arg.eius quod dicit,quòd in beneficialibus: agens remedio reinteg.& per viam attentatorum, quod est priuilegiatum, & fauorabile, debet illud iustificare cum titulo saltẽ colorato, præsertim si aduersarius edoceat de sua proprietate, reste Osasc.d.decis. 55.n. 6.vbi dicit hanc esse communem,& ibi q titulus tũc dicitur coloratus:qñ habitus est vel à summo pontifice, vel ab ordinario, ex not.per Guid.Pap.q.85.Deci.consil.220.vel ab alio habeñ ius conferendi virtute alicuius priuilegij, Quibus concl.adde, quòd in beneficialibus possessorium continet causam proprietatis, cum sit mixtæ naturæ, arg.l.2.§.quædam.ff.de interdict.& q iudex secularis super possessorio beneficiorũ cognoscere potest,Osasc.d.decis.n.8.& dicitur titulus coloratus quando processit ab habeñ potestatem, vt ibi per eum, Quid in remedio recuperãdę possessionis in beneficialibus:an obstet exceptio defectus proprietatis, & an iudex secularis in remediis possessoriis beneficiorum cognoscere.

Beneficium si permutatur irrequisito patrono, tenet permutatio,licet veniat annullanda.Bertr. consi. 193.vol.2.n.2. communem dicit.

beneficia in dubio censentur realia,Bello.cons. 20.num.8. cõmunem dicit ex Bart. in l.fi.ff.de serui.lega.& Dec.,s.262.

beneficium ecclesiasticum si vni conferatur, & iterum secundo,præfertur prior:& si secundus adeptus sit possessionẽ. Couu.in resolutio.c.16.lib.13.communem ait ex Dyn.Ĩreg. qui prior.de reg.iur.lib.6.* B.Villal.

Beneficium ecclesiasticum, ordinem præsertim annexum habens, homicidam retinet non posse,ẽt post peractã pœnitentiam probatur ex tex. in c.miror. 50. distinct.& in c.in quibusdam.de pœnis,secundum Io.And.ibi,quod ideò est, quia ille,qui non potest dicere officium non potest obtinere,&recipere beneficium.ca. quòd à te.& c.diuersis fallaciis.de cler. coniug.c.cum secundũ.de præb. quia beneficium datur propter officium, ca.fi.de rescript.in 6.& tradũt Legistæ in l.qui sub prætextu.C.de sacrosanct.ecclesiis. Homicidam ipso iure non esse priuatum beneficio,sed priuandum volunt communiter Doctores in c.inquisitionis.de accusa. & in ca. cùm non ab homine.de iudi.& in c.cum nostris. de concessio.præbend.vbi præsertim Innoc.ante finem glo.primæ:quam conclu. tanquam commu. sequitur Felin,in d.cap. inquisitionis. versic.in contrarium.tradens cautelam,vt ante priuationem homicida taliter renuntiet amico, qui post absolutionem, & dispensationem ei retrò cedat. Fallit tamen dicta conclusio in homicida committente homicidium qualificatum, puta cum assassinio secundum ipsum Fel.in d.c.inquisitionis.Quare talis homicida ipso iure est priuatus beneficio per tex.in c. 1.de homicid.in fi.libr. 6.ibi ipso facto &c.& quantumcunque aliquis beneficiatus, vel prælat*, sit notorie criminosus, non propterea est priuatus beneficio, neque dignitate, nec depositus ipso iure, & si sit homicida, dummodo non qualificatus, vt dixi secundum Bald. in l.cum fratrem. versic.circa instrumentum. C.de his qui.vt indi.dicentem notorium nun quam habere vires ad aliquem deponendum, vel priuandũ, nisi sequatur sententia priuationis, vel depositionis. & dixit Anch.in cap.peccati venia.de regul.iur. in prima opposit.lib. 6.illud certum esse, quòd si homicida promoueatur ad beneficium,recipit titulum.Allegat Innoc.in præallegat.cap. in literis.de concess. præben. voluit quòd Abb.in c.fi.no.v.de excess. prælat. quòd homicida, vel irregularis non sit ipso facto beneficio suo priuat*,si homicidium,vel irregularitas secuta est collationem beneficij,vt optimè probari dicit in ca.ex literis.eodẽ tit.& in cap.clericis.ne cler.velmo. & Fed.de Sen. consil. 50.quod incipit à collatione.& cap. voluit quòd collatio facta periuro,non sit nulla,sed annu:Janda:allegat Ioan. Andr.post Compost.in ca.capitulum.de rescript. in glo.vers. quid si eligitur.Adde,& vide Rot.decis.262. incip.religioso. in Nouis. F.Turzan.

PRO.beneficium principis latissimè est interpretandum l.beneficium.ff.de const.prin.ca.cum dilecti. extrà, de donat. ca.cum olim.extrà,de verb.signific.

OBIEC.contrà de l.si quando.C.de inoffic.testamen. vbi si concedatur rescripro principis libera testandi factio,intelligitur communi tantum iure non limitari.

SOL.ibi ea ratione,ne videatur princeps,qui iura communia tuetur,totam obseruationem testamentorũ,quæ fuit tot vigiliis excogitata,vno verbo velle euertere,vt ibi dicitur.

OBIEC.Secundò contra de l.2.§.si quis à principe.ff.ne qd in loco publ.& l.nec auus. C.de emancip.lib.& l.quoties.C. de precib.imp.offer.

SOL. Non plenissimè sunt interpretanda beneficia, vt lædant alium.

OBIEC.Vltimò contrà de ca.quamuis.de præb.in 6.vbi rescripta Principis strictè interpretanda sunt.

SOL.ibi in literis beneficialibus hic in beneficiis. Bellon.

PRO.beneficium inuito non datur.l.hoc iure.in §. nõ potest.ff.de donat.

OBIEC. contrà, Liberatio debiti inuitis nobis per alium cõtingit.l.solutionem.ff.de solu.l.soluendo.ff.de neg.gest.ad idem tex.in l.seruus vetãte.ff.de verb.oblig.vbi inuito domino seruus acquirit.

SOL.melior cõditio nostra,etiam inuitis nobis,potest fieri p obliquum,scilicet per alium,sed directò nemini inuito liberalitas confertur,vt hic. Bellonus.

Beneficium curatum habens potest id cum habente simplex vel non curatum, permutare, & vice versa. prout tenuit Io.de Ligna.sicut refert Petrus de Anchar.in cap.exhibita.de rerum permutatione.Sufficit enim quòd ambo sint intitulata,licet qualitates sint diuersæ.capitulo vnico. de rerum permutatione.lib.6.& ca.cùm olim.eodem tit.Inn.d.c. exhibita. idem voluit Petrus de Perusio in ca.quæsitum. de rerum permutatione.& ita teneri communiter refert.ibidem n.36. Bened.Capra.

beneficio nemo priuari debet, nisi per sentẽtiam priuetur propter homicidium,vt est communis opin.Gabriell.consil. 196.n.1.& seq. Bonac.

capitulum poteſt facere ſtatutum ſeu conſtitutionem ſuperſpectantibus ad ipſum capitulum, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, ſecundum gl. in c. 1. de his quæ fiunt à maior. part. ca. in verbo. conſtitutum, in fine, per illum textum, ex quo ibi, de Epiſcopo non fit mentio, cùm qua gl. communiter Doct. dicit tranſire Bened. Cap. concluſiuè reg. 9. n. 1. iuxta not. in ca. conſtitutionem, de verbo. ſignificatione, lib. 6. & ea quæ not. in c. fi. de his quæ fiunt à maior. par. Bened. Cap.

Capitulum non poteſt ſtatuere ſuper his quæ tangunt ſtatum generalem Eccleſię, vel iura Epiſcopi, ſine conſenſu eiuſdem, vt voluit gl. communiter approbata in ca. cùm omnes. de conſti. & ca. cùm conſuetudinis. de conſuet. refert Bened. Cap. reg. 9. n. 3. & ſeq. vbi idem, ex no. ī c. requiſiuiſti. de teſta. & ibidem Inno. in c. edoceri, de reſcriptis, obtinere dicit. Si autem ſint ſuper quibus vult aliquid ſtatuere, quod tamen vtrobique fallit, ſi capitulum ex priuilegio, vel alio iure ſpeciali poſſit. iuxta no. c. ſuper quibuſdam. de verbo. ſignif. ſecūdum Imol. d. c. de his quæ fiunt à maior. par. cap. ibidem. n. 5. & reg. 93. n. 16. in fine. Bened. Cap.

Capitulum nō p̄t ſtatuere in præiudicium abſentium, niſi ſubſit rationabilis cauſa, & eoſdem vocauerit, & ex vocatis concurrant duę partes, vt voluit gl. in c. 1. in verb. conſtituţū.

de his

Universidad de Deusto
Biblioteca

de his quæ fiunt à maior.part.ca.cùm qua communiter transire Doct.asserit Benedict.Cap.reg.9.n.7.& seq.accedit.quod notat Inno.in ca.vestra.de locato.& voluit Floria.d.ca.1. & Inn.& Io.And.in c. in nostra. de iureiur.& in c.cùm in ecclesiarum.de const.vide infrà Vniuersitas.Cap.

Capitulum seu vniuersitas iurans seruare statutum, & id quod in statuto continetur si cõtraueniat, tollit quidem statutum sed periurium incurritur, vt voluit Io.Andr.& d.Ant. in c.cùm in cunctis. de his quæ fiunt à maior. par. Pau.& Lignan.in clem.vt professores,de regularibus,& ita communiter teneri asserit Bened.Cap.regu.9.n.94. Secus si simpliciter iurant seruare contenta in statuto,quia vtrũque tollatur statutum, non tamen incurritur periurium, vt voluit Petrus de Perus.& Floria.in c.dilecto.de preb.vt refert idẽ Bened.Cap. ibidem n.95.& seq.

capitulum vel maior pars eius, vno etiam contradicente, non potest statim ecclesiæ alterare vel dirimere, vt clerici in communi viuant,si ante separatim viuebant.c.quod omnes, de reg.in li.6.c.2.de verb.signific.lib.6.d.Nicol.in c.quoniam de vita & honestate cleric.&ita communiter tenetur.Bened. Cap.regu.93.in fi.

capitulum vacante sede, potest authoritatem præstare in permutatione beneficiorum, quorum collatio spectat ad ipsum, vel ad ipsum & episcopum, iuxta ea quæ habentur in c.his quæ.de maior.& obedient.& ca.vnico.ne sede vacante, libr.6. quando autem ad solum episcopum spectat collatio, licet capitulum non posse perficere ipsam permutationem, tamen poterit recipere resignationem ex causa permutationis,quam post creatus episcopus perficiet,prout voluit Petr. de Perus.in ca.quæsitum.de rerum.permut.& Innoc.in ca.ex hibita.eod.titu.cum quibus cæteri communiter transierunt, vt refert Benedict.Cap.in tract.permut.post regul.88.posito. numero 77.

capitulum si vna cum episcopo testamenti exequendi potestatem obtineat,mortuo episcopo,licet nõ succedat in exe cutione.tamen succedit in executionis compulsione: vide infra ver.Executores.Cap.

capituli consensus in arduis requiritur:in leuioribus verò cõsilium,iuxta communem per Bursat.cons.26.post n.23.lib.1.

captatoria testatoris dispositio, vt quæ pendeat ex alieno arbitrio, vel in alienum arbitrium confertur, licet regulariter non valeat,tamẽ in relictis ad pias causas valet: communem adfirmat I. Clarus.§. testamentum quæst.66. versi.4.infertur. P.Fich.

captatoria volũtas ad pias causas valet:magis communem dicit Alex.cons.14.n.9.lib.1. B.Villal.

PRO.captatoriæ institutiones reprobantur à iure, quæ cõferũtur in secretum alienæ voluntatis.l.captatorias.ff. de hæred.instit. Bell.

captatoria voluntas, quæ ab arbitrio alieno pendet, vel in alterius arbitrium confertur,si ad pias causas pertineat,valet, ac firma est,vt commune affirmant Alex.cons.14.n.9.libr.1. Dec.n.19.& 20.Ias.num.12.in le.captatorias.C.de testamen. milit.Paris.cons.83.num.29.lib.2. Socyn.419.n.10.libr.4.& latissimè cumulans Iul.Clar.de testam. quæstione sexta vers. quarto infertur. amplia vt idem sit, si quis simpliciter bona sua committat alicuius dispositioni,nam & testamentum valebit, & ad pias causas testatus videbitur, vt receptum affirmant Corn.cons.156.lib.2.& cons.300.lib.4.Iul. Clar.vbi 5. vers. quinimo & fortius nam per ea verba is institutus hæres videtur cuius dispositioni bona committuntur, & grauatus idem censetur,vt bona in pias causas distribuat,quemadmodum frequenter placitum testificantur. Imol. in ca.cum tibi. nu.16.de testam.Iul.Clar.vbi supra,ver.& per huiusmodi verba. Et si propriè nec hanc, nec illas institutiones captatorias dici debere verissimè tradiderint contra interpretum vulgus Christoph.Castel.in l.Senatus.§.legatum ff.de leg. libr.1. Raph. Cuma.in l.captatorias. ff.de hær,insti.Ludi.Texeira in l.vtrum.§.cum quidam.ff.de reb.dub.Ant.Aug.emendat.l.4. c.15. Did.à Couar.in c.cum tibi n.2.extra de testam. Emanu. à Costa Select.interpret.li.1.c.21.n.7.Franc.Connan. li.10.c. 6.& reliqui omnes eruditores: quos alibi & refero latius,& auctoritatibus ex bonis literis de promptis,iuuo. E.Suarez.

PR.caput est pars hominis principalior,per quam cognoscimur.l,cùm in diuersis.ff.de reli.& sumpt.funer. Bellon.

PR.capite ægrotante, omnia membra ægrotant. in Cano. sicut.7.q.1. Idem.

carcer est mala mensio & damnũ irreparabile, vt est communis opi.Soarez.ver.carcer.n.13. Bonacoss.

PR.carcer ad cõtinendos homines,nõ ad puniendos dari debet.l.aut damnum.§. solent.ff.de pœnis.l.fina. C.de custodia reor.

OBIEC.contrà,imò carcer nõ solùm datur ad custodiam, sed etiam ad pœnam,vt c.quamuis:de pœnis.lib.6.

SOL.ibi de iure canonico. Bellon.

Carcer damnum irreparabile afferre censetur,vt commune ausim asserere ex Bald.& Paul.in l.vna. C.de in integ.resti. Paul.& Alex.n.29.in l.5.§.condemnatum.ff.de re iud. Pan.in c.susc itata n.8.ver.sed aduerte.de in integ.rest.Rhod.Soar.in primo lib.post l.quoniam in prioribus.in lll.Castellę.tit.*de los gouiernos*.q.4.Boer.deci.65.n.6.Fel.in c.cum super nu.17.dere iud.etsi.Ias.n.24.sub.Rip.n.26.in d.§.condemnatum & Dec. cons.73.perperam reluctentur. E.Suarez.

carcer non inuentus ad pœnã,sed ad custodiam.Et ideò,vbi alia pœna imponi potest, nunquàm imponitur pœna carceris,vt est communis opinio.Clar.q.80.versiculo pœna autem. secus est in clericis. Excepto, quod iudex ecclesiasticus non potest condemnare laicum ad perpetuos careeres, vt est communis opinio. licèt efficiatur de foro ecclesiastico, nisi propter hæresim,vt ibi.& not.quòd aliud est ponere in carcerem, aliud in vincula, & carceratio & vinculatio non fit ad pœnam,sed ad custodiam.Et ideò ex his non dicitur cæli persona,nec ex sola captura & positione ĩ vinculis, quis dicitur inferre personalem lęsionem.Socinus senior in capi.nuper à nobis.numero quinto,& seq. de sententia excommunic.vbi not.esse pro statutis, quæ loquuntur de personali læsione. & not.quòd carceri quis se obligare non potest, etiam cum iuramento.vt est communis opinio.Soarez versic.isto. num.14. Bonacoss.

carceres frangens non habetur pro confesso, quando fuit indebitè & ordine iuris non seruato incarceratus.vt est communis opin.de qua Rolan.à Valle in consil.7.num.46.& seq. in 1.vol. vide fusius per Alber. in l.in eos. ff.de custodia reorum. Bonacossa.

carcerem priuatum exercens punitur pœna capitis. communis est opinio.Clar.q.68.ver.priuatum. fallit in cardinali. item fallit iure ordinario:quia non capite,sed extra ordinem punitur. Bonacoss.

Carceribus perpetuo mancipatus, non potest testari, si sit laicus,vt est communis opinio.Soarez versic.carceri, numero 21. Bonacossa.

carcerum domus sunt ciuitatis, carceratorum autem custodia pertinet ad Principem. Clar. quæst. 46. versic. & quoniam. Bonacossa.

carceris custos non tenetur, quando captus rumpit murum,vel aliter exit, nõ per portam. vt est communis opinio. de qua Cataldi.inter consilia criminalia, cons.22.in secundo. Alias punitur custos pœna mortis.l. milites. ff.de custo. reorum.Maran.in pract.fol.47.num.64.& in trac.de carceribus. Corneus cons.93.in 1.volumine.Ias.in cons.27.in tertio volumine.Aretinus in cons.38.per totum. Barb.cons.76.volumine quarto Dec.cons.473.num.7.& nume.12.& not.quòd non liberatur custos carceris à custodia recommendati per potestatem, licèt ipse potestas miserit postea ad custodiam famulos.Bart.ĩ l.si vt certo.§.si de me.ff.commo.&si carceris custos dimittit aliquem de mandato rectoris, non tenetur, sed ipse rector. Bar.in l.si quis vxori.§.si fugitiuum.ff.de furt. Debet tamen primò habere ab ipso bulletinum relaxationis. vt per Ang.in l.neque.§.1.ff.de ĩ ius vocan. & ita practicatur, quia semper custodes petũt bulletinum vt dicit Pau.de Cast. in d.l.neque.§.1.nu.2.& ibi etiam Soc. num.5. Et potest relaxari de nocte.Ang.in l.more.ff.de feriis,si periculũ est in mora. vt ibi per Bald. & Alex. item nota quòd si carceris custos propter misericordiam alleuiat aliquando captiuos alienos, tenetur creditorib.ad interesse,si aufugiunt.Aretinus in §.cæterum.num.1.institu.de lege aquilia.item not.quòd si carceratus moritur, ante mortem debet adhibere medicos, & debet inde extrahi instrumentum, quòd talis incarceratus est mortuus ex morte naturali, secundum sententiam medicorum.ita Ange.in l.si quis ex argentariis.§. prætor.in fi.ff.de eden.Soarez.ver.carceris.n.24. Bonacossa.

carceri sese obligare nemo potest:vt commune dicunt aggregati à Ripa in l.generali.num.24.ff.de pign.&à Viuio lib. 1.opi.185.nec ea obligatio iureiurando firmabitur commune ac magis commune pronunciat Alci.in c.cum contingat. n.69.de iureiur. E.Suarez.

Carceri addici nemo potest ob causas pecuniarias, ante ex actam,ac plenam vt loquendi mos est,excutionem,& excussionem bonorum vt commune inquit cum aliquot luculẽtis testibus.Rip.in l.generali n.20.ff.de pign.Ias.in prin. n.90.

Universidad de Deusto Biblioteca

inſtit.de actio. Rot.deciſio.cccxlix.n.7.Iaſ.in l.arbitrio.ff.qui ſatisd.cog.Dec.conſ.lxxv.Fel.in ca.quo ad conſultationem. num.10.de re iudic. E.Suarez.

Carceri mancipatus & tunc fideiuſſoribus præſtitis exolui poteſt.cum pœna corporis infligenda non erit,& cum innocens alioquin in carcerem conditus videbitur,vt effert communia Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xlvj.verſ. in hac autem materia cum ſeq.vbi multa ad hanc materiam attinentia memorat. E.Suarez.

carceri & ſi nemo ex domo propria ob pecuniarium debitum ablatus tradi poſſit tamen ſi illi iudicis præcruptiùfiat, vt comparcat ſub pœna fiſco applicanda,& non comparauerit, & extrahi de domo poterit ob prædictam pœnam, & ſemel in carcerem conditus à creditore ob ſuum debitum iure retinebitur vt commune aiunt latè Cotta in memor.verb.domus vnicuique in 2.Viuius libr.2.opinio xxxvj.quod & ſi vtile reip.arbitrer,iuri contrarium affirmo. E.Suarez.

carceri qui nec rectè,nec ritè traditus eſt, non relaxari debet ſi denuò in carcerem trudi concedendum erit. commune aiunt latè Curtius Iunior conſilio cxxvij.numero 5.Craueta conſil.xlvj.nu.7.& vide infra verſ.nullum. E.Suarez.

carceri in perpetuum deuotus,ac damnatus teſtari nequit ſi ſit laicus,vt frequenti doctorum numero probatum aſſerũt Bertran.conſ.exciiij.numero 2.lib.iiij.&qui non de nihilo diſſentit Iul.Clar.de teſtament.quæſt.xix. E.Suarez.

carcere detenti,& ſi iure nullos valide contractus generant, vt ait receptum Hipp. in pract.§.attingam.nu.2.tamen de conſuetudine,& procuratores rectè,ac ritè conſtituent,& fideiuſſores præſtabunt,& cæteros contractus inient. vt atteſtantur Alb.in l.qui in carcerem.ff.quod metus cauſa, & qui illum laudat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xlvj.verſ.plerunque verò,ad finem. E.Suarez.

carceris cuſtos ob fugam carcere detenti,qui capitis pœnas alioquin luiturus non eſſet,iudicis arbitrio ſolùm plectitur,commune aiunt Boſſius in prati. de carcere num.10. Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.lxviij.ver.cuſtos carcerum. E.Suarez.

carcerandus an ſit reus,vel fideiuſſoribus relaxãdus, iudex decernere habet,& hoc certè eſt in iudicis arbitrio. Paul. de Caſt.in conſil.328.in ſecundo,vbi ſubdit, Conſulto tamen, q̃ faciat in actis apparere, qualiter ex tali,& tali iuſta cauſa, quæ animum ſuum mouerunt,pronunciauit non eſſe illum perſonaliter detinendum,ſed ſub fideiuſſoribus dimittendũ. Et cum hoc ſit arbitrarium, non poteſt redargui iudex, quia ſemper præſumitur moueri ex iuxta cauſa. Pau.de Caſt.in ꝯſ. 199.n.4.vol.4.nec tenetur in ſyndicatu. vt per Par.de Puteo in tract.ſyndica.& per Menochium de arbitrio iudicis. Et per ſecto reorum examine, factiſq́ue debitis confrontationibus teſtium, iudices reos ad carceres duci facere conſueuerunt. vt eſt communis opinio.Clar.q.46. in prin.vt ſcilicet cuſtodiantur, non autem vt in vinculis exiſtant, vt eſt communis obſeruantia. Vbi tamen qualitas delicti & perſonę hoc expoſceret, poſſet iudex in arctos conijcere reos. & prohibere, ne cum aliquo loquerentur,& ita faciunt practici indices,ſecundum Clar.vbi ſuprà. Bonacoſſ.

carcerandus non appellat,ſi ſe ad carceres videt duci.communis eſt opinio,Clar.q.46.verſ.ſed quid. Bonacoſſ.

carcerandum eximens à manibus familiæ,vel committens vim ne quis ducatur ad iudicium q̃o puniatur, no.Bart.in l. lege Iulia. ff.ad leg.Iul.de vi priuat. in l.furti.§.ope.ff.de furt. Guid.Pap.q.579.Hippol.ſing.177.273.&376.Iaſ.in l.3.§.qd prætor.ff.ne quis eum qui in ius voc.& ſi quis faciat aliquem captiuum,non facta fide de commiſſione,& eximatur ita captus,tunc eximens non punitur.Ang. in l.j ff. ne quis eum, &c. quia mandatum principis non præſumitur. hoc tamen non procedit in officiali iam adminiſtrante.quia contra eum non poteſt ita præſumi.Quod autem ſine mandato,vel de facto exequenti retiſti poſſit, nor. gl. vbi doct. in c.ex literis.de offic.deleg.Alex.conſ.35.col.2.lib.2. Et eximens captiuum à manib.familię,qualiter ſit puniendus,ponit Iaſ.in l.vnic.§.j.in ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Et pariter de pœna eximentis carceratos,vide Luc.de Pen.in l.quoties C. de exactorib.tribut.lib.10.Et de pœna eximentis captiuum à manib.familię, vide doct. in apoſtil.ad Bart.in l.4.ff.ad leg.Iul.maieſt. & in l. 4.ff.ad leg.Iul.de vi priuat. Put.

carcerari non poteſt doctor ex leui crimine,ſecus pro graui.communis eſt opinio.Clar.q.28.ver.item quæro. Bonac.

carcerantur hodie mulieres, etiam honeſtæ, in criminalibus.Clar.q.28.ver.quæro igitur.Si tñ mulier ſit nobilis & honeſtę conditionis,non debet conduci ad ſe facere iudex cum dedecore,neque ſtatim in carceribus detrudi facere,ſed dare domum pro carcere, vel monaſterium aliquod monialium. Niſi eſſet atrox delictum. vel ſub idonea fideiuſſione relaxare. Bonacoſſ.

carcerari poſſunt clerici à ſuo iudice,ſi iudici conſtat de delicto. Aliàs eſſet excommunicatus prælatus,etiam q̃ clericus eſſet fugitiuus. communis eſt opinio,Clar. dicta quæſtio.28. ver.quæro numquid. Sed hodie de conſuetudine aliter obſeruatur, quia clerici mali carcerantur à iudice, etiam laico.carcerari non poſſunt clerici, niſi reperti ſint in flagranti crimine, vt ſuo ſtatim tradantur iudici, vt eſt communis opinio. Clar.ibi.ver.ſi verò.itidem & à quolibet laico priuato, clerico reperto in flagranti crimine,capi poteſt,& tradit curiæ eccleſiaſtice.Itidem ſi clericus delinquens veriſimiliter eſſet de fuga ſuſpectus. Bonacoſſ.

carcerati debent ſæpe viſitari per viſitatores,qui habent inquirere ex qua cauſa detinentur,& operari, vt expediantur, ne macerentur.Clar.d.q.46. Sed proh dolor hodie prius macerantur,& marceſcunt, poſtea viſitantur,vel ſeu ponuntur in titulo pro derelicto. Bonacoſſ.

carcerari aut detineri licet à priuata perſona ob crimen,delictum,vel debitum,& ſic ob cauſam ciuilem vel criminalem liber homo non poſſit,nec debeat,vt patet ex not.in l.ob æs. & Auct.imò C.de oblig.& act.tñ q̃ quis repertus in flagranti crimine,quod capitalem vel corporalem pœnam indicat, poterit à priuata perſona capi,& ad viginti horas,& non vltrius detineri,intra quas ad iudicem deduci debet.l. capite.v. ff.de adulte.& ibidem notat.& cap. cùm non ab homine. de iudiciis,Bart.in l.cum eo.ff.ad legem Iul.peculat.& ita communiter teneri refert Bened.Cap.reg.lxxv.num.10.

carceratio & retentio imputari pro maleficio fieri non poteſt,niſi in primis præcedant legitima indicia. vt eſt communis opi.de qua Nouellus in prac.crim. fol.13.n.7. fallit in reo fugitiuo, vagabundo,& ſuſpecto. quia præhabita aliqua.informatione poteſt illico iudex procedere ad capturam & carcerationem.Et fallit pluribus aliis modis,vt ibi per eum,n.8. & plurib.ſeq.& not.quod regulariter omnis cõdemnatus nõ ſoluendo exiſtens, carcerari poteſt, donec ſoluerit debitum, facta tñ prius excuſſione legitimè,& non prius. Ant.de tremolis ad practicam Bonacur. titulo, de excep.fol.96. Not.etiã q̃licèt re⁹ ſit abſolut⁹ p̃ ſententiã,attamẽ cuſtos careeris põt p̃ expẽſis ipſũ retinere ĩ carcere, vſq; quo fuerit ſatisfact⁹. vt eſt cõis opinio.Cla.q.62.verſ.ſed hic incidenter. Bonacoſſ.

carcerari,ſeu in careceres detrudi mulieres honeſtè ac caſtè viuentes non poſſunt ex peculiari priuilegio p̃ debito priuato. ſi bona defecerint, nec pro pecunia fiſcali debita, nec pro quolibet crimine commiſſo. authi. ſed nouo iure. C. de cuſt. reorum,& l.j.cum auth.ſeq.C.de offi.diuer.iud.& hoc p̃ cõſtanti,ſeu p̃ regula tradit Marſil. in pract.crim.in §.attingã.n. 83.& Gram.dec.33.n.9.& ſeq.& Pet.Duen.in reg.312.fœmina prodebito,cum multis ampliationibus,& limitationib.& Iaſſredus dec.ccexciij. non incarcerantur mulieres pudicam vitam agentes,& de crimine etiam inquiſitas puniuntur pœna capitali,vt eſt tex.in §.qñ, in auct.vt nulli iud. ſed hodie p̃ crimine de conſuetudine contrariũ ſeruatur, quod mulieres detineri poſſint in carceribus ſeparatis à carceribus maſculorum,teſte Marco Ant.Blan.in pract.crim.ĩ rub.j.n.27.in prin. dictæ practi.Follerio in pract.crim.in ver.notatos capiat de p ſona,n.28.& ſeq. & aliis quã plurimis congeſtis p Gram.in d. dec.43.n.9.cum aliis ſeq.hoc tamen non procedere,aduerte, vbicũque mater tutrix iliorũ ante ſuſceptã tutelã renunciaret omni legũ auxilio ſibi ꝯpetẽti,tũc quippè p renũciationẽ iſtã ob pecuniã filiis debitam ratione tutelæ põt perſonaliter capi,& in carceribus poni,ſecund.Gart.in l.ſi quis ſub conditione,n.18.ff.de teſt.tutel.& in auth.matri,& auiẽ.13.& ibi Salye.n.14.C.qñ muli.tu.offic.ſung.poſſ.Io.And.Dom.& Frã cus, in c.ij.de iud.in vi.Rom.Alex.Soc.& Iaſ. in l.plerique.ff. de in ius vocan.idẽ Rom.ꝯſi.cxviij.& in l.aliã.§.elegãter,n.ar. ſol.mꝛtr.& Matthæſil.in ſing.cix.& Pet. Duen.in d. reg. 412. nu.poſt.alios infinitos relatos p eum,& iſtorũ opinionẽ recitat eſſe cõem,prout cõis eſt Couarr.in ſuis reſolutionibus,li. ij.c.j.n.3.tñ ibi refert aliquos ſcribẽtes contrariũ aſſerẽtes,& tandẽ ipſe quoque leui quodã,& vulgari fundamẽto conatur à præmiſſa cõi diſcedere,qđ fundamẽtũ ante eũ adduxit Marſil.in d.§.attingã,n.64.& ſeq.vbi,& ipſe etiã infringit dictam cõem.cæterũ fatuũ eſſet in actu practico ob opinionẽ iſtorũ à dicta cõi ſententia tot illuſtriũ Doct.recedere quæ eſt in iure veriſſima,& per curioſos,& veritatis defenſores optimis. & facillim⁹ rationib⁹ tueri poſſet,& eã ſequitur quoque tanquã ſanctã,& cõem Ang.& Plat.in l.nemo carcerem.C.de extract.lib.lib.x.Iaſ.in l.pen.n.4.ff.ſi cer.pet.& Caccialupus,ĩ tra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ęta.de debitore ſuſpecto.& fugiti.q.vi. F.Vinius.

Carceratus ſi infirmatur, debet cuſtos certiorem, reddere iudicem, & ſi moriatur, debet per notarium rogari de eius morte.Clar.d.q.46.ver.ſed in hoc.& not. q̃ ſemel excarceratus,non debet amplius excarcerari. Et ſic bis ex ſtatuto priui legium excarcerationis conſequi non debet.Bart. in l.2.C.de epiſcopis audi.Et poſſunt carcerati contrahere abſque egreſſu.Ang.in l.qui à latronibus.ff.de teſtam.vbi dicit,q̃ ſunt deridendi, qui dicunt carceratos non poſſe contrahere, ſed ſemper debere extrahi de carceribus. Bonacoſſ.

carceratus,vt è carcerib.fideiuſſoribus relaxetur,interceſſor debet hanc petitionem & inſtantiam in ſcriptis redigi facere,Aliàs iudex eum relaxari facere non tenetur. Et fideiuſſionem in actis ſimiliter apponi facere,vt eſt communis opinio & practica.Clar.d.q.46.ver.plerunque,carceratus tamen ob crimen falſi fideiuſſoribus non eſt relaxandus,ſtante ſtatuto de carceratis relexandis. vt dicit Bart.in l.Lucius.n.2.ff.ad ſena.conſul.turpilia. Bonacoſſ.

carceratus de conſuetudine poteſt procuratorem conſtituere,ſatiſdare & alios contractus facere.Et ita quotidie practicatur.Clar.q.46.ver.plerunque. Bonacoſſ.

carceratus,vbicunque pro crimine eſt pœna corporalis infligenda,nõ eſt fideiuſſoribus relaxandus.communis eſt opi. Clar.q.46.ver.in hac autẽ.Secus ſi non venit imponenda pœna corporalis,quia fideiuſſoribus eſt relaxandus.vt eſt cõmunis opin. Et relaxatur fideiuſſoribus carceratus ante ſententiam abſolutoriam, ſi conſtat de eius innocentia in proceſſu, nec amplius,& ſæpius de eodem delicto quæri,vt eſt communis opi.Cla.ibi.ver.pariter etiam. Si tamen iudex ſperat noua indicia ſuperuenire,poteſt iterum in carceres intrudere, vt ibi. Poteſt tamen quandoque inſpecta qualitate perſonarum & delicti iudex,vel fideiuſſorib.reum relaxari facere, vel tradere cuſtodi cuſtodiendũ in loco tuto extra carceres, vel ſtatuere palatium,domum,vel ciuitatem pro carcere ſub pœna, quando iudex credit illum non eſſe culpabilem.Clar.d.q.46. ver.in dubio. vbi dicit hanc eſſe æquam & communem practicam. Et debent præſtari idonei fideiuſſores, qui ſi non ſunt idonei notoriè, & plus quàm ſoluendo, iudex faciat ſibi dari approbatores & collaudatores, qui illũ collaudent & approbent pro idoneo,& ſufficienti.Clar.ver.cæterum.Sed vt plurimum conſueuit practicari,q̃ notarius recipiat fideiuſſores, quia officiales ſunt forenſes, & non habent notos homines, & eorũ facultates.Fideiuſſor itaque ille dicitur idoneus,non tantum,qui poſſidet bona immobilia,ſed qui tot bona mobilia poſſidet,quæ de facili aſportari nequeunt, vt ſi quis habet magnam apothecam, vel multa nomina debitorũ. Et ita ſeruatur inquit Clar.d.q.46.ver.cæterum. Et debet ſemper dari fideiuſſor in loco iudicij,vbi reus degit,non in loco originis ipſius.vt eſt communis opi.Clar.d.q.46.ver.pone.Pauper autem non relaxatur præſtita iuratoria cautione,vt eſt communis cõſuetudo.& maximè ſi eſt mulier. Si autẽ non eſſet reus pauper multum grauatus in proceſſu,poſſet ſub pœna relaxari.Reus autem ſuo iuramento probare poteſt,ſe non eſſe ideneum facultatibus,& ideo non poſſe reperire fideiuſſores,licèt melius faceret iudex,ſi ſummatim ſe informaret de facultatibus ipſius,& poſtea eum relaxari facere.Clar.d.q.46.verſ. ſed quomodo. Bonacoſſ.

carcerantur etiam viri illuſtres,nec fideiuſſoribus relaxantur,& ita conſuetudo exigit.Clar.d.q.46.ver.ſcias autem. Debet autem fideiuſſor pro carcerato promittere de eum conſignando ſub certa pœna,& ita communiter obſeruatur.Ex q-bus verò locis quis extrahi non poſſit,vt incarceretur,pleniſſimè tradit Soc.in l.plerique.ff.de in ius vocand.& ex quibus poſſit.ibi. Bonacoſſ.

carceratus,Proceſſus contra carceratum agitatus quod valeat, & non ſit nullus, communior opinio eſt, vt dicit Maria. Socin.in tract.de cita.in v.prin.ar.q.28. quia iniquiſſimum eſſet propter impedimentum vnius,perire ius alterius.Vide tamen eum ibidem pulchrè diſtinguentem. I.Fich.

carceratum dominum propter debita vaſallus non tenetur liberare, niſi facto, vel culpa vaſalli dominus debita illa contraxiſſet.Communẽ ait Clar.Sent.§.feudum q.23.P.Fich.

carceratus citari quando poſſit?vide quæ not.Bart. in l.2. in fi.vbi doct.ff. de in ius voc. qui tamen cum limitatione ibi reprehenditur per Caſt.& Iaſ.Quid de bannito, & an in loco banni citari poſſit.Alber.in l.iuris ordinem.C.de iuriſd.omn. iudi. Et quid quãdo citatur aliquis qui tenebatur comparere. Bart.in l.2.§.1.ff.de cuſtod.reor.Afflict.deciſ.182.Ang.conſ. 68.Bart.in l.ſi qs reus.col.fi.ff.de publ.iud.& in l.2.de cuſtod. reor. Et an accuſato poſſit dari fidãtia vt tutè veniat,habeatq̃ meatum& remeatũ,ita q̃ talis fidantia ſeruari debeat:vide Salic.in l.cum indulgentia.C.de ſent.paſſ.Quid de citatione facta per principem,ſeu eius nomine?dic q̃ illa non requirit cauſam.Ang.in l.1.§.inuitum.ff.de poſtul.Calcar.conſi.2. col.vlt.Et q̃ in citatione in cauſa criminali non debeat inſeri cauſa,not. Bald.in l.2.C.de exhib.reis.& hoc ſequitur Sali.numer.7. Put.

carceratus cognoſcens carnaliter carceratam quæ ſit meretrix, non propterea puniendus eſt. Communem dicit Boeri. deciſ.317.nu.10.& 14.Clar.lib.5.ſent.§.Fornicatio.verſ.cum carcerata. P.Fichard.

carceratus,vbi imponitur pro delicto pecuniaria pœna,debet relaxari cum fideiuſſione de iudicato ſoluendo,& ſequuta ſententia cõdemnatoria,ſit executio contra ipſum fideiuſſorẽm,& abſque nouo proceſſu.Clar.d.q.46.ver.vbi verò.& q.95.circa prin.vbi communem dicit.Fideiuſſoris autem cautio pro reo talis eſſe debet q̃ promittit ſtare & ſoluere quamcunque condemnationem fiendam contra principalẽ,etiam in cauſa appellationis, quia fideiuſſio data in prima inſtantia expirat lata ſententia,& ideo in cauſa appellationis non tenetur vt eſt communis opinio.de qua Boerius deciſ.315.ſed in criminalibus non datur appellatio.Et hodie fideiuſſores percipiuntur pro certa ſumma,non pro incerta.Clar.d.q.46.ver. ſed quæro,communem dicẽs.Et fideiuſſor liberatur,lata ſententia criminali,nec amplius tenetur, etiam q̃ ſuperueniret aliud delictũ,pro quo reus fugeret, quia iudex debebat prius monere ipſum fideiuſſorem,vt præſentaret reum.Clar.ibi fuſius verſiculo,quæro pone.& fideiuſſores omnes expreſsè tenentur (& ita debent recipi) de conſignando ad omnem requiſitionem.Et toties quoties,in forma q̃ſueta & debita,&c. Qui ſi non faciunt, pœna applicatur fiſco ex obſeruata conſuetudine. Clar.q.46.ver.ſucceſſiuè. vide Soarez ver.carceri. num.21. Bonacoſſ.

carceratus detinetur in carcere iudicis primi à quo ſi fuerit appellatũ ab interlocutoria in criminalibus,donec fuerit cognitum de grauamine per iudicem ad quem, quia adhuc durat ſua iuriſdictio in carceratum, vel ſaltem pendet. Et ab hac ſententia nullus diſcrepat.vt dicit Natta in conſ.553.n.12.Si autem à diffinitiua, Dic vt ibi per eum pulcherrimè diſtinguentem. Bonacoſſ.

cardinalis poteſt à Papa impetrare licentiam teſtandi de bonis quæſitis ex fructibus ſuorum beneficiorum.idẽ §.teſtium q.27.ver.Sed ante poterit. P.Fich.

cardinales percutiendo, capiendo, vel hoſtiliter inuadendo & in ſequendo ſunt excommunicati.& diffidati apud omnes,ita quod poſſunt ab omnibus offendi.communis eſt opi. Clar.q.77.ver. offendentes. Bonacoſſ.

cardinalem offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis,& puniri poteſt quemadmodum ſi percuſſiſſet propriam ſummi Pontificis perſonam,ac maieſtatem,ſecund.Io.And.in ca. ad apoſtolicæ.§.perpetrauit,de ſent.& re iud.in 6.in verſi.Cardinales,Præpoſ.in c.in primis.§.de perſona,num.11.quæſt.1. Anch.in c.felicis, de pœ.per illum tex.And.de Iſern.in conſt. Regni Neap.exordiente,vt participatio,& Afflict.in c.1.in ti. quæ ſint reg.in vſib.feud.quorum opinionem latè probat,ſequitur,& dicit communem Hieron.Gigas,in trac.de crimine læſæ maieſtatis,in lib.1.q.5.n.1.cum aliis ſeq.ſed hoc fallit nõ procedere vbicunque quis offenderet Cardinalem ad ſui ne ceſſariam defenſionẽ, tunc enim hoc impune permiſſum eſt, ſecundum gl.in c.ſi.in ver.percuſſerit de pœ.in 6.quem ſequitur ibi Io.And.Ang.Iaſ.n.1.& Dec.n.7.in l.vt vim.ff.de iuſt.& Iure,& Curt.Sen.conſi.20.n.29. F.Viuius.

Carnifex ſi publicus non ſupperat quiuis liber humilis ad ſententiam exequendam inuitus creabitur vt cõmune aiunt Gaſpar.valaſc.in l.imperiũ n.18.ff.de iuriſd.om.iud.Iul. Clar. in pract.§.vlt.q.99.verſ.ſed pone. intellige perſonarum rationem eſſe habendam,vt alibi vberius. E.Ṣuarez.

caſtrans ſe ipſum, punitur pœna mortis, vt eſt communis opi.Clar.q.68.ver.caſtrans.licet alias Ciculæ caſtrarẽt ſemetipſos propter regnum Dei. Bonacoſſ.

P R.caſtitas ſola eſt quæ poteſt cum fiducia animas hominum Deo præſentare.in §.ſancimus.in auth.de leno.

P A.caſtitatis atque pudicitiæ obſeruatio,præcipuum debitũ eſt ingenuis atque illuſtrib.mulierib.l.ſi qua illuſtris. C.ad Orficia. Bellon.

caſtro conceſſo, cui nulla adhæret iuriſd. nec mixtum nec merum imperium à Principe tranſlatum, cenſebitur,ſ.& remanebit ſub iuriſdictione illius loci ſeu ciuitatis cui antea adhærebat.Aliud erit,ſi Princeps expreſſe iuriſdic.quoque contuliſſet.Curt.iun.in l.1.ff.de iur.om.iud.communem dicit,ſequitur

quitur Didacus Pract.quæst.cap.1.ver.10.n.6.Adde 1.in ver. iurisdictio. I.Fich.

Castro concesso in feudum,iurisdictio & pertinentiæ cum eodem concessa creditur,per l.fi.ff.de constitut.prin.l.si quo nisum C. de bonis vacantib.lib.x.& ibidem Barth.l.1.§. initio. ff.de offi.præfect.vrbis.cap.cùm dilecti. de donatio.&ibid.gl. fi.& gl.in c.olim.de verb.sign.& ita communiter teneri refert Bened.Capra.regul.102.nu.3.

castro legato vel concesso cedunt omnia castra adiacentia etiam sola destinatione testatoris,secũdum communem per Burs at.cons.2.n.49.lib.1.post doct.in l.1.ff.de acq.possess.ex l. quod in rerum.§.si quis post testamentum.& l.plane.§. 1.ff.de leg. 1.l.prædiis.§.Titio.de leg.2.Quinimo agri,molendina,& cetera immobilia quæ tempore concessionis sunt castro destinatione adiecta,secundum Bald.in c.1.de cap.qui cur. vendid.Burs.d.cons.2.nu.49.

castro cum omnib.pertinentiis quæ sunt in territorio,concesso in feudum, bona non præsumuntur in dicto territorio feudalia, sed allodialia, nisi contrarium probetur, secundum communem per Burs at.cons.46.n.26.lib.1.præsumuntur tamen esse sub iurisdictione.

casus fortuitus est solum,quando à persona domestica fit, vt est communis opin.Cheria. communi opin.verticul. furtum. Bonacoss.

Casus fortuitus appellatur quandoq; iniuria iudicis.Bald. in l.pignus,C.de pigno.act.,p quo vide quæ not.doct.in apostil.ad Bart.in l.exceptione.post nu.4.ff.de fideiuss.& dic q al legans casum fortuitum,illum probare debet.l.2. C. de naufrag.lib.11.Alex.in l.2.§.quod diximus.ff.si quis caut.Speculin tit.de pignorib.in princ.Alex.cons.54.libr.2.de eo autem qui renuntiat, & suscipit in se omnem casum fortuitum, vide Ias.cons.107.lib.3.Grat.cons.94.lib.2.&practicã probandi casum,vide per Bart.d.l.2.C.de naufrag.lib.11. Masuer.

casus belli valde insolitus,& non cogitatus verisimiliter à concedẽ immunitatem : non comprehenditur etiam in concessione immunitatis iuratæ per viam contractus,secundum communem per Burs at.cons.16.num.71.lib.1.pro quo vide Osasc.decis.39.nu.21.Mandel.Alb.cons.1.n.7.doct.in l. si ex toto.de leg.1.

casus fortuiti non sunt considerandi inconducẽ Rem aquis,vel aliis casibus fortuitis suppositam, secundum communem per Burs at.cons.11.nu,27.30.31.lib.1.

PR. casus omissus dispositioni iuris communis relinquitur.l.commodissimè.ff.de lib.& posthum.

PR.casus superueniens non tollit legitimè factum,in l.2.ff. de itin.actuque priua.in l.is cui.ff.de testa.in l.1.§.si quis autẽ. ff.de bono.possess.contra tab.in l.qui furere.ff. de statu homi. l.patre furioso.ff.de iis,qui sunt sui vel alieni iur.in l.in ambiguis.§.non est nouum.ff.de reg.iu.& c.factum legitimè.de regu.iur.in 6.

OBIEC.cõtrà de l.si quis filio exhæredato,in §. irritum.ff. de iniust.rupt.irrit.facto testam. & l.qui ex lib.in §.testamento.ff.de bonor.possess.secundum tab.vbi testamentum ritè factum à principio rumpitur per amissionem libertatis vel ciuitatis,vel propter condemnationem ad bestias,vel alios casus superuenientes.

SOL.vbi aliquis incidit in crimen punibile,tunc ritè prius factum tollitur,vt ibi,Vbi autem incidit in crimen non punibile,secus est,vt in furore:ob furorem enim nemo punitur.in l.diuus.ff.de offic.præsid.

Vel dic,q ibi loquitur in institutione hæredis,quæ non tenet irreuocabiliter: ambulatoria est enim voluntas defuncti vsque ad vltimum vitæ spiritum , hic verò in actu irreuocabili. Bellon.

PR.casus dementis correctio fit sapientis,gl.in §.titulos.in auth.de manda.princip. Idem.

PR.casus fortuiti nõ præstantur in bonæ fidei iudiciis,nec stricti iuris.l.quæ fortuitis.C.de pign.act.l.2.§. si eo tempore. ff.de administrat.rerum ad ciuit.pertinen.in l. contractus. de reg.iur.ff.

OB.contrà,de l.subtracto.C.de fur.vbi casus fortuitus præstatur.

SO.ibi in odiũ furis vel raptoris, quos nullus casus fortuitus excusare debet.l.1.C.quod met.cau.in l. 1.§.rectissimè.ff. de vi & vi arma. cum semper sint in mora alienas res contrectantes inuitis dominis.l.in re.& l.fi.ff.de condictio.fur.

OB.secundò,contrà de l.fin.C.de cond.inser.vbi seruus tenetur,de casu fortuito.

SO.Ibi ratione libertatis, quæ est inæstimabilis. l. libertas. ff.de regulis iuris. Bellon.

Casus vnius fortuiti expressio vel specificatio,facit extendi verba generabilia ad alios fortuitos , non specificatos. Est communis opi.secundum Alex.cons.3.viso instrumẽto,ver. fortificantur prædicta vol.1.

Suscipiens in se periculum,etiam omnium casuum fortuitorum,licet casus omnino extraneus,& insolitus occurrat,tamen obligatur.Est communis opi.Doc.in l.sed & si quis,in §. quæsitum.ff.si quis cautio contra Bart. ibi secundum Dec.in cons.7.vol.1. M.Chærian.

casus nõn expressus habendus est regulariter pro omisso.l. commodissimè.ff.de lib.& posth.& ibi Doctor.& in l.Gallus, §.& quid si tantũ.eod.ti.cum traditis per Doc.cons.194.verba testamenti,& Soc.cons.5.in primo.n.4.vol.3.Hoc verò nõ procedit,vbicunque ex coniecturis appareret testatorem voluisse ad casum omissum extendi dispositionem suam. l. Lucius.ff.de lib.& posth. ideoque substitutus post mortem vxoris cui prædium relictum erat, donec vidua permanere , prædium habebit statim muliere ad secũdas nuptias transeunte, secundum Ioan.And.in addi.Specul.in tub.de secun.nupt.& Baldum in auth.quod locum.C. de secundis nuptiis. Paul. de Cast.in l.si mater.C.de instit.& substit.sub condit. fact. Alex. in d.§.& quid si tantùm,& in l.mulier.C.ad Treb.& cons.100. visa parte testamenti.vol.4.Ex hoc etiam deciditur,q si testator filium nascitur ũ instituerit,eique si in pupillari ætate, vel postea quandocunque decederet,aliquem substituerit,substitutus etiam non nato filio,admitteretur.l.fin.C.de posth.hæred.instit.secundum Gul. de Cun quem post Bart.refert & sequitur Soc.in l.1.ff.de vulg.& pup. & faciunt notata per eundem cons.5.in prin vol.3.& per Dec.cons.227.in casu. est & communis opi.q substitutio extendatur de casu ad casum,vt per Doct.in d.§.& quid si rãtùm.cùm iis,quæ scribit Ias.cons. 203.Vanoctus vol.1,nisi ex verisimili testatoris mente aliud dicendum esset.vt per Anch.cons.357, ex serie testamenti & Fulg.cons.49.ex facto proponitur,de quo latè disputat Bart. in c.Raynutius.de testamen.Interpretatur quoque ista communis opi.si substitutio esset facta in poenam instituti, secundum Bartol.in l.pater Seuerinam.ff.de condit.& demonstratio.& Dec.cõs.271.in casu in cons.ccxc.domina.&cons.293. vel tractaretur de extẽtione facienda de persona ad personã, quæ nũquam sit etiam de verisimili mẽre testatoris.l. Titius. in princ.ff.de liber.& posthum.cum aliis relatis per Dec.consil.194.pro vera resolutione.& Iasonem consil.220.testator. volum.2. F.Viuius.

PR. casum aduersamque fortunam expectare non debemus.in l.inter stipulantem.in §.ff.sacram.de verb.oblig.

OB.contrà,de l.diuortio.ver.sed etsi facere. ff.de neg.gest. vbi habetur ratio casus fortuiti,aduersæque fortunæ.

SO.ibi spectatur,quod in futurum contingere potest,propter delictum gestoris,qui à se non exegit.vt ibi not.

casuum fortuitorum obligationes de solitis,non autem in solitis,inconsuetis,vel non verisimilib.euenire intelliguntur. l.fistulas §.frumenta.ff.de contrah.emp.Bar.in l.sed & si quis. §.quæsitũ.n.3.cir.fi.ff.si quis cautio.Pulchrè consulendo scribit Bal.in cons.119.ver.in contrarium videtur.in 1.vol.cons. Quia de talibus non est verisimile fuisse cogitatum,quamuis dictum sit,q traheretur obligatio ad incogitata. Ale.de Imo. in cons.28.n.10.vers.sed his non obstantibus.in lib.3.& idem Alex.in cons.107.in 3.lib.cons.& in d.cons.28.tradit Alex.n. 12.id etiam procedere,etiamsi iuramẽtũ interuenisset. Quia iuramentum non trahitur nisi ad illos,ad quos traheretur renũciatio non iurata.Et iuramentum non ampliat,sed confirmat l.fin. C.de non num.pecu. Et hanc sententiam approbat Philipp.Cornæ.in consil.23.incip.videtur in hac consultatione.in 2.vol.cons.& in cons.12.inci.licet diffusè & egregiè dicentiat.in 4.vol.cons.vbi ait,q omnes casus fortuiti,dici possint insoliti & inopinati,sed secundùm magis & minus. Nam quidam sunt qui facilè à quocunque possint præuideri, quidam qui non,nisi à prudentibus viris,qui solum à prudentissimis,quidam verò,quos nullus etiam prudentissimus vir facilè cogitaret, & inter istos ponit casum belli. Et prædictam sententiam Bart.communem esse,scribit Io.Fran.de Ripa.in tract.de peste.§.de priuileg.contract.causa pest.n.83.circà fin. & nu.90.& Iac.Mandellus,in cons.1,n.7.in fi.in suis cons.Licet multi Doct. contrariam sententiam secuti fuerint, quorũ veriorem opinionem esse arbitratur Alex.de Imol.in d.§.quæ situm.num.15. Et Iason appellat hanc sententiam magis cõmunem,in cons.107.verũ.nec huic fundamento obstat.in 1. vol.cons.sed priorem tanquam communi voto approbatam sequor,quam multos Doc.approbare certum est.And.Barb. in cons.21.nu.11.cum seq.in 2.vol.cons.Fran.Curt.in addit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Alex.in d.§.quæſitum.verb.tu veriorẽ.Carol.Mol. in add. Alex.in d.conſ.28.in ver.inſolitus.vbi ab ipſis plures authoritates Doct.adducuntur. kirchouius.

Caſuum fortuitorum generalis renuntiatio, nullo eorum ſpeciatim expreſſo,eiuſdem momenti,ponderiſque eſt,cuius ſpecialis caſuum ſigillatim expreſſorum renuntiatio, vt commune aio ex Alexandr.nu.10.Iaſ.n.14.in lege.ſed & ſi quis.§. quæſitam.ff.ſi quis caut.Imo.in c.1.n.43.de commod.Cornę conſ.128.n.13.lib.2.Iaſ.conſi.107.lib.1. E.Suarez.

caſuum fortuitorum renunciatio caſus inſolitos non complectitur commune aſſeuero ex Ale.conſ.28.n.10.lib.1.Soc. conſ.123.n.11.lib.4.Corn.conſ.23.lib.2.Iaſ.in l.ſed ſi quis.§. quęſitum.n.33.ff.ſi quis caut.eodem Iaſ.ad Porc.in §.item is. nu.4.litera S.Inſti.quib.mod.re contrah.Ripa de peſte.2.par. n.75.Fel.in c.ſedes.n.3.de reſcri.Turz.opinione 143.verſ.aduertendum.& ſi contrarium cõmune dicant Dec.conſ.7.Iaſ. conſ.107.lib.1.& defendat ab aduerſantium. argumentis Arius Pinel.in l.2.par.1.c.3.n.29.ver.ſed in eo.& nu.3.C.de reſcind.vendit. E.Suarez.

caſum alleganti,vel rem ſibi reſtitui petenti,tenetur probare dolum interueniſſe,vel latiorem culpam,ſiue latam culpã, vt eſt communis opi.Cur.iun.in conſ.270.n.19.in 3.vol. vbi & alia ad rem.Et qui dicit caſum, vel culpam, debet probare, vt eſt communis opi.ibi n.20.& quidem perſpicuis argumẽtis probare debet dolum,vel culpam, vt eſt communis opin. Curt.ibi.nu.23. Bonacoſſ.

cataſtrum ſeu æſtimum, vel regiſtrum, facit, vt forenſibus poſſideñ bona in loco poſſit collecta imponi, licet aliàs imponi non poſſet,Bal.conſ.434.licet iudex.lib.3.Aym. conſil. 111.nu.14.& ita etiam de eccleſia loquitur Bal.in auth.ſed & periculum C.ſine cenſ.vel reliq.Quod quidem cataſtrum ſeu ęſtimum augeri debet per cẽſitores,quando predia cataſtrantis ſeu regiſtrantis bonificantur, & augentur in bonitate, vt puta,quia de campo fitaltenum,l.forma.ff.de cenſi.& ita conſuluit quidam doct.in conſ.poſito poſt trac.petri vbal.de collec.vol.6.pag.94.col.2.vbi reſpõdet ad l.fi. C.de ălluuio.quæ videtur facere contra dum dicit,ne dolcant diligenter ac dili gentiam ſuam ſibi damnoſam intelligant, Quibus Adde ꝙ quando fit eſtimum vniuerſale alicuius territorij:debet vocari ſyndicus villæ,& ſufficit, abſq; eo ꝙ ſinguli de oppido reqrantur, quando verò æſtimatur predium vnius particularis, vel menſuratur,ille requiri debet,l.ſuſceptores vbi Bar. C. de ſuſcep.& arch.lib.11.Io.de plat.in l.2.in fi.C.de Anno.& trib. libr.10. quòd autem poſſit regiſtrum ex cauſa renouari, not. Aym.conſ.195. Put.

cataſtri emendationem intra annum quis petere poteſt, illudq́ue pro rebus à flumine exportatis, vel aliter deterioratis,minui debet,vt ſcribit Bart. in l.forma. §. illam.& §.ſi quis veniam.ff.de cẽſib.vbi doct.in apoſtil.plura notãr.Et quando à cataſtratio alicui præiudicet,vel non, facta de bonis ſuis.vide Burſat.conſ.16.nu.82.lib.1. Put.

PR.cauſa intelligitur de proxima & immediata & etiam de remota & immediata.l.vxori.ff.de auro& argen.leg.vbi Bart.

PR.cauſa debet præcedere ipſum effectum.l.quod dictum. ff.de pactis. Bellon.

PR.cauſa, vel lis ſemel finita, retractari non debet.l.cauſas vel lites.C.de tranſact.& l.poſtquam liti.C.de pact.

Ob.contrà,de l.admonendi.ff.de iureiu.vbi cauſa de nouo retractatur.

SOL. Illud fit propter inſtrumenta de nouo reperta, quib. qnis vſurus eſt. Bellonus.

cauſa iuſta præſumitur in Principe, nec admittit probatio in contrarium,vt eſt communis opi.de qua Rui.in conſ.46.n. 1.in 1.volu. Bonacoſſ.

cauſa iuſta litigandi excuſat à pœna,eſt cõmunis opi.Curt. iun.in conſ.192.nu.56.in 3.vol. Bonacoſſ.

cauſa quælibet,ſeu credulitas iniuſta,fatua& beſtialis excuſat à dolo & delicto.Ant.Gabriellius lib.7.conclu.8.Amplia, & limita vt ibi fuſius per eum.Et à pœna ordinaria eximit de linquentem,vt eſt communis opi.Clar.q.60.ver. & generaliter Nouellus regula 168.vbi & ipſe tradit fallẽtias.vide Areti.conſ.80.nu.2.vbi limitat.Bart.conſi.91.nu.6.in 1.Zaſi.conſi.12.in 1.vol.Ang.in l.prætor.§.hæc autem actio.ff.de vi bonorum raptorum.Zaſi.conſ.vlt.n.9.in 1.vol.Cagnol.in l.1.§. fi.nu.20.& ſeq.ff.ſi quis ius dicenti non ob.Soc. in conſ. 118. nu.7.in 1.vol.& in conſ.131.col.4.cir.fi.ver.amplius.Dec.cõſi.565.in fi.Cæpol.conſ.4.Bald.conſ.319.li.1.Caſt.conſi.205. col.fi.in 2.Bald.conſ.414.in 1.vol.Perſonalem,in ſuo de Adipiſcen.nu.227.vide etiam D.Brunorum à Sole in eius vnico conſil.num.73.Et hæc ſufficiant,quia non eſt honor multa allegare,ne quis parum multa ſcire videatur.vt inquit Areti.in conſ.6.columna 1.Neuiza.conſilio 67.in prin. vbi dicit, ꝙ licèt aliàs laborioſum eſſet dicta maiorum variis in locis tradita in vnum colligere, in præſentiarum tamen admodum facile eſt,vt inquit Dec. in prooemio tituli extra de appella. vide Petrum Rauen.in ſuo aureo Alphabeto.in ver.fama.Nam & de pluribus legibus ſufficit vnam bonam legem allegare. vt dicit Bar.in l.ſcire.§.quod non ſufficit.ff.de excuſa.tuto.Aliàs eſſet,vt dicit Neuiza.in Sylua nuptiali.lauare ſynapum.cõtra illud Plinij iunioris.libro 5.Epiſtola 5. quem ad hoc refert Soarez in eius Theſauro, litera A, Abortui. numero 1.in fin. Bonacoſſ.

cauſa meri & mixti imperij & fori, poteſt delegari propter infirmitatem.Ant.de Tremol.ad Pract.Bonacur.vit.de excep. nu.7.rub.de impetra.excep.qui contra reſcrip.in ver.proficiſci,communem dicit. Bonacoſſ.

cauſa,vel credulitas iuſta excuſat à pœna.Curt.iun.conſil. 132.nu.11.communem dicit. Bonacoſſ.

cauſa delegata. Si princeps in ſuo reſcripto dicat ſimpliciter,Delegamus tibi talem cauſam,intelligitur mandaſſe cognitionem& deciſionem.Secus ſi dicat delegamus tibi talem cauſam cognoſcendam,quia tunc tantùm cognitionem mãdaſſe videtur,ſecundum Bart.& communiter doct. in l.1.C.ſi contra ius vel vtili. public. vel per mendacium fuc. ali. poſt. vel impe. Balb.deciſ.322.

cauſa iuſta & publica vtilitas in re dubia nõ præſumitur in principium ac legum definitionibus contra non ſubditum,ſecùs verò contra ſubditum.Ita pulchrè Panor.in c.quæ in eccleſiarum.n.15.ver. Item limito vt præſumatur pro principe reſpectu ſubditorum tantùm, non autem reſpectu aliorum. Et Fel.n.60.61.& 62. ver.limita tertiò. vbi plures authoritates Doc.ab ipſis,& ab Apoſtilla:ad Commentaria Pan.in ver. reſpectu ſubditorum allegantur.ext.de conſt. Et hanc cõmunem opinionem eſſe,cum adiecta egregia declaratione illius materiæ,dicit Vaſquius Menchacenſis,in lib.1.controuerſ.illuſt.c.2.nu.2. kirchouius.

cauſa criminalis dicitur,quando pœna applicatur fiſco:ciuilis,quando parti.communis eſt opi.Clar.in q.1.ver. quarta igitur.& ver.ſecundus autem caſus.Et ibi,quando dicatur iudicium merè ciuile,quando criminale, & quando mixtũ. Vide Maran.in pract.in 4.parte.in prin.num.2.fol.37. vbi nu.5. dicit, ꝙ quando quis egit ciuiliter, poteſt agere criminaliter ex eodem facto,& econtra,vt eſt communis opi. cum diſtinctione tamen,vt per eum.vide Corneum conſil.119.in 2. vbi ponit,quando iudicium dicatur criminale,& quãdo ciuile,& quot modis dicatur crimen leue & graue,ponit Bal.in conſi. 388.& 402.in 4. vol. & à cauſa criminali ad ciuilem arguere non licet,cum diuerſi ſint ordinis.l.properandum.C. de iudi. iuncto tex.C. vt intra certum tempus cauſæ criminales terminentur.Menochius de arbitrio iudicis.caſu 246.verſi.4.fallit, vbi eadem ſubeſt ratio.Alberi.in quæſtio. ad Statuta.lib.3.q.1.Corne.conſ.134.lib.3.& q.63.n.4.eo.lib.& quidem ſumendo ſimilitudinem à genere,videlicet,ꝙ ambæ cauſæ ſint graues.vt per Boeri.conſ.40.Neuiza.conſi.61.nu.34.Soc.conſi. 45.ſub n.4.ver.tamen validum eſt arg.in 1.vol.Et è conuerſo procedit argumentum de criminalibus ad ciuilia,hoc modo, Quia ſi licitum eſt in criminalibus,ergo & in ciuilibus.Alberic.in l.ꝙ & lex.§.hoc interdictum.ff. de libero homine exhibend.& quando dicatur cauſa criminalis,vel ciuilis vltra ſuprafcripta,vide Marſil.ſingul.437.& Arno.comentario 107. Bonacoſſ.

Cauſa criminalis tanquàm maior facit ceſſare cauſam ciuilem,etiam ꝙ ciuilis non eſſet præiudicialis ad criminalem,vt eſt communis opi.de qua Plotus inter conſ.crimi.conſ.73.n. 1.tomo 2. vbi ſubdit communem eſſe opinionem, ꝙ ſi ego ago contra te criminaliter de quocunque crimine, ꝙ tu non potes agere contra me ciuiliter de quocunque debito,nec in petitorio,nec in poſſeſſorio, occaſione aliquorũ bonorum, & hoc ratione maioritatis & præeminentiæ cauſarum criminalium,quæ faciunt ceſſare,donec iudicetur in cauſa criminali,omnes cauſas ciuiles, ſiuè ſint annexæ,ſeu depẽdentes à criminalibus,ſiuè ſint ſeparatæ,& nihil penitus cõmune habentes,nec vna ſit præiudicialis ad aliam,ſiuè principales,ſiuè incidentes ſint,& iſta eſt cõmunis opi.vt ibi.Pariſius conſ.150. num.24.in 4.vol.Corn.in conſ.209.in 2.volum.& no. ꝙ per verbum,accuſo, intelligitur eſſe intentatum iudicium criminaliter. Ang.in l.qui accuſare.nu.6.C.de eden.Item no. ꝙ cauſæ criminales & fiſcales differunt. Iaſ.in conſ.100.in 1.vol.an autem quando actio ciuilis & criminalis competit contra aliquem, ſit neceſſe ꝙ prius agatur criminaliter quàm ciuiliter,

vide

vide per Bal.in l.2.ff.de carbo.edict.& causæ criminales & eorum instantiæ non durant nisi biennio.Paul.de Cast.in l.properandum.n.3.C.de iudi.& Saly.in l.fi.C.vt intra certum tempus crimi.quæstio termi.n.1.fallit in clerico,quia durat instãtia duob. mensib.in auth.vt clerici apud proprios episcopos, in fi.& ibi Ang.col.6. pro iniuria autem illata, & ciuiliter & criminaliter agi potest,& in quolibet priuato delicto ordinario &extraordinario,ac pecuniaria.Odofredus in l.eorum patrimonia.C.de iure fisci.lib.10.Et q causa dicatur criminalis, cũ fisco applicatur pœna,vltra allegata 5. vide Soarez in ver. criminalis.n.331.Corse.in Addi.suis,in reperto.Abb.in vers. accusatio.n.7.& in ver.iudicium.Plotũ in l.si quando.n.297. C.vnde vi.Bondenar.inter conf.crimi.conf.54.n.58.tomo 2. communem dicunt.& Cur.iun.in conf.350.nu.4.in 3.vol.vbi diffusè. Bonacoss.

Causa noua superueniens excusat à pœna conuentionali & à dolo secundum decisiones communes & vulgares,vt per Parisi.in conf.166.nu.28.in 4.vol. Bonacoss.

causa noua iniuriæ in treuga facta allegari non potest ex cõsuetudine, vt est communis opinio.D. Hierony. à Monte in suis quæstionibus.q.25.nu.3.& quæstione 27.num.3.& seq. Bonacoss.

causa,vel credulitas iusta excusat à pœna,Cur.iu.cõsi.132. nu.11.communem dicit. Bapt.Villal.

causa non præsumitur in dispensatione Principis contra ius gentium.Alc.de præsump.regu.3.præsump.8.nu.3.communem dicit.

causa in qua agitur ad pœnam applicandam parti: etsi agitur pro delicto,dicitur ciuilis: secus, si pœna applicetur fisco. Ias.in rub.de iudi.ff.nu.2.communem dicit. B.Villal.

causa meri,& mixti imperii non potest delegari propter infirmitatem.Ant.de Tremo.in additio.ad Bon.in pract.excep. in rub.de impe.& excep.quæ contra resp.in verbo proficisci. nu.7.communem dicit.

De iure regio ordinarius non potest delegare causam in quam venit imponenda pœna capitis vel mutilationis membri,vel in causa status,nisi sit absens de mandato Regis,& tũc delegatus cognoscit in causa vsque ad sententiam: & superseded vsque ad aduentum ordinarij qui causam decidat lib.18. titu.4.parte 3.& vide in verbo.delegari.n.37. B.Villal.

causæ minimæ quæ dicentur,relinquuntur arbitrio iudicis Ias.in l.imperium.num.32.ff.de iurisd.omn.iud.communem dicit. B.Villal.

causa dicitur magna,vel modica secundum qualitatem personarum inter quas versatur, vt per Bartolum & alios communiter in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.in bonæ fidei.C. eo.ti.& Canonistas in c.fi.ext. de iureiur.Ratio assignatur isthæc,quia inter aliquos causa decem librarum erit magna,inter aliquos verò negocium centum florenorum esset parua, vt notat scribẽtes post gl.in l.sed & si susceperit.§.sed & si proponas.ff.de iudicijs, vbi gl. in verb. modica ponit exemplum in regina Mathilda dicente: Aliquantulum terræ dono illi ecclesiæ,quæ tamen in effectu donabat 30.milia iugera terræ in territorio Cremonensi, & licet contentio esset de re magna tamen si ea de possessione,non autem de proprietate contenderetur,eo casu profectò non diceretur causa magna l.vnica. C.si de momenta.poss.& l.momentaneæ,C. qui legitim. perso.non habent stan.in iudi.secundum doctrinam. Io.And. in c.ex insinuatione extr.de procurato.communiter approbatã per Doct.Bar.& alios in præcitata l.admonendi, quamuis co netur ibi Curti. per plures rationes suadere contrarium, & malè. F.Vi.

citatio cum clausula,si sua putauerit interesse,dicitur conditionalis.gl.in l.ea quidem. C.si mancip.ita fue.alien.de qua per Ang.in l.de pupillo.§.meminisse.ff. de no. oper. nuntiat. Bald.in l.præscriptione.col.antep.c.si cont.ius vel vtilit.publ. Adde q citatio non præsumitur:& eam allegans probare debet.quinimo vbi requiritur citatio,seu monitio, non sufficit scientia,refie Bald.tit.de allod.col.5.in vsib.feud. Dec. post alios in c.quoniam contra.de probat.vbi etiam an & quando creditur nuntio. & eius relationi. Salic.in l. tres denuntiationes.C.quom.& quando iud. Put.

citatio facta die feriato in honorem dei, etiam si sit facta vt citatus compareat die sequenti, non valet, & secundum veram & communem sententiam per Iaſ.in l.j.§.nuntiatio.col.5.post n.8.ff.de no.oper.nuntiat.vbi dicit q consuetudo admittit q quis possit citari die feriata in honorẽ Dei pro alia die non feriata.pro quo vide quæ ponit Sebast. Vant.de

nullit.tit.ex defectu citationis.c.12.nu.46.Rol.de ord.iudic. c.29.nu.119.Pract.Bal.titu.de citat.q.6.& seq.Tiraq.de vtroque retract.§.36.ad fin.tit.nu.39. Doct.in l.2.& 3.ff.de fer.in l.ex quacunque. ff. si quis in ius voc. non ier. vide Bald. in l. dies festos.C.de fer.Et an citatio incerta vel equiuoca arctet, vide Abb.in ca.bonæ.2.de elect.Et quòd in citatione debeat exprimi causa, & actus pro quo quis citatur:not. Alber.in l. ad peremptorium.col.1.ff.de iudic. Put.

citatio verbalis nō est actus iudicialis,neque opus est in ea causæ cognitio, vt est communis opinio. de qua Io. Selua in tract.de beneficio.q.53.n.4.part. 3. secus in citatione reali.vt ibi per eum. Bonacossa.

citatio verbalis fieri potest in ecclesia, secus si realis, vt est communis opi. de qua Maran.in pract.de citatione.numero 129. Bonacoss.

citatio debet fieri personaliter,si reperiri potest persona,aliàs quis debet citari in domo suæ solitæ habitationis, vt est communis opinio, de qua Marant.in pract. de citatione. numero 124.Vantius de nullita.processus,fol.191.numero 90. Bonacossa.

citatio in criminalibus fieri debet de speciali iudicis commissione, aliàs est nulla.communis est opin. Clar. quæst.31. versic. vnum autem. Blancus de indi.numero.334. communem dicit.Soarez.isto versi.numero 62. communem dicens. Bonacossa.

citatio debet habere causam insertam,propter quam quis citatur.communis est opin.quæ in practica recipitur.Clar.q. 31.ver.nunc quæro. Bonacossa.

citatio non debet fieri sub pœna confiscationis bonorum in criminalibus, licèt aliàs iudex tam in ciuilibus quàm criminalibus possit reo pœnam comminari. communis est opinio. Clar. quæstion.31. versiculo,item quæro nunquid citato. Bonacossa.

citatio de necessitate non debet continere tenorem inquisitionis,seu libelli,sed sufficit,vt reus in ea citetur, vt compareat ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ,occasiõe talis delicti.communis est opinio.Clar.q.31.ver.quæro nunquid. vbi dicit contrarium seruari de consuetudine in practica. Bonacossa.

citatio vnica peremptoria sufficit in criminalibus,communis est opi. Clar.q.31.ver.quæro modo. Blancus in pract. cri. fol.12.n.19.communem dicit. Bonacossa.

citatio volũtaria respectu citari,puta si sua putauerit interesse,valet etiam quo ad clericum & aliàs personas non subiectas iudici citanti,secundum Iac.Butr.Bald.& Paul.de Cast.in l.testamenta omnia.C.de testa.per illum text. & l.consulta.& l.repetita,ibi in gl.allegata.Bald.in l.præscriptione. C.si cõtra ius vel vti.public.Fel.in ca.cum inter.col.8. extrà de except. sentit Inn.in c.dilecti.eod.tit. Balb.decis.323.

Citatio incarcerati. Qui est in carceribus potest citari ad domum suam,ad audiendum sentẽtiam,vel ad alium actum, & valebit actus: sed poterit peti restitutio in integrũ propter ignorantiam,secundùm gloss.cum Bal.in l.2.C.quib. ex cau. maio. Balb.decis.494.

citatione non legitimè facta,totus processus,qui sequitur, est ipso iure nullus. in quocunque iudice, etiam in Principe. Etiam si reus esset illi subditus.etiam si iudex declaret aliquẽ incidisse in excõmunicationem, vel pœnam ipso facto, quia requiritur citatio. Etiam in sententia censuræ & interdicti.vt est communis opinio.Clar.q.31.in princ.& seq.vers.etiam,si delictum esset notorium. Bonacossa.

citatio etiam in criminalibus à Principe tolli non potest, vt est communis opinio.Soarez versiculo, citatio. numero 58. Bonacossa.

citatio non requiritur,vbi reus delicti defendi non potest, vt est communis opinio.Soarez ver.citatio.n.58. Sin autẽ delictum est notorium,requiritur tamen citatio, vt est communis opinio.Soarez ibi n.61. Bonacossa.

citatio quæ in iudiciis fieri debet, facta detento in captiuitate,vt personaliter compareat,aliàs contra eum vti cõtumacem procedetur,fieri non potest, & facta eo modo nihil operaretur,sed processus super tali citatione factus,& omnis actus iudiciarius,ac etiam sententia ipso iure non valeret.Nam cũ ipse ita detineatur,q; ad iudicium venire non possit,dicitur legitimo impedimẽto impeditus,& ideo processus erit nullus. Ita est pulchra doctrina Bart.in l.2.in fi.ff.de ius vocan.quæ communiter est recepta. Et vltra Bart. pro magistrali doctrina tradit Soc. Sen.in suo solenni tract. de citat.in 5.art.q.25. sub.nu.47. & habetur per docto.in l.quæsitum in prin.per illum tex.ff.de re iudi.& tenet pro communi Soc.Iun.in cons. 38.nu.1.vol.4. E.Muscul.

Citatio partis in petitione familiæ iudicis ad associandum vigore pactorum executiuorũ non est necessaria aliquo modo, & sic iudex parte non citata potest concedere licentiam associandi creditorem ad possessionem,secund.Salyc.q.8. Alber.& Ias.in l.creditores.C.de pign. Alex.consil.131.volu.4. Cottam in memoriali,in ver.pacta executiua,circa fi.Marantam,in tract.iudiciorum.in 6.part.de citatione,sub n.11.Iac. Menoch.in tract.recuperandæ possessionis remedio. v.n.29. & Afflict.decis.326.vbi firmat ita decisum fuisse in sacro consilio Neapol. sed quotiescunque petita esset licentia ingrediendi possessionem,tunc iudex illã concedere nequiret non citata prius parte,vt voluerunt Bar.n.26.& alij omnes, in d l. creditores,& Bal.in l.2.q.10.ff.de fer.& in l.1.ff.de execu. rei iudi.& Cotta in præcitato memoriali,in ver.pacta executiua, vbi appellat istam communem opinionem fore. F.Viuius.

Citatio ad domum quando facta valeat,vide Rom. consi. 454. quid in artifice seu mercatore, & Dic, quòd in loco vbi operatur: non in loco habitationis,citari debet,teste Alber. in l.cum quædam per illum tex.ff.de fund.instr.quid quando quis habet duas domos,& quando habitat in domo & habet officinam: vbi valeat facta citatio? & Dic, vt per Bar.in l.hæres institutus.de acq.hær.in l.lex Cornelia in prin.ff. de iniur. & quid veniat appellatione domus? Bal.in l. consentaneum C.quom. & quando iud. & an & quando citatio vel denuntiatio ad domum fieri possit?Bar.in l.1.§.permittitur.ff.de lib. agnos.Alber.in l.semper.§.1.ff.quod vi aut clam vbi dicit,q; talis citatio est subsidiaria de qua vide eundem in Reg. præsumitur ignorantia.de reg.iur.& quando aliquid denunciatũ est vxori an sufficiat denunciare marito?Dic,vt per Ias.in l.3. col.pen.C.de iur.emphy. & quando fit citatio ad domum:an debeat fieri voce cride?vide Bal.in l.diffamari vers.vocitasse, C.de ingen.manumiss.quæ omnia examinat Albe.in l.si rem, §.fi. ff. de euic. & ad hoc vt citatio ad domum fieri possit,vel in personam domesticorum:quæ excussio prius fieri debeat, vel inquisitio?Abb.in c.causam de dolo & contum.Dec.in c. consultationibus vers.sec. Abb. de off.deleg.& quando quis citari possit vnus in personam alterius,puta,maritus in personã vxoris.vide Guid. Pap.q.445. & qualiter citatio ad domũ fieri debeat?Bal.in l.consentaneum.col.vl.C.quom.&quãdo iud.Rot.in antiq.decis.395.Rom. cons.454.quid in absente? Cast.in Auth.si omnes.C.si se ab hær.abstin.quid in præsente latitante?Rui.cons.68.lib.5.&qd agere debeat nuntius?Alc. cons.137. lib.2.quid de citatione per edictum? & Dic,quòd operatur vt possit procedi in causa,non quòd possit quis excommunicari vigore talis citationis,quia tũc requiritur personalis, nisi in fraudẽ se absentauerit, vel impedierit quominus ad eum citatio poterit peruenire, Rot. decis. 271. 307. in no. de eo autem qui se absentauit vel fraudulẽter occultauit,aut impediuit ne citatio ad eum perueniret:no.Bar.in l.1. §.sed & Aristo.ff.quod vi aut clam. Put.

Citatio partis licet quando is qui propria auctoritate possessionem ingredi potest, petit simpliciter sibi dari familiam à iudice, ad scandalum euitandum, non requiratur tamen quando petit ex vrbanitate sibi dari licentiam ingrediendi, tunc requiritur citatio. Est magis communis opinio secundum Alexand.in consilio centesimo trigesimoprimo.in causa & lite.versiculo, secundo, præsuppono.volumine quarto. Ratio est in promptu. Nam ex quo quis eligit viam iudicij, videtur meticulosus, & ad viam facti redire non potest. l. de pupillo.§. meminisse.de op.no.nunc.fec. Bald.in lege, secunda.versiculo,decimo quæro.C.de seru.& aqu. Sequitur Alexand.in consilio centesimo trigesimo.in casu.in princip.versicul. & sic ex isto infertur. volumine quarto.Et inde colligi potest, deterioris aliquando fore conditionis, qui potius eligit viam iuris quàm facti.quod nota perpetuò.Mar.Cherian.

Citatio partis requiritur in executione sententiæ faciendæ. lege, prima. C. de iuris & facti ignorantia. Bartol. not. in extrauagan.ad reprimendum,in verbo,executionem.quo mod.in læs. maiest. quem sequuntur Alexand.in lege, à diuo Pio.§.in venditione. numero trigesimoquinto. ff.de re iudicata.& ibidem Ias.numero nono.& Vincen.Hercul.numero trigesimosecundo.& Maranta in tractat.iudiciorum,in sexta parte in 3.actu.n.16.& seq. vbi dicit non fore necessariam citationem partis hoc casu:quãdo fieret executio in eadem re, super qua lata sententia ipsa extitit, sed vbicũque à sententia appellatum esset,ac appellatio deserta reperiretur,tunc quippe in executione facienda debet citatio tanquam necessaria præmitti à iudice, à quo, ad dicendum causam, quare sententia executioni mãdari nõ debeat, alioquin executio non

Universidad de Deusto
Biblioteca

teneret ſecundum Bart.in l.i.ff.nil no.appel.pen.Bald.Saly.& omnes in l.ſi cõtra.C.de appel.Rotam deciſ.432.in nouis,& iſtam ait eſſe cõmunem opinionem Maranta in loco præcita to, Præmiſſa concluſio ita declarata, putà q̃ partis citatio requiratur in executione ſentẽtiæ,ampliatur, ſiue executio fiat in actione perſonali, ſiue in reali,cum militet eadem ratio ſecundum Cyn.in l.ab executione.C. quorum appel.non recipian.cum quo tranſeunt Io.de Imol. & Alex.in d.§.in venditione,& quamuis Bart.aſſeueret ibi cõtrarium,tamen ibi Iaſ. n.9.refert opinionem Cyn.eſſe magis communem, & verio-
rem in iure dixit Alex.in d.loco. F.Viuius.

Citatio partis non requiritur,quando non læditur ex actu qui regit.l.recuſare.in prin.cum gl.& l.ille à quo.in prin.ff.ad Trebel.idem in his quæ pẽdent à mero iudicis officio ſecundùm Inn.in c.cum veniſſent. ext.de in integ. reſt.in 3.col.ibi. idem præceptum,& q̃ſi eſſet quæſtio,an ſtatutum vel cõſuetudo teneat,ſecundùm Inn.& Bal.in ca.cũ inter.ad fi.extr.de conſuetu.Et vbi partis contradictio actum impediret,vt in c. qua fronte.ext.de app.& ibi per Panorm.&in c.ex inſinuatione.circa fi.eo.tit.& in c.cũ olim.poſt gl.ext.de re iud.Io.And. in additio.ad Spec. de ſentẽtiæ prolatio.§.ſpecies. An.in l.de vnoquoq;.ff.de re iud.Fel.in d.c.cũ olim.col.7.idẽ q̃ſi eſt clarum parti nullam competere defenſionem, ſecundum Bart. in l.ictus fuſtium.ff.de his qui not.infa.in l.2.§.quòd ſi de frumentaria.ff.de admi.rer.ad ciui.perti. Balb.deciſ.258.

citatio ſine die non valet, quantum ad hoc, vt ad vlteriora procedi poſſit in cauſa.ita procedat opi.Cyn. in l. finali.C.de fer.Bart.in l.liber homo.§.decẽ.ff. de verb. oblig.& quod habetur in l.aut qui aliter.ff.quod vi aut clam.Sed quantum ad hoc, vt iudex poſſit citatum mulctare, ſi non compareat,poteſt valere , cùm teneatur comparere quum primum poteſt. c.eos.in fi.de ſen.excom.in 6.& ita procedat opi.Spec.tenentis citationem valere ſine die, in tit.de citatio.§.ſequitur.verſ. quid ſi non præfixerit.Inn.in c.cum in tua.ext.qui ma.ac.poſ. qui dicit, quòd talis citatio intelligitur ad modicum temp'. Bald.in l.hæc conditio.ff.de condi.& demon. ſecũdum Ang. Cu.& Imol.in dicto.§.decem. Balb.deciſ.306.

citatio eſt fundamentũ ordinis iudiciarij tam in definitiua, quàm in interlocutoria:quæ parit præiudicium parti.Ant.de Tremo.in addit.ad Bona.cur.in prac.de except.in rub.de impe.excep.n.17.in verbo alij caſus.communem dicit.

Concor.cum hac communi præ.tit.7.par.8.

amplia cum Papa committit cum clauſula ſi conſtiterit, vel ſi ita compereris:aliàs eſt nullum,quicquid fit.Iaſ.in l.certum eſt.nu.19.C.vnde legi.communem dicit.

amplia ſecundò. in inhibitione facienda per iudicẽ appellationis: quia non poteſt fieri ſine citatione partis.Iaſ.in l.nequicquam.n.31.ff.de offic.præto.communem dicit:

amplia tertiò,in diſpenſatione facienda in præiudicium agnatorum ad aliquem actum. Coua.in epiſt. 4.ca.88.§.8.n.5. communem dicit.

Reſtringe primò iſtam ampliationem in legitimatione facienda per patrem : quia tunc non requiritur citatio agnatorum:Cur.Iuni.conſ.75.& Iaſ.conſ.10.vol.1.& idem Curt.Iuni.conſ.157.n.3.& Coua.in d.epiſt.quarti ca.8.§.9.n.7.communem dicit.

Reſtringe dictam reſtrictionem quõ ad excludendum ſubſtitutum.quia requiritur citatio.Deci.conſ.85.& Coua.in d. §.9.n.8.communem dicit & vide in verb.legitimatus.

Reſtringe ſecũdò, dictã tertiam ampliationẽ:ſi facta p̃ mortem patris, appareat voluntas principis volẽtis legitimatum ſuccedere in hereditate,cum præiudicio ſucceſſorũ,qui tunc valet etiam ipſis non citatis.Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm. ff.de liberis & poſthumis,communem dicit.

Reſtringe hanc reſtrictionem ſi iam ſit adita hereditas per ſucceſſorem:quia oportet citare adeuntes.Coua.in d.§.9.nu. 9.communem dicit ex Ruino.in d.§.& quid ſi tantum.

Fallit primò,dicta communis,in abſolutione iuramenti ad effectum agendi,quia non requiritur citatio. Alc.in c.cũ contingat.de iur.iurand. communem dicit:ſed ſi petitur abſolutio ad effectum diſſoluendi cõtractum ex toto, citatio requiritur.idem Alc.ibi magis communem dicit.

Fallit ſecundò ſi præiudicium ſit minimum.Iaſ.in l.ne quicquam.ff. de offi. Proconſul.n. 23. communem dicit.vide triginta & vnam limitationem ad dictã regulam in Spec. aureo per Robert. Matan. in ſexta parte in primo membro iudic.à prin.vſque ad n.58. & vide quindecim ſupra centum per Nice.in concord.gl.conſ.52. B.Villal.

citatio præſumitur interueniſſe , etiam ſi in ſententia non ſit facta mentio de citatione. Iaſ.in l. ſi ſe obtulit. §. condemnatum.n.8.ff.de re iud. communem dicit.

Amplia primò in antiquis quæ excedunt metam triginta annorum. Bello.conſ.49.communem dicit.

Amplia ſecundò,in ingroſſatione inſtrumenti,in antiquiſſima ingroſſatione præſumitur citatio.Boe.dec.37.n.8. part.1. ver.& iſta eſt communis communem dicit. B.Villal.

citatio domini,qui debet procuratorem ad cauſam, nõ facit cum contumacem, Verum, & communem teſtatur Rip. in l.furioſo nu.10.ff.de re iud. B.Villal.

citatio in caſibus,in quibus non requiritur:ſi tamẽ fiat minus ſolennis tenet actus.Ant.Nic.in concor.gl.conc.52.in fi. communem dicit. B.Villal.

citatio ad omnes actus,etiam à diffinitiua, operatur quod non ſit neceſſaria alia citatio:etiam ſi citatus nõ ſit de longinquis partibus,Iaffred. Balbus deciſ.42.cõem dicit.Intellige iſtam communem,quãdo daretur cõrumacia partis, & fuerit cõminata ſententia vt per Nic.vbi ſupra limit.10. B.Villal.

CITATIO.

Summaria.

Quotieſcunque quis prætendit intereſſe, aut lædi poteſt ex aliquo actu,citandus eſt,aliàs actus nõ valet. Niſi reperiatur præſens in iudicio.q.1.

citationem inuentam eſſe de iure naturali, ſpeciemq̃ eſſe defenſionis,nec vllo modo omitti poſſe.ibid.

Reum citandũ eſſe perſonaliter,ſi copia eius haberi poteſt, ſin minus,ſaltem ad domum.q.2.

Omnem iudicem de iure communi competentem,ſiue ordinarium, ſiue delegatum poſſe citare, non autem incompetentem. Sed quo ad verbalem,nõ autem realem citationem, quæ ſoli ordinario competit.q.3.

Iudicem non poſſe citare ſubditum ſuum exiſtẽtem extra territorium,ne verbaliter quidem,ne dum realiter. Sed debere requirere officium iudicis illius loci,&c.q.4.

Eum qui in longinquis terris habitat citari poſſe ad totam cauſam , ſeu generaliter ad omnes & ſingulos actus iudicarios.q.5.

Vnam citationem peremptoriam ſufficere pro tribus.q.6.

Vnam citationẽ ſufficere pro omnibus,etiam cùm ad pœnam agitur.q.7.

citationem ſine authoritate,& commiſſione iudicis factã, non valere, ſiue ciuilis,ſiue criminalis cauſa ſit.q.8.

citationem fieri non poſſe die feriato,ne quidem ad comparendum in die non feriato.q.9.

Nuncio publico citationem exequenti,fidem habendam, & relationi eius ſtandum.q.10.

QVAESTIO I.

QVAERO,quis debeat citari? Reſpon.q̃ citari debet omnis is, qui prætendit intereſſe , ſeu poteſt lædi ex aliquo actu, aliàs actus nõ valet.Ita probat text. l.de vnoquoque. ff.de re iudi.Clem.ſæpè.de verb.ſignifi.citatio enim eſt inuenta de iure naturali,& eſt ſpecies defenſionis,& nullo modo poteſt omitti,etiam per principẽ, tex.eſt Clem.paſtoralis.§.cæterùm. de re iudic.Hanc ſententiam firmat Bald.l. cùm fratrem.in fi. C.de his, quib.vt indig. Alex.conſ. 5.n.2.vol.2.Iaſ.l.1.& 2.C. quando libell.prin. Thom.Gramma.in deciſ.65. Vant.de nullit.ſent.Rub.12.Hanc dicit eſſe communem opinionem Marant.in Spec.6.par.Rub.de citation.n.5.Et tenet Zaſ.d.l.de vnoquoque.Et ibi Hipp.Pariſ.conſ.1.n.32.vol.1.

Limita hanc cõcluſionem vt nõ procedat, quando aduerſarius reperitur præſens in iudicio,quia tunc poteſt actus expediri,eo aliter non citato, ita tenet Alex.d.l.de vnoquoque. Et eam dicit eſſe communem opinionem Marant.d. Rub.de citat.nu.12.

QVAESTIO II.

QVAERO,an quilibet debeat citari perſonaliter,vel ſaltẽ ad domum? Reſpon.Et legibus cautum,&à Doct.cõmuniter traditum eſt,reum citandũ eſſe perſonaliter, ſi copia eius haberi poteſt, ſin minus,in domo ſolitæ habitationis.text.eſt in l.1.§.1.ibi,aut ad domum.ff.de lib.agnoſc. l.ſcire oportet.§.q autem.vel in faciem, vel ad domũ.ff.de excuſ. tuto.Quæ verba in faciem, vel ad domum, non continent electionem, ſed citationis ordinem, ſcilicet, vt quis primò citetur ad faciem, & ſic perſonaliter,ſi reperiatur, ſin minus ad domũ, & ſic dictio,vel, habet in ſe conditionem, vt not.Panorm.c.cauſam. de dolo & contum. Hanc opinionem tenet Bart.l.4.§.prætor ait.ff.de dam.infect.Alex.cõſ.2.vol.3.& d.§.prætor ait.vbi dicit eam eſſe communem Roma.conſil.454. Cornæ.conſ.52. volu.4.Marant.d.Rub.de citat.nu.124.

QVAEST

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO III.

QVAERO, Quis possit citare? Respon. q̃ omnis iudex cõpetens potest citare, siue sit ordinarius, siue delegatus, nõ autem incompetens. Ita probat tex. l. fi. ff. de iur. om. iud. Et hãc dicit esse communem opinionem idem Maranta, d. Rubr. de citatio n. 119. Et hoc procedit si iudex sit incompetens de iure communi, secùs si sit de iure communi competẽs, sed potest declinari aliquo priuilegio, Namque tunc valet citatio, & tenetur citatus comparere ad allegandum priuilegium.

Limita prędictam conclusionem, vt procedat in citatione verbali, non autem reali. Nam illa per sõlum ordinarium explicat. Ita tenet Bart. Alex. & Doct. l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudic. Et dicit cõem esse Marant. d. loco, de citat. n. 30.

QVAESTIO IIII.

QVAERO, An iudex possit subditum suum citare existentem extra territorium? Respond. Magna est disceptatio Doc. in hoc articulo. Sed verior & communior est opinio Bar. in l. 2. §. r. ff. de requir. reis. & in extrauag. ad reprimẽdum. ver. per edictum. vt firmat Paul. de Castr. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudi. Ang. & Ias. qui dicit indigere Cæsarea decisiõe. l. fi. ff. de iurisdictione omnium iud. Aut enim loquimur de citatiõe reali, & iudex non potest aliquem capere suum subditum. Aut de verbali, & tunc aut illæ ciuitates, vel territoria non sunt sub eodem dominio, & non potest citare, sed debet scribere iudici illius territorij & petere, vt citet per subsidiũ iuris. Et hanc sententiam dicit quoque communem Maranta dict. Rub. de cit. n. 40. Aut ista territoria cognoscunt eundem superiorem, & tunc iudex suum subditum, etiam non requisito iudice illius loci, propria authoritate per suum nũcium potest citare, & hæc opinio de iure vera est, licet tutius sit, hoc casu quoq; requirere officium iudicis illius loci, vbi degit citandus, & ita solet de consuetudine seruari.

QVAESTIO V.

QVAERO, an citatio ad totã causam valeat? Respon. Hæc quæstio fuit controuersa apud Doctores. Nam Bald. in cons. 268. dicit citationem eiusmodi neque Canonico neque Ciuili iure valere, cùm sit incerta, & captiosa, inducens quãdam speciem seruitutis, vt quis in loco iudicij teneatur persistere omnibus & singulis dieb. & horis.

contraria tamen opinio communi calculo approbata est, valere scilicet citationem qua quis citatur generaliter, qui in longinquis terris habitat, ita vt ad singulos actus iudiciarios commodè citari non possit. Et hanc sententiam probat tex. l. si prætor. in princ. ver. adesse. ff. de iudi. Et tenet Abb. c. 1. de dil. Innoc. & Doct. c. consuluit. de offic. deleg. Alex. & omnes Doct. l. qui ante Calendas. ff. de verb. obligat. Ias. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. Et eam dicit cõmunem Marant. de citat. nu. 115.

QVAESTIO VI.

QVAERO, An vna citatio peremptoria pro tribus sufficiat? Respon. q̃ sic, & est communis opinio, vt dicit Matthæ. de Afflict. decis. 289. n. 7. Io. de Imol. c. ex iure. de cler.

QVAESTIO VII.

QVAERO, an citatio, vbi agitur ad pœnam, sufficiat vna peremptoria pro omnibus? Respon. Varietas est opinionum. Io. And. in addit. ad Spec. tit. de cleric. non resident. tenet, q̃nõ, etiamsi sit peremptoria, & gl. not. Clem. 1. verb. tertio. de vita & honest. cleric. Bald. c. 1. de milit. vasall. qui contum. Contrariam tamen opinionem dicit esse magis communẽ Matthæ. de Afflict. decis. 289. nu. 7.

QVAESTIO VIII.

QVAERO, an valeat citatio sine authoritate & commissione iudicis facta? Respon. q̃ non. Ita probat tex. l. neminem. C. de exhib. reis. & tenet Bart. ibi, Fel. c. 1. de iudi. n. 1. Deci. lectu. 2. n. 92. Et Aret. n. 41. qui dicit opinionẽ Bart. communiter esse approbatam. Hanc opinionem sequitur Niconit. ca. quoniam contra. ver. citationes. n. 5. de probat. Ias. §. quadrupli. n. 12. de actio. Vant. de nullit. Rub. 12. n. 85. Cassanæ. in cõsuet. Burgund. tit. des iustices. Rub. 1. §. 6. nu. 61.

Hanc conclusionem declara, vt procedat tam in causa ciuili quàm criminali, vt probat tex. c. proposuisti. de foro cõpet. & ita tenent communiter Doct. c. 1. de iudic.

QVAESTIO IX.

QVAERO, An citatio possit fieri die feriato? Respon. q̃ non, etiamsi fieret ad diem non feriatum, ita communiter teneri firmat Marant. d. Rub. de citat. n. 119. & tenet Abb. c. cõquestus. de feriis. & omnes Doct. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nunc.

QVAESTIO X.

QVAERO, An nuncio publico credatur, & eius relationi stetur? Respon. quòd sic, ita est communis opinio, vt firmat Marant. d. loco, numero 53. Et eam tenet Bartol. l. 1. §. cura. ff. de offic. prefect. vrb. Abb. capitul. cùm parati. de appellat. Michael Crassus.

Citatio est de iure naturali, & diuino, quæ omitti non potest, vulgata l. de vnoquoque. de re iud. l. ea quę. C. quom. & quando iud. capit. 2. de testi. Bal. in l. cum fratrem. C. de his quibus vt indig. Soc. cons. 266. lib. 2. & est communis opi. secundum Doc. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. de off. pro cons. Afflict. decis. 245. n. 10. decis. 307. in fi. 391. Boer. quæst. 247. Gram. 65. Fel. in c. cum olim. nu. 12. de re iud. & vsque adeo verum est: vt sententia in fauorem absentis lata, non tamen citati, sit ipso iure nulla. Ias. post Alex. in l. si furioso. n. 3. de re iud. Alex. cons. 114. lib. 6. Capic. decis. 93. Boer. 283. fallit tamen, vt Alex. ait d. l. furioso quando in causa sine figura iudicij procederetur, tunc enim sententia pro absente non citato valere, & idem esset in criminali: si tamen in fauorem rei sententia proferatur, quod autem dicitur, citationem iudicij fundamentum esse, intellige, quando pars non est præsens, d. l. de vnoquoque & ĩl. 1. vbi Bar. & alij ff. de in ius voc. Dec. cons. 449. nu. 8. Fel. in c. 1. col. 7. vers. nota etiam de iudi. Rob. de ord. iud. ver. citatio. num. 12. vbi quòd præsens citari non debet secũdum communem per Ias. d. l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 26. sicque actus eo præsente & non citato expediri potest, cum præsentia aduersarij omnem purget defectum Abb. cons. 38. lib. 1. Dec. cons. 618. num. 4. sed an à iudice de actu qui coram eo fit, pars certiorari debeat? Dic, vt per Soc. cons. 29. libr. 3. & quòd non requiratur ea certiotatio: not. doct. in l. furioso l nec quicquam §. vbi decretum. l. de vnoquoque. quid de eo qui prætendit interesse? an sit citãdus? & Dic, vt per Alex. cons. 5. lib. 2. Mar. Soc de cita. artic. 7. Catel. verb. citatio quid de defectu citationis & illius executionem, vt quia minus legitimè & non seruata forma executa esset? vide Bar. in l. item eorum. §. sed si ita ff. quod cuiusque vniuer. Ias. in l. qui quartam. num. 4. de leg. 1. nam nullum est: quod præter formam citationis aut mãdati formam fit, nec etiam valet vt valere potest, text. in l. 1. §. si quis ita de verb. ob. quem Bar. ita intelligit, & in l. si quis pro eo 3. membro de fideiuss. quem ceteri sequuntur: sic vt forma non seruata negotium retractetur, non tamen integrum, sed quatenus formam excessit, secundum communem ex Curt. Iun. cons. 79. nu. 2. Accedit, quòd in citatione congruum tempus ad compareñ apponi debet: aliàs non valeret, Spec. titul. de cita. §. 1. vers. item quòd facta est, Afflict. decis. 124. nu. 3. 366. nu. 15. Fel. in cap. quo ad consultationem. de re iud. sed si fiat citatio absque præfixione termini valet, taciteque intelligitur: vt cõ gruo tempore citatus comparere debeat, Fel. in ca. consuluit de off. deleg. Alexand. in l. liber homo. §. 1. de ver. ob. Boer. q. 235. quid de citatione ad compareñ personaliter in causis ciuilibus? & Dic, quòd regulariter non admittitur, quia liberum vnicuique est: per se vel per procuratorem comparere, c. quærelam de procur. l. 1. & vl. ff. eo. tit. not. doct. in cap. 1. de iudic. in 6. fallit tamen nisi reus esset contumax, l. consentaneum. vbi Bar. C. quom. & quando iud. Aut si quis per sententiam cõdemnatus fuerit, quia tunc pro executione: realis citatio fieri potest, l. 1. cum ibi not. C. qui bon. ced. poss. Bal. in l. per diuersas. q. 15. C. mand. quod intellige seruato ordine l. à Diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. cap. Quo ad consultationem. vbi Doct. eo. tit. item fallit, quando Reus fugæ suspectus esset, Alex. & Ias. in l. cui iurisdictio. nu. 19. ff. de iur. om. iud. Fel. in c. 1. de iudi, Ias. inst. de act. in prin. col. 2. Quæ Realis citatio nisi iudicis præcedeñ mandato fieri non debet, l. nemi nem. vbi doct. C. de exhib. reis, Bal. in l. si quando. quæst. 12. C. de testib. Paris. consilio 120. numero 1. libr. 1. Mar. Soc. de citat. artic. 20. num. 25. Quid de prima citatione, cui fieri debeat, an domino, an procuratori? & quòd à ꝓcuratore incipere possit: no. Ias. in l. eum qui n. 1. C. de procur. Bar. tamẽ in l. quamuis. col. vl. de dam. infect. quem sequitur Dec. cõsi. 460. col. vlt. dixit, in his tñ quæ sunt leuis ꝓiudicij procuratorẽ in

principio

Universidad de Deusto
Biblioteca

principio citari posse, sed placet magis, quòd principalis citetur, & ita obseruatur, Quid de vniuersitate citanda per edictum? & Dic, vt per Bal. in l. etiam col. 3. C. de exec. rei iudic. Luc. de pen. in l. prouincialium C. de erog. mil. Anno. libr. 12. Quid de citatione executa die feriata in honorem Dei an habeat efficaciam? & Dic, quòd sic, si tamen illa à principe emanauerit, teste Bar. in l. ex quacunq; col. vlt. ff. si quis in ius voc. non ier. Iafr. in c. Quoniam contra. ver. citatio in fi. licet communis Doct. sententia sit citationem die feriata in honorem Dei executam non valere, d. l. ex quacunque. Abb. in c. conquiestus. de fer. Doc. in l. 1. § nuntiatio ff. de op. no. nun. in l. fi. C. de fer, & Quæ citatio die feriata executa de consuetudine valet, si die iuridica commissa fuerit, & ita obseruat praxis & not. prac. Bal. tit. de cita. q. 7. Guid. Pap. q. 125. seb. vant. de nullit. tit. ex defect. cita. num. 46. de quo vide Tiraq. de vtroq. retract. § 36. ad fi. nu. 79. Quam communem opi. intellige, nisi fieret à principe, vel quoties citatio fieret pro causa quæ tractari posset die feriata, quæ causæ enumerantur per doct. in d. l. ex quacunque, si quis in ius voc. in l. 2. & 3. ff. de fer.

citationis defectus executionem sententiæ nullam reddit, vt commune affirmat Marant. de iudic. 6. parte in 3. actu. nu. 16. & seq. quem refert Viuius lib. 1. opi. 35. E. Suarez.

citationis defectus sententiam arbitrorum nullam reddit, etiam si in compromisso dicatur, q; partibus absentibus sententiam arbitri ferre possint, vt commune aiunt Boer. decis. 283. n. 38. Viuius lib. 1. opi. 36. secus autē erit si dicatur quod sententia ferri possit partibus non citatis, vt commune effantur iidem ibidem. E. Suar.

citatione non legitimè facta, totus processus, qui subsequitur, ipso iure nullus est. Com. attestatur Roland. cons. 68. n. 14. lib. idque non solum locum habet in quocunque iudice, sed etiam in ipso Principe. nam & ipse non potest de ordinaria potestate procedere contra aliquem nō citatum. Com. dicit Corsetus in repertorio Abbatis, in verf. Princep. vel Papa. Soc. inter cons. Curtij Senioris cons. 20. n. 4. & seq. etiamsi delictum sit notorium. Idque verū est, etiamsi reus esset Principis subditus. Com. ait Soci. cons. 87. nu. 19. verf. capio sententiam. lib. 3. & cons. 164. nu. 16. in fi. libr. 2. & cons. 266. nu. 45. 60. vol. & cons. 120. nu. 10. lib. 3. Et licet aliqui tenuerint, quòd hoc non habeat locum in sententia excommunicationis declaratoria, tamen magis communis est, quòd etiam quando iudex declarat aliquem incidisse in aliquam excommunicationem, vel pœnam ipso facto, requiritur citatio, etiam in sententia censuræ & interdicti ita tenet Gl. ab omnibus aprobata in clem. præsenti. in verb. consiliterit. de censib. vt dicit Socin. in d. cons. 20. n. 16. in fi. Ripa in l. is cui bonis n. 26. de verb. obl. Hanc etiam communem dicit Decius in cap. repræhensibilis, post numerum 2. de appellat. refert Clar. dicto libro quinto. §. final. quæstione 31. in princip. & sequent. verf. P. Fichard.

citatio, vt doctorum vulgus, seu in ius vocatio vt felix iurisconsultorum æuum loquitur, est fundamentum ordinis iudiciarij, cum in finienre litem sententia, tùm in interlocutionibus damnum alicui afferētibus, vt commune dicit Ant. de Tremo ad Bonacur. in pract. exception. in rubr. de imped. execut. nu. 17. verf. alij casus Nicol. Ant. Grauat. ad Vestrium, lib. quinto cap. 11. n. 7. ideoque ni interueniat, omnes omnino sententiæ nullæ erunt commune ponit latè Viuius lib. 1. opi. 204. & seq. & qui latè atque accuratè id prosequitur Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 32. & amicus noster, atque probatioris doctrinæ vir Nicol. Ant. Grauatius ad Vestrium libr. 5. cap. 2. num. 6. E. Suarez.

citatio illius cuius interest etiam in iurisiurandi absolutione, & quauis simplici habilitatione exigitur, vt receptius interpretum placitum asseuerat Hippo. in l. de vnoquoque nu. 193. ff. de re iud. E. Suarez.

citatio eius cuius in consequentiam, non vero principaliter interest, necessaria non est, vt est Accur. auctoritas in l. de vnoquoque. in gl. 2. ff. de re iudic. communis, vt late ostēdit Dida à Couarr. in practi. q. c. 13. nu. 6. fateturque illi l. 1. §. denunciari. ff. de ventr. inspic. quod tamen intelliges, vt valeat quidem sententia: sed illi cuius etiam vel generaliter non citati secundariò interest, nō præiudicet, vt est receptum interpretum placitum iuxta Alex. n. 17. Hippo. n. 57. in d. l. de vnoquoque Iaſ. in l. decem n. 41. ff. de verb. obl. Fel. in ca. vlt. n. 5. de maio. & obed. Curt. Iun. cons. 23. n. 8. & si Did. à Couarru. vbi supra non leuiterid controuertat: verum de re alibi vberius. E. Suarez.

citatio & in iis, quæ liquidò innotescunt, ad sentētiam exigitur, vt commune aiunt Aret. cons. 163. num. 7. Bossius in pract. tit. de denuntiat. nu. 9. in fi. & qui id rectè atque accuratè explicat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 9. ver. quæro. E. Suarez.

citatio nec in ciuilibus, nec in criminalibus à principe tolli potest etiam de plenitudine potestatis. vt scurrarum verbis vtar, commune ait latè in signis doctrinæ Arius Pinellus in rub. part. 1. c. 2. n. 21. C. de rescind. vendit receptius, & verius affirmat Cap. ic. dec. 69. n. 26. quin nec citationis necessitas statuto euanesceret, vt cōe ponit latè de materia differens Viuius lib. 1. opin. 263. E. Suarez.

citatio non requiritur vbi citato nulla futura est defensio, commune aio ex Hippo. in l. de vnoquoque. n. 84. & n. 94. ff. de re iud. & de probat. n. 218. & sing. 30. Boeri in l. consentaneum n. 59. C. quomodo & quando iud. Afflic. decis. 178. n. 6. Ant. de Burg. in c. fuit n. 76. de empti. & vend. Sebastian. de nullit sent. pag. 250. n. 2. alias & si clarum, manifestum, atque, vt vulgo mos loquendi increbuit, notorium delictum sit, re quiretur, vt commune fantur Sali. in l. ea quidem. num. 86. C. de accusa. Ant. Gomez. de delict. c. 1. n. 43. & obseruatum est superius. E. Suarez.

citatio in causis, tam in ciuilibus, quam criminalibus, de iudicis commissione fieri debet & facta aliter pro nihilo est, commune pronuncio ex Iaſ. à num. 11. in §. quadrupli. verf. sed furti. Instit. de action. Pala. Ruu. in reper. e. per ventris. notab. 1. num. 2. & 3. de dona. inter virum & vxor. Felin. in cap. 1. in princ. de libelli oblat. Rebuf. ad l. Gallicas. 3. tom. tit. de citatione. Marant. de ord. iudi. tit. de citatione. num. 51. Sebast. de nullit. senten. pag. 253. n. 32. 33. nec ex iudicis commissione facta præsumitur, vt commune inquiunt Aret. consil. 33. Fel. in cap. 1. de iudi. idem Fel. in cap. quoniam contra de probat Nicol. Ant. Grauatius, qui plures allegat, ad Vestrium lib. 4. ca. 4. n. 23. Quin & cum die professo committitur, & die in Dei optimi maximi honorem feriato fit, nullius est ponderis, ac momenti, vt commune aiunt Lanfranc. in ca. quoniam contra. verf. citationes. propè fin. versic. tandem quæritur. de probatio. idem Nicol. Ant. Grauatius ad Vestrium. lib. 4. ca. 3. nu. 13. licet plures contrarium affirmauerint, atque vsu receptum testati sint, de quibus per Tiraq. de vtroque retract. §. 36. ad finem. num. 79. cum sequent. & per Grauatium vbi supra. E. Suarez.

citatio generaliter in personam fieri non debet, nisi vel causa celeritatē exigat, & quis absit à iudicio, & si in vrbe sit: vel eam celeritatem causa non efflagitet, absit tamen citādus ab vrbe. nam vtraque in hac specie ad ipsius domum citatio satis superque erit, vt commune ponit Turzan. opi. 131. & qui hanc rem latius agit Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 31. ver. dictum est, cum sequentibus. cui addito Nicolaum Antonium Grauatium diligentis eruditionis virum lib. 3. ca. 4. nu. 15. ad Vestrium. E. Suarez.

citatio, quæ necessaria non est, si ritè facta non sit, nulli dāno fraudiue est. commune ponit Ant. Nicel. in concor. gloss. 52. in fi. E. Suarez.

citatio non ritè facta, si is, qui in ius vocatus est, sese in iudicio stiterit, ab omni vitio expiatur, vt commune asserо ex Alex. Iaſ & Dec. in l. vlt. C. de in ius voc. Hippol. in l. de vnoquoque. num. 43. de re iud. Felin. in cap. illud. num. 8. de præscrip. & in cap. 1. num. 18. de iudic. & cap. cum contingat. numer. 8. de rescript. Balb. de præscript. 2. par. 6. par. prin. quæst. 1. in specie 2. E. Suarez.

Citatio valet nullo præfixo tempore, vt commune infit Iaſ. in l. liber homo. §. decem. numer. 4. ff. de verb. oblig. Felin. in capit. consuluit. de offic. delega. Boer. decis. 235. & qui plures laudat. Nicolaus Antonius Grauatius libr. 4. cap. 2. nume. 10. ad Vestrium. atque intelligitur, vt quàm primum possit, citatus compareat, quemadmodum commune affirmant Sebast. Vant. de nullit. ex defectu citat. numer. 71. & amicus noster Nicolaus Antonius Grauatius vbi supra libr. 7. cap. vlti. num. 30. E. Suarez.

Citatio prima ad omnes actus, atque etiam ad sententiam finem imposituram sufficit, commune inquit Iaffred. decisio 42. E. Suarez.

citatio in sententia illius mentionem faciente presumitur, vt commune effatur Iaſ. in l. si se obtulit §. cōdemnatum. n. 8. ff. de re iudi. sed contrarium magis commune affirmat Alex. cons. 41. viso processu. in pr. lib. 4. quod etiam magis iuris finitionib. consentaneum est. E. Suarez.

PR. citò violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat, capitulo pauper. 11. quæst. tertia. I. Bellon.

Ciuilis causa, vel ciuile iudicium dicitur, quando pro crimine agitur ad pœnam parti applicandam, quando verò agitur ad

Universidad de Deusto

tur ad pœnam fisco applicandam, tũc causa dicitur criminis, secundum gl. in l. 3. in prin. in verb. Centum aureorum. ff. de sepulchr. violat. quam communiter à Doct. approbatam dicit Io. de Platea in l. 2. in fin. C. de his qui ex publi. rat. libr. 10. quem refert Gomez. Instit. de action. in princ. n. 18. relatus & ipse per Cephal. cons. 141. n. 21. lib. 1. Clar. d. lib. 5. §. fin. vers. quarta. F. Richard.

PR. Ciuilia iura tolli possunt. l. non est nouum. ff. de legib. in §. fi. instit. de leg. agnat. tut. & §. pen. Inst. de iur. nat. gent. & ciuili. & §. at hi qui. inst. de her. ab intest. Bellon.

Ciuilium argumentum ad criminalia procedet, vide suprà ver. argumentum. E. Suarez.

Ciuis nouus non tenetur ad collectas impositas pro debitis veteribus. Brunus de augmento, conclusione quinta, limitatione decima, communem dicit. B. Villal.

ciuis nouus nõ cõfert collectas ob vetera debita indictas. commune ait Brun. de augmen. concl. 5. limitat. x. E. Suar.

CIVES habitãtes in aliqua ciuitate, similiter Originarij, vel habitãtes in territorio domini habentis merũ & mixtũ imperium, tenentur ei præstare iuramentum: Quod adeò generale est, siue teneant res feudales à domino, siue nihil teneant, sed solùm habitent, siue faciant aliquam artem siue mercantiam vel aliquam industriam, debẽt per iusiurãdum assecurare dominũ, & iurare. Ita habem⁹ tex. de Vasal. & familiari, toto tit. de feud. qualiter iurare deb. Vasal. Domino fidelita. vbi And. de Iser. n. 2. & 3. Bal. n. 2. vbi ipse triplex iuramentum, iuramentum Vasalli. iuramentũ domestici, & iuramentũ quod præstãt ratione iurisdictionis subditi, eruditè explicat. Quod latiùs ibi prosequitur d. Aluarot. n. 1. & ibi in tertia specie iuramenti fidelitatis, dicit ipse, ꝙ hoc domino præstetur, vel ratione bonorũ non feudalium, quę ille tenet in loco subiecto iurisdictioni domini, vel ratiõe habitationis, quam habet in d. l. supposito iurisdictioni domini. Vnde ratiõe iurisdictionis quam habet dominus in eum, vel ratione bonorum tenetur habitans fidelitatem iurare, propter illud iuramentum assecuratiõis appellatur, cùm dominus terræ habeat iurisdictionẽ in suo territorio. l. si pupillus. §. territorium. ff. de verb. sig. Cũ ꝙue per tale iuramẽtum remoueatur suspicio, & assecuretur dominus. De quibus iuramentis & aliis multa præclara congesserunt Matth. de Afflict. in d. ti. qual. iurare deb. Vasal. domino fidel. & Iac. de S. Geor. in tract. feud. ĩ verb. qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis. Meminit quoque Guid. Papa ratione habitationis quem dici subditum, & propterea iusiurandum præstandum esse, ne domino sit nocius, sed fidelis, in suis dec. Grationo. q. 307. Et hãc tã Feudistarũ quàm Legistarum communem Theoricam appellat Rolan. à Valle, in cons. 53. n. 2. in 2. Tom. con. kirchouius.

PR. ciuibus relictum ciuitati videtur relictum. l. ciuibus ff. de rebus dubiis. Bellon.

ciuium appellatione an veniant ciues alibi habitantes, & qui in ciuitate non subeunt munera per se, vel per alium: & quid in odiosis vel fauorabilibus ipsi ciui alibi habitanti, vide Ruin. cons. 112. libr. 5. Et an appellatione ciuitatis veniat districtus, vel appellatione ciuis veniat ciuitatensis, vide Repetent. in rub. ff. sol. mat. Et dic quòd licet comitatensis dicatur ciuis, & incola ciuitatis, tamẽ alio modo vocatur ad munera quam ciuis. l. 3. vbi Bart. C. de incol. libr. 10. Barto. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. Et quòd statutum ciuitatis seruetur in terris ciuitatis, not. Castr. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & vide quæ idem scribit in l. de quibus. col. 1. ff. de legib. Et an appellatione ciuitatis contineantur suburbia vel comitatus, & districtus, vide tex. in c. Rodulphus. vbi Fel. de rescrip. vbi etiam qd de diœcesi. Et an priuilegium cõcessum ciuitati circa præscriptionem locum habeat in villis: quòd non, no. Ang. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. & ibi Alex. vbi an extẽdatur ad castra quæ ciuitati subiiciuntur. Quid in consuetudine, vide Bart. in l. ex ea. ff. de postul. Et an ad id qđ impensum est pro seruitio ciuitatis, teneãtur districtuales: Albert. in l. qui aliena. ff. de neg. gest. Quid quando adsunt diuersa statuta in loco districtuali & ciuitate. Alex. cons. 47. lib. 6. Soc. Iun. cons. 2. cons. 11. li. 1. Et quòd vicus regi debeat statutis ciuitatis cui subest. Salic. ĩ l. si quis. C. de natur. liber. Et quid si sit concessum priuilegium ciuitati contra ius commune, an censeatur concessum etiam casalibus. Afflict. in constit. reg. de homicid. clandest. rubr. 27. vbi disputat. Put.

Ciuitas, vel Princeps pro bono pacis potest bona suorum ciuium concedere, & iniurias remittere, & damna singularũ personarum, nec eorum consensus requiritur, & potest res auferre, etiam quãdo ipsa ciuitas, vel Princeps damnatur, priuatorum, vt est communis opi. de qua Dec. cõs. 520. n. 5. nec est arguendus, cur ita facis. vt ibi per Dec. Bonacoss.

P R. ciuitas illa apud Platonem rectissimè ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit affectus. can. 1. 8. dist. Bell.

Ciuitate à Papa vel Principe in feudum data, non tantum iurisdictio, sed etiam castra, & villæ, quæ dictæ ciuitati subsunt, vel de eius districtu comitatu sunt, concessa censentur, quum Principum beneficia latissimè veniunt interpretanda, & similiter castro concesso, omnis iurisdictio, & pertinentiæ cum eodem concessa ducuntur, per l. fi. 1. de consti. princip. l. si quoniam. C. de bonis vacant. lib. 10. & ibidem Barth. l. 1. §. initio. ff. de offic. præfect. vrbis. cap. cum dilecti. de donat. & ibidem gloss. fin. & gloss. in cap. olim. de verb. signific. quod à Doctor. communiter teneri refert Benedict. Cap. regula 102. numero 3.

Ciuitatis appellatione licet aliqui in beneficialibus Diœcesim venire putauerint, tamen contraria opinio, quod non contineatur, vt stricta sit in eiusmodi facienda, ciuitatis vel Diœcesis interpretatio, tenent Hostiens. Io. Ant. & d. Nicol. in c. Rodulphus. de rescriptis. iuxta gloss. notabilem, in ca. cepimus. de ætate & qualitate Compostel. in cap. Abbatem. de rescript. Archid. in cap. quamuis. de præbend. lib. 6. & gloss. in ca. vnico, in verb. Diœcesis. & ibidem Io. Monach. de rerum permut. & Laudanus in clement. ne Roma. de elect. & in clement. vnica. in princ. de sequestrat. & ita communiter teneri. refert, ibid. nu. 29. idem dicendum est in odiosis & restringibilibus, quod iuxta dicta iura communiter quoque teneri refert. d. regula. 102. nu. 31. Bened. Cap.

Ciuitatis vel vrbis appellatione, cùm idem sint, l. præsumptio. ca. de opere public. l. singulorum. C. de ædi. priuat. secundum Bart. in l. 2. ff. de verb. signifi. & in l. sed & reprobari. §. fi. de excusat. tutorum, regulariter quòd muris cingitur, continetur. l. nam quòd liquidè. §. penultim. ff. de pœn. legat. & ibidem gloss. & Bart. per text. in cap. ciuitas. de sentent. excommu. libr. 6. & ibidem Bal. glo. in cap. si statutum. in verb. ciuitatibus. de rescrip. lib. 6. Petrus de Anchara. in cap. fœlicis. de pœnit. libro 6. quòd procedit etiamsi adiiciatur nomen proprium illius ciuitatis vel vrbis, vt puta. si diceretur, vrbis vel ciuitas Perusia, quare censetur magis demonstrandi, quàm ampliandi causa adiectum, argumẽto, l. si communis seruus. ff. de stipulatio. seruorum, & ibidem Azo. si tamen nomen proprium præponeretur, dicendo Perusina ciuitas, ampliandi causa ad adiectum videtur, & ideò continentia ædificia includit, vt tenuit Azo & Rainerius, quos secutus est Barth. in l. 2. & d. §. fi. & Bald. in d. cap. ciuitas. licet Accurs. d. l. 2. in glos. 1. non putet referre an præ vel postponatur, cõtra dict. l. nam quod liquidè, §. si ita legatur. ff. de pœn. legat. sed malè, quia Azonis sententia communiter tenetur. vt refert Benedict. Cap. regu. 101. numero 4. Accursii. opinio in ciuitate vel vrbe Romana locum habet, quare siue præponatur siue postponatur, vtroque modo continentia includantur, l. vt Alphenus. l. ædificia. l. qui continentibus. ff. de verborum signific. Quod tamen inter alia multa in Principum beneficiis, in quibus appellatione ciuitatis etiam territorium continetur, fallit iuxta l. 1. §. cùm vrbem. ff. de offic. præfect. vrbis, & ibidem notat. in vrb. commiserimus, quòd voluit quoque Barth. d. l. 2. & in l. fi. ff. de constitution. principum, per l. si quoniam. C. de bonis vacantibus. libr. 10. & ibidem Bart. & in l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de damno infect. quod similiter communiter teneri refert, ibidem n. 15. Benedictus Capra.

CIVITATES non recognoscentes superiorem iura principis habere dicuntur, & illud de illis, quod de principibus, iudicari debet. Bar. in l. 1. in §. de qua re. ff. de postul. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. in l. infamem. circa finem. ff. de public. iudic. Et hanc sententiam communem esse scribit Dec. in consil. 357. numer. 1. in fi. & in cons. 534. num. 2. in 3. part. cons. kirchouius.

Ciuitates siue recognoscant principem superiorem, siue non, possunt loca publica, plateas, pascua, emptoria & alia vendere, sed tali ordine, quod primò per statutum faciunt locum publicum priuatum. & tunc possunt vendere huiusmodi loca, non tanquam publica, sed tanquam priuata, Bar. in l. continuus. §. cum quis. nu. 5. Licet Raph. Cuma. ab illius sententia recesserit ibid. nume. 7. cuius differentiam Paul. de Ca. nume. 4. ff. de verb. obl. approbat. Imò eo ipso quo ciuitas locum publicum vendit, pascua, &c. eo momento locus factus est priuatus per legem. quia contractus ciuitatis est lex. l. ciuitas. & quæ ibi notantur. ff. ii cer. petat. Et quòd fora, vias, plateas publicas possit vendere, concedere vel alienare, textus est in lege, prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clàm. Zas. in

d. l. contin

Universidad de Deusto
Biblioteca

d.l.continuus.§.cùm.quis.n.4.sed Barth.Cepolla in suo tract. serui.c.3.de seruit.viæ.numer.22.versic.sed si donaret.refert Bartoli sententiam communiter probari,quem & ipse sequitur. Kirchouius.

Clausula rato manente pacto ponitur in oditum contrauenientium.Felin.in capi.intelleximus.de iudiciis.communem dicit. B.Vill.

Clausula, saluo iure addendi vel minuendi, non operatur quòd post litem contestatam possit aliquid addi vel minui in libello.Ias.in l.edita actio. nu.41.C.de edend.communem dicit. B.Vill.

clausula si ex certa scientia Principis si expressè non ponatur sufficit quòd apprehendatur:Fel.in c.si quem de sent.exc. communem dicit. B.Villal.

clausula quælibet quæ potest Principem retardare ad concedendum, requiritur q̃ exprimatur in dispensatione. Curt. Iun.in cons.83.communem dicit. B.Villal.

clausula non obstante,in rescripto Principis operatur q̃ tale rescriptum valeat, etiam contra ius, etiam si auferatur ius tertio.Curt.Iun.cons.157.n.23.communem dicit. B.Villal.

clausula,q̃ procedatur absque recusatione,etiam à Principe:intelligitur de frìuola: Ant.de Trem.in additio. ad Bonacur.in practica exceptionũ.in rubrica de impe. & excep.quæ contra ref.n.8.in ver.libellum.communem dicit. B.Villal.

Clausulæ codicillaris vim habet magna adfectio, seu dilectio testatoris erga personam cui relinquitur, eũdémque effectum operatur. gl.singularis & communiter approbata in verbo, debuisse. l. in testamento. ff. de fideicommiss. liber. secundum Ias.in l.1.in 2. repet.verficulo 5.ibi disponebatur. Matth. Mat.Chærian.

PR.clausula quantumlibet generalis non refertur ad ea,de quibus non censetur esse actum, vel cogitatum inter partes. l.cum Aquiliana.& l.qui cum tutoribus.§.fi.ff.de transactio. l.age.& l.si de certa.C.eo,tit.

OB.contrà.de l.sub prætextu.2.respon.C.eo.vbi generalis transactio in omnibus præiudicat, etiam de quibus nõ est cogitatum inter partes.

SOL.ibi erat generalis petitio, & transactio, Hic autẽ specialis petitio, & generalis transactio, quo ad verba.vel econtrà,vnde non refertur nisi ad speciem petitam:ita not. gl.in l. tres fratres.ff.de pactis. Bell.

PR. Clausula generalis non refertur ad specificata. l. doli clausula de verborum obligat.ff.l. sanctio legum. ff.de pœn. & l.quæro.ff.de actionib.emptio.

OB.contrà, quia clausula generalis refertur ad specificata. in l.si de certa.C. de transactio.& in l.age cum Geminiano.C. de transactio. Præterea clausula generalis plura cõtinens, ad omnia expressa refertur. l. si seruum.in §.inquit lex. ff.ad leg. aqui.l talis scriptura.ff.de leg.1. & l.1.C. de lib.præterit. vel exhered.

SOL.Ibi clausula generalis fiebat tantũ pro iis, quæ expressa sunt,hic pro aliis:vñ nõ refert ad nominata.Bellon.Tolos.

clausula non ideò apposita censetur, quia sit consueta: vt verum & magis rereptum affero ex iis. quos laudant Didac. Couar.libr.1.resol.ca.15.nu.9. Rip.in c.cum M.42.de const. Apostill.ad Alex.cons.28.lib.2.Socin.in l.Gallus §.idem credendum.ad fi.ff.de libe.& posthu.Tiraq. in tracta.de constit. vlt. parte & si perperã contrariam effutuerint Bald. in l.vlt. C.de fideiuss.ad fi.& Ias.in l.vt liberis. C. de collat.& in l.certi condictio.§.si nummos. ff. si certum petat.Fel.in ca.ex literis de fide instrum.Vnde neque clausula codicillaris apposita cẽsebitur,si omittatur vt rectè memoriæ prodidit Vigl.in §.masculo. Instit. de pupil. substit. nec stipulatio in instrumentis subaudietur,vt post Bald.Nouell. in literas misit Iaco.de Nig. in rub.n.20.ff.de verb.oblig. E.Suarez.

Competit pro Emphitheusi condictio ex lege. com. d. Car. §. emphyteusis. q. 47. P. Fich.

competit pro feudo condictio ex l. & consuetudine. com. dicit Clarus §. emphyteusis. q. 89. P. Fich.

complices illi sunt, qui ad malum sunt socij, vt est communis opi. de qua Paris. conf. 168. nu. 10. in 4. vol. Bonacoss.

Compositiones, quæ fiunt tota die cū Duce vel Marchione, vel inclyto dominio Venetorum de delictis cōmissis, non possunt tollere pœnā quæ parti debetur, quia solum videtur remissa pœna, quoad fiscum, sed nō in præiudicium priuatorum, ex cōi regula, q̄ Princeps in dubio non videtur velle tollere ius tertij, vel ei præiudicare. Dec. conf. 520. n. 2. vbi diffusè, & in conf. 602. n. 14. Pastores autē ecclesiæ, qui super pœnas cōpositiones faciunt vt extorqueant pecuniam, malè faciunt, & contra legem l. si operis. C. de pœnis. Licet quandoque aliqui Principes, vt cautius agant in compositionibus p magistratus faciunt adiicere illa verba, Ex cautis notis suæ excellentiæ, quæ nullibi legi, nisi apud Iacobi. de S. Georgio in sua inuestitura feudali. in §. sed an princeps. n. 4. fol. 9. vide Iaſ. in l. venia edicti. n. 10. & seq. C. de in ius voc. Cum quib. & qualiter sint faciendæ tales compositiones. & quæ sint considerāda in eis tradit Paris de Puteo in tract. syndica. in §. compositio. & etiam in §. quæro. & §. 3. tomo 14. fol. centesimoquarto. Et plura de compositionibus tradit Paulus Grilandus in tract. de relaxa. carce. tit. de pœnarum compositionibus. §. sequitur. §. secundò quæro. & §. tertiò quæro, tomo 15. trac. fol. 128. & in §. quartò. & §. quintò quæro. Et Mōteleo in sua practica arbitrali, vbi de compositionibus agit. Et compositio facta in casu à iure concesso, vt puta in delicto, quo dato, & verificato, infligenda erat pœna mortis, vel sanguinis, valet, vt est cōmunis opi. D. Brunorus in eius consi. crim. n. 196. & n. 197. vbi de transactionibus & compositionibus plura. Bonacoss.

PRO. compositum aliquādo pro suo simplici sumitur. no. gl. in rub. ff. de dote prælegat. in l. verbum reddendi. ff. de ver. significat. Bellon.

computationis error, & post subductas sæpius rationes allegari potest. vt receptum asserere autim ex Soc. conf. 92. n. 8. lib. 4. Paris. conf. vlt. n. 26. & 27. lib. 1. Quin & vsque ad 30. annos rectè proponetur, vt commune pronuncio ex Iaſ. consil. 210. lib. 2. Didaco à Castillo in l. 28. Tauri. & iure ipso computationem nullam reddit, est gl. communiter recepta in l. 2. C. de iure fisci. lib. 10. E. Suarez.

compromissum facere de re feudali in arbitros Vasallus non potest. comm. dicit. in §. feud. 10. Clar. q. 39.

Per nullam cautelam verborum in compromisso appositorum, fieri potest, quo minus reductio ad arbitrium boni viri peti possit, data magna iniquitate, vel læsione. Est communis opi. secundum Decium in cons. 11. ver. 4. principaliter. vol. 1. & in cons. 39. iuridicam. eod. vol. & in cons. 60. eod. vol. Mat. Chærianus.

Reductio seu reclamatio ab iniquitate laudi, peti potest vsque ad 30. an. Est communis opi. secundum Dec. in cons. 39. iuridicam. circ. fi. vol. 1.

compromitti de omnibus rebus de quibus alienatio fieri non potest, non potest. Est com. regul. omnium Doct. secundum Dec. in cons. 39. iuridicam. vol. 1. Matt. Chærianus.

Iniquitas autem seu enormis læsio laudi dicitur, quando reperitur facta læsio, saltem in 6. part. debitæ quantitatis. Vel est in arbitrio iudicis, cùm non sit à lege determinatum. Istæ sunt duæ principales Doct. opiniones magis cōmunes, secundum Dec. in cons. 39. iuridicam. in fi. vol. 1.

Pœna l. si quis maior, nō habet locum in Compromisso ēt iurato facta à parte inuita ex necessitate statuti vel iudicis. Est communis opin. secundum Iaſ. in cons. 12. allegata. ver. nec huic fundamento. vol. 1.

Partes quæ diu litigarunt, possunt etiam per iudicem ecclesiasticum ad compromittendum compelli, c. placuit. cum gl. 90. dist. Idem quando ex priuatorū lite inquietatur status reipublicæ. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & secundùm Bal. & Ang. in l. æquissimum. aliàs est. §. sed si inter. ff. de vsufruct. Balb. decis. 410.

compromissi prorogatio debet partib. intimari, aliàs nō valet sententia arbitramentalis. Est communis opin. secundum Bald. & Dec. cons. 39. iuridicam. in prin. Mat. Chærianus.

compromissum in arbitrum, & arbitratorem in dubio præsumitur præcessisse vt arbitrator. Alc. in tract. de præsum. reg. 3. præsump. 35. in fi. communem dicit. B. Villal.

compromissum ecclesiasticæ, atque adeò spiritalis causæ, quin in sacris non initiatum fiat, nihil vetat. commune dicūt Dec. in c. 2. n. 4. de iudic. Gra. cons. 87. n. 10. lib. 1. E. Suarez.

COMPROMISSVM si fiat cum clausula quod stetur laudo, pœna soluta vel cum clausula rato manente pacto. vel simili, tunc secundum gl. c. dilecti, de arb. standum est sententiæ vel laudo, etiamsi pœna soluta fuisset, q̄d procedit siue emologatio expressa, siue tacita interueniat, iuxt. gl. in l. 2. ff. de arbitr. l. cùm antea. & ibi. Odoffr. & Azo. C. de arbitr. quos sequtur Cy. ibid. & Bald. in l. ait prætor. ff. de re iud. & Im. in d. c. dilecti filij. quorum opinionem contra Iacob. Baldri. Martium de Fario. & Iacob. de Rauenna, tanquam communiter sequendam, asserit Bened. Capr. reg. 71. nu. 9.

Compromitti in iudicem. Non potest de iure ciuili compromitti in iudicem tanquam in arbitrum, sed tanquam in arbitratorem potest, per l. si in seruum. §. si quis iudex, cum glo. ff. de arbi. secus de iure cano. per tex. cum gl. in c. cum tempore. extr. de arbi. & ibi Panor. & communiter cano. Inn. in c. ex parte. in gl. ordinarius. eo. tit. Spe. in tit. de arbitro & arbitra. §. potest. ver. in iudicem. Ang. in l. 1. §. & post operis. ff. de oper. noui nun. Sed cum inter canoni. reperiantur variæ & contrariæ opiniones in locis præallegatis circa hoc, & sit clara decisio de iure ciuili in d. §. si quis iudex. illi videretur stādum in vtroq; foro. iuxta theoricam cano. in c. 1. de extr. de ope. noui nun. & legistarū. in l. p hanc. C. de temp. appel. Balb. decis. 411.

Compromittere. Super articulo iuris emergente, in causa, stante causa coram ordinario, potest compromitti in arbitrū, gl. reputatur singularis in l. pen. in verbo suam. C. de pact. vbi notabiliter dicit Bar. per illum tex. iuncta gl. Quod stante

statuto

Universidad de Sevilla

tanto q̃ de quæstionibus inter affines compromittatur, erit compromittendum, etiam in actic. emergente in causa principali. Balb. decis. 177.

Compromissum secuto laudo dicitur transactio saltē largo modo, secundum Bart. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui not. infa. Perus. in c. ex ratione, n. 29. de appel. Iaf. in auth. si verò contigerit. in fi. C. de iudic. conf. 12. n. 2. lib. 1. vbi q̃ sicut exceptio transactionis est exceptio litis finitæ; ita est in arbitramento, maximè vbi laudum est ratificatum. Auth. in diss. incip. Cum Laicus, quem sequitur Cacialup. tract. de transac. q. 3. vbi in tali arbitramento dicendum est idem quod in transactione vera. Dec. conf. 60. col. 1. conf. 298. col. 3. ex quo sequitur q̃ in tali transactione seu laudo homologato non habet locum dispositio l. 2. C. de rescind. vendit. prout in transactione dicit Alex. in l. si quis cum aliter. col. 3. vbi Iaf. col. 15. ff. de verb. oblig. Alex. conf. 42. col. 5. lib. 1. vbi dicit hanc communem opi. sequitur Dec. conf. 216.

COMPROMISSVM si fecerunt Titius, & Sempronius in arbitratorem annullatur, si alter ex compromittentibus ipsis est bannitus, & bona banniti sunt publicata, seu confiscata, secund. Roman. Alex. Iaf. & Soc. in l. si quis arbitratu. ff. de ver. obli. vbi scribūt istam opinionem communem fore. & sequitur Bapti. de sancto Blasio, in tract. de arbitris q. 53. Marc⁹ Antonius Blancus, in tract. de compromissis q. 7. n. 6. & Petrus de Benintendis decis. 21. n. 21. licet ibi reciter in Rota Bononien si decisum extitisse bannitum vigore statuti de compromissis faciendis inter affines cōpromissum petere possem & in hanc partem per rationes ibi assignatas rationabiliter Rotam inclinasse facilè dignoscitur. F. Viuius.

compromissum, vt de iure tantum iudicari debeat, intelligi debet de iure municipali, vel consuetudinario, de quo in loco, nō autem solum de iure cōi Romanorum. Ita in terminis concludit Carol. Ruin. in conf. 4. incip. quoniam proponitur, quod testamentum, &c. n. 10. 11. & 12. 2. vol. vbi allegat Bald. Inn. Ant. de But. Abb. Roma. & modernos Perusinos, respondens etiam ad authoritates contrarias dicēdo quod ita se habeat cōmunis opi. vt per eum. Item voluit Soc. iun. conf. 94. nu. 20. vol. 4. cum dicit, se hanc opinionem nedum communem, & veram, sed etiam indubitatam putare et non parum admirari de iis, qui contrarium tenuerint. E. Muscul.

compromissum factum de rebus merè temporalibus, ac ciuilibus ecclesiæ in laicum, necessariò non requirit cōsensum auctoritatémque episcopi, secūdum glossam, in vers. spiritualibus. post prin. in c. contingit interdum, de arbitris: cum qua sentiunt omnes Doctor. ibi, præfertimque August. Beroius. nu. 33. & seq. & nu. 26. vbi deducit istam opinionem communem esse. F. Viuius.

compromissum, & compensatio equiparantur. commune aio ex Alex. conf. 22. n. 3. lib. 1. & conf. 119. n. 3. lib. 2. Lanfr. de arbitr. 1. par. n. 3. lib. 3. tract. Alc. in l. cum te. n. 4. C. de transac. E. Suarez.

compromissum si vt in arbitrum & arbitratorem factum proponitur, res vti ab arbitratore decisa in dubio presumitur. cōmune ait Alc. de presump. reg. 3. presum. 36. in fi. E. Suarez.

cōpromissum in ordinarium tanquā arbitratorem iure riteque fiet cōe inquit Præpos. in cap. infantes 3. q. 7. E. Suarez.

compromissum quum affines cogente statuto inire adigūtur, ad quos id spectet, vide 5. ver. affines. E. Suarez.

compromissum alterutrius compromittentis proscriptione euanescit commune aiunt Bapti. de sancto Blas. de arbit. q. 53. Blanc. de compromissum. q. 7. nu. 6.

COMPROMISSVM.

Summaria

Procuratorem sine speciali mandato compromittere non posse. q. 1.

Si causa ex necessitate legis, vel statuti cōpromittatur, potest procurator compromittere sine mandato speciali. q. 2.

compromissum annullari, ac tolli per mortem alterius ex compromittentib. idque procedere etiam, si alter ciuili morte sublatus sit. q. 3. & 9. seq.

compromissum factum in arbitratorem difficilius solui, quàm factum in arbitrum. q. 4. ad ii.

compromissum finiri altero ex compromittentibus moriente, etiamsi res sit indiuidua. q. 5.

A laudo arbitrorum conceditur reductio, seu regressus ad arbitrium boni viri, intra annos 30. quibus elapsis transit laudum in rem iudicatam. q. 6.

Iudicem rei conuenti, esse cōpetentem iudicem reductionis: quibusdam, tamen aliter opinantibus: eò, q̃ reductio à laudo ad arbitrium boni viri, sit instat appellationis. q. 7.

Petitio reductionis contra laudum, si enormis sit læsio, admittitur, non obstante renunciatione munita iuramento: nec opus est, secundū iura absolutione à iuramento, secus secundùm Theologos. q. 8.

Iuramentum non extendi vltra intentionem iurantis, nec supplere consensum. ead. q.

Arbiter habens potestatem terminandi caus.m de iure, potest pronunciare, secundum consuetudinem. q. 9.

Petens reductionem, nec probans in eo iudicio iniquitatē laudi, etiam cùm partes compromiserunt expresse, stare laudo, nec petere reductionem sub certa pœna, potest adhuc in isto iudicio. quo pœna petitur, de iniquitate laudi p̃bare: Nisi iudex expresse pronunciauerit laudū esse iustū & equū. q. 10.

QVAESTIO I.

Quæro, An procurator possit compromittere? Resp. Communiter in eam itum est sententiam, procuratorem sine speciali mandato compromittere non posse. De hoc est tex. in c. per tuas. ibi Abb. in 2. notab. & Doct. communiter de arbitr. l. procurator. ff. de procur. Et firmat Dec. cons. 60. in prin. Socy. 18. ver. & ad compromittendum. vol. 1.

QVAESTIO II.

Sed nunquid hoc habet locum in compromisso ex necessitate legis vel statuti? Resp. q̃ non, sed magis placuit, procuratorem stante statuto vel lege. q̃ causa compromittatur, etiam sine speciali mandato compromittere posse. ita firmat Alex. & communiter Moderni in l. si plures ff. de pac. & in l. præses. C. de transact. Et hanc esse communem opinionem testatur Robert. Marant. in spe. par. 4 dist. 14. nu. 4.

QVAESTIO III.

cōmunis est conclusio, compromissum annullari per mortem alterius ex compromittentibus. Ita est tex. in c. fin. de arbit. & l. diem proferre. §. 1. ff. eod. Et firmat Bart. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. Lanfranc. de Oria. in tract. de arbit. 3. q. 4. q. prin. Baptist. de S. Blasi. in suo tract. q. 2. Maria. Soci. in conf. 66. nu. 10. vol. 1.

QVAESTIO IIII.

Sed quæro nunquid hæc conclusio procedat, si alter ex cōpromittentibus sit mortuus ciuiliter? Resp. q̃ sic, Ita tenet Baptist. de S. Blasio in d. tract. q. 53. Egid. Bellamer. d. c. fi. n. 1. dūmodò tamen eius bona sint publicata, seu confiscata. Io. de Imol. d. c. fi. n. 7. Bart. l. si quis arbitratu. in fi. n. 14. ff. de verb. oblig. vbi loquitur in compromisso facto in arbitratorē, quod difficilius soluitur, quàm compromissum in arbitrū. Et eum sequuntur ibi Alex. Iaf. & Socy. asserentes hanc esse communem opinionem.

QVAESTIO V.

Quæro, cōpromissum est pro vna parte, si vnus ex illis moriatur & res sit indiuidua, An etiam finiatur compromissum? Resp. q̃ sic, & ita tenet Alber. Galeo. tract. de arbit. Et hāc sententiam sequitur & firmat Io. And. in addit. ad Specu. tit. de arbitr. §. finitur. n. 2. Et tenet gl. d. l. diem proferre. §. 1. verb. morte. Quam ibi sequuntur Bart. Bald. & Doct. Hanc opinionem tenet quoque Ang. de Perus. conf. 248. n. 1. Et eam dicit communem Maria. Socy. iun. conf. 66. nu. 13. vol. 1.

QVAESTIO VI.

Quæro, intra quantum tempus possit peti reductio ad arbitrium boni viri à laudo arbitrorum? Resp. In hac quæst. variantibus sententiis disputatum est, prout refert pro & contra Abb. Sicul. in c. quintauallis de iureiur. Verùm communi & crebriori calculo ea approbata est sententia, q̃ possit haberi recursus ad arbitrium boni viri intra annos 30. quibus elapsis laudum transit in rem iudicatam, vt concludit prædictus Ab. Sicul. d. c. quintauallis. Et hanc sententiam firmat Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Baptist. de S. Blasio in tracta. differen. inter arbitrum & arbitratorem. q. 84. Eandē sententiam sequitur Soci. in conf. 220. vol. 2. Ang. in conf. 314. in prin. vbi dicit esse ius personale, ideoque non nisi 10. annorū spacio præscribi. Alex. conf. 95. vol. 2. col. fi. Dec. conf. 39. cum pluribus per eum allega. vbi dicit hanc esse communem opinionē, & ita iudicatū esse testatur Mathæ. de Afflict. decis. 32.

QVAESTIO VII.

Quæro, Coram quo iudice debeat peti reductio ad arbitriū boni viri? Resp. In hoc artic. variè loquuti sunt Doct. nōnulli existimantib. q̃ iudex appellationis à laudo debeat esse superior pronūciantis laudū, & nō actoris aut rei, ita tenet Ludo. Roma. conf. 265. ex quo. n. reductio ad arbitriū boni viri habet se ad instar appellationis, sicut à sniis iudicis recurrit ad superiorem iudicatis, ita quoq; ad superiorē laudātis recurrendū est. Alii verò ꝺ cēluerunt, iudicē cōpetē. tē reductionis esse iudicē rei seu q̃uēti, q̃ aliàs fuisset iudex causę principalis, ita tenet

Universidad de Deusto Biblioteca

Bart.in d.§.arbitrorum.Et sequitur pract. Papiens.in form. libel.quo agit ad pœnam ex compromiss.Alex.in cons. 131. in prin.vol.2.Eandem sententiam firmat Soc.in cons. 18.vol. 1. Abb.d.c.quintauallis.de iureiur.Et hanc dicit videri magis cõmunem Marant.in Spec.par.6.Rubr.de appel.n. 114.Et tenet Pau.de Cast.Leùm hi.§.transactione.ff.de transact.

QVAESTIO VIII.

Quæro, An non obstante renunciatione admittatur petitio reductionis contra laudum iuratum, An verò requiratur absolutio à iuramento? Resp.Hæc quæstio mirificè cõtrouersa est tam apud Antiquos,quàm Modernos,vt per Spec.ti.de arbitr.§.sequitur.vers.item quid si compromissum. Et Bar. d. §.arbitrorum. Verùm pro concordia concludiuè dicendũ est, secundum communem receptamque Doct.sententiam, ꝙ si læsio inferrur in parua quantitate, valet renunciatio, nec potest peti reductio,arg.l.ait prætor.§.quæsitum.ff.de minor. Sin verò infertur læsio in magna quãtitate,& ita si læsio est enormis, vel enormissima, tunc renunciatio non valet, etiamsi sit iuramento vallata, quia habet in se conditionem,si ex ea non inferatur læsio magna , & semper iuramentum intelligitur si ęquè arbitratus fuerit arbitrator.Præterea enormissima læsio non præsumitur cogitata, & iuramentum non extenditur vltra intentionem iurantis , nec supplet consensum, vnde non obstat iuramentũ.ita tenet Alex.in cons. 131.vol.2.Dec. consil. 11.vers.tertiò principaliter.& cons.60.Soc.cons.220. vol. 2.&ꝑs.104.co.4.vol. 4.pract.Pap.in for.libel.quo agit ad pœ. ex compromiss.verb.nec reductio.Et hanc dicit esse communem opinionem Marant.d.Rub.de appel.n. 115.Et ꝙ à tali iuramento non petitur absolutio, ex quo periurium non detegitur,vbi iuramentum non extendit se ad illud.Firmat quoq; Ang. cons. 172. Potest tamen ad cautelam peti absolutio secundum Theologos.

QVAESTIO IX.

Quæro,An arbiter habens potestatem terminandi causam de iure, possit pronunciare secundum consuetudinem? Resp. ꝙ sic,& ista est communis & recepta Doct.sentẽtia, vt firmat Aldobr.§.ius autem.nu. 5.Instit.de iure natur.gent.& ciuil.& Abb.in Rub.ext.de consuet.Eandem firmat Bald.l.illa institutio.ff.de hæred.instituen.Io.And.in add.ad Spec.tit.de arbi.§. excipitur.Et eam dicit magis communem Las.l.præscript.C.si aduers.ius vel vtilit.publ.

QVAESTIO X.

Pone,factum est compromissum,in quo partes promiserũt expressè stare laudo arbitri , & non petere reductionem sub certa pœna.Certum est,talem promissionem intelligi,si arbiter iustè & æquè arbitratus fuerit,si pars petat reductionem, & ille coram quo petita est reductio , decidat laudum esse æquè latum,altera pars petat pœnã.quæro, An in isto iudicio, in quo petitur pœna,possit pars denuò probare de iniquitate laudi,non obstante,ꝙ confirmatum sit per iudicem reductionis? Resp.Licet in hoc variè disputatũ sit,vt per Las. in l. Iulianus.ff.de verb.obl.vbi quatuor refert opiniones: Tandem tamen prævaluit Bart.opinio in l. Iulianus.ff.de condi.indebi.q̃ communi calculo vtriusque iuris interpretum approbatam esse firmat Las.ibi. Aut enim secundum eum iudex reductionis confirmauit laudum arbitri,quia iustum & æquum est,& tunc si agatur ad pœnam,pars à qua petitur, non poterit amplius probare,quia directò veniret contra sententiam reductionis.Aut iudex reductionis absoluit reum simpliciter nulla causa expressa, vel confirmauit laudum arbitri,quia pars aduersa non potuit probare de iniquitate, & tunc quando petitur pœna,poterit probari de iniquitate,quia tunc non deuenitur contra sententiam. Hanc opinionem tenet idem Bart. in l.ex diuerso.§. 1.de rei vendic.Bald. sibi contrarius in l. qui cum tutorib.in prin.ff.de transac.Ang.d.l. Iulianus. & Raph. Fulg.Im.Pau.de Cast.communiter Moderni in l. qui Romæ. §.duo fratres.ff.de verb.oblig.Panor.c.quintauallis.de iureiurand. Michael. Grass.

compromitti in ordinarium tanquam in arbitratorem potest.Præpos.in cap.fames. 3.q.7.communem dicit,& si cõprom ittatur in ordinarium , tanquam in arbitrum sententia erit nulla,cum sit inhabilis.Segu.in l. :.§.si vir,n. 160.de acq.poss. ff.quæ faciunt ad intell.l.fi.in ordi. de Madrid. in pragma. vbi mandatur executio fieri sententiæ arbitri quæ est intelligenda,si aliàs arbiter erat habilis,vt notat Bart.in l.2.§.prætor. ff. qui satisd. cogantur. Et idem est determinatum in sententia arbitratorũ.per l.8.in curiis de Madrid.anno 1542.Et nota,ꝙ licet sit verum quod de iure communi iudices possint esse arbitratores,vt hic patet, & in gl.in l.sed & si seruum.§.si quis iudex.ff.de arbi.& comprobatur in 24.tit.4.par.3.sed per l.9.tit. de correctoriis est prohibitum,vt in se non recipiant arbitramentum.Nota etiam ꝙ licet per dictas ordinationes non possit opponi exceptio aliqua:tamẽ exceptio ꝙ compromissum non valuit,vel nouationis,vel contrarij laudi potest opponi. Bald.in l.si causam.n.4.C.de except.rei iu. Item nota,ꝙ licet dispositum in d.l.solum habeat locum super iis, super quib.fuit compromissum:nam alias laudum post homologatum non valet:vt per Bald.in §.sententia.de pace Constan. in vsib.feu. allegans c.examinata de confirma.vti.vel inut.tamen arbiter pro bono pacis,potest apponere manum etiam ad non dedu cta in compromisso,vt per plura deducit Corset,sing.in verb. arbiter.Nota etiam aliud ad intellec.illius l.quod licet ad hoc ꝙ habeat executionẽ paratam,requiritur qd̃ deducatur compromissum,& sententia,ac alia contenta in illa l.quod limitatur si alias sententia fuit lata pręsentibus partib.& nõ ꝺicentib.quia tunc sufficit solum sententiam producere,vt mandetur executioni,vt per Alex.in cons.84.n.3.& 4.vol.4.Nota aliud quod licet data sit potestas arbitris ad prorogandum terminum compromissi, tñ ꝓrogatio debet intimari partibꝫ,vt notat Dec.cõs.36.n.2. q̃ cõem ãt. Vbi ẽt dicit, ꝙ licet arbitri possint ꝓcedere,partib.absentib.nihilominꝰ partes sunt cirãdę:aliàs snia ẽ nulla.vbi vid̃ plura d̃ nullitate ꝺpromissi.B.Vil.

ADDITIO.In materia Cõpromissi dicit Barto.in l.3.§.tamersi:in fi.ff.de arb.ꝙ si in compromisso arbitratoris apposita sint hæc verba eligẽd. eum vt bonũ virũ impeditur reductio ad arbitriũ boni viri quę opinio nõ est tuta,qa lac.But.in l.cũ aũt.C.de arbi.& ibi Bald.bene.n. 3.dicit quod,cõiter seruatur quod nõ obstan.quacunq; cautela verborũ põt ꝓp enormen læsionẽ reductio peti ad arbitrium boni viri per rões ibi positas.Nota ẽt alium errorẽ Bart.in eadem materia,in auth.nisi breuiores.in fi.C.de sent.ex peric.recit.vbi creditur dicto arbitratoris si in compromisso apposita est clausula,quod in scriptis & sine scriptis ꝓcedere possit.Quæ opinio cõiter nõ seruatur,vt notat Cy.& Bal.in l.ne in arbitris,vbi etiam Bart.C. de arbit.& cano.in c.cũ à nobis.de restit.& in cap.statuen.2.q.6. nisi saluan.Bart.dicas,ꝙ credatur arbitratorib.in his,quę sunt parui præiudicij,aliàs sequeretur absurdũ, qd̃ posset adire iudicem dicen.plene fuit coram me probatum,& nunquã eius opi.placuit Ang. quæ semper sibi visa fuit periculosa,vt in d. auth.nisi breuiores. n.3. Similiter alius error in dicta materia compromissi,vt in l.qui Romæ.§.duo fratres.circa prin.ff.de verb.obl.& ante Bart.ẽt dic,ꝙ succumbens in causa reductoria indistinctè tenetur ad pœnam in compromisso appositã. Quæ opi.communiter reprobatur,vt per Bald.in l.si iudex.n. 2.ff.de his qui sunt sui vel alie.& alij,maximè Ang.in d.§.duo fratres n.5.dicens quod idẽ.Bar.consuluit contrarium l.Fich.

Comprimitti possunt in laicum arbitratorem causæ ecclesticæ,etiam spirituales,secundum Host.& Io.And.in c.fi.de rerum permut.Roma.cons.290.Anch.cons.23.& 97.Alex.cõsi.111.volu.2.& in lege quoties.C.de iudic.& Dec.cum aliis citatis per eum,in c.2.n.4.de iudiciis.vbi dicit istam opinionẽ communem esse,& idem firmat Hieronymus Gratus,consil. 87.nu. 10.volu. 1.& Moderni.Bononiens.in cap. contigit.de arbitris. F.Viuius.

compromittere clerico permissum non est de re ecclesiastica,nisi ad sui præiudicium,teste Rom.consil. 175.nu.3.qui enim alienare non potest , neque etiam potest compromittere,iuxta tradita per eundem cons.369.n.18. Dec.consi.39.n. 4.cons.44.col.2.445.n.27.Grat.cons. 155.n.20.lib.2.quo fit, vt de rebus ecclesiasticis absque superiorum licentia compromitti nõ possit,Rom.d.cons. 175.n.3.Rob.de ord.iud. 14.dc. c.18.n.5.De quo art.An Rector,vel prælatus absque capituli cõsensu:ac superioris authoritate,de iure possit compromittere super rebus ecclesiæ,præsertim illis, q̃ citra capituli consensum ac superioris authoritatem alienari non possunt,vide Soc.cons.18.col.14.lib.1.Ab.in c.cum tempore.de arb.Turz. inter comm.opi.lib.ver. vbi videtur concludere magis communem opin.esse illorum qui tenent partem negatiuam.

compromittendi ius non est,quibus alienandi facultas non est.cõcassero ex Las.in l.vlt.n. 129.C.de iure emph.Dec.cons. 44.Capic.decis.93.nu.3.Soc.Nep.cons.77.nu.77.lib.1.Marc. Blanc.de compromis.4.par.nu.28.Paris.cons.85.nu.15.lib.3. Tiraq.de iur.marit.gl.5.n.202.cum seq. Vnde illud haud erit rectori,seu præsidi ecclesiæ,super eiusdem ecclesiæ rebus,absque capituli consensu,vt commune affirmant Soc.consil.18. in fi.Turz.opin.77.& opin.161. E.Suarez.

comp

compromisso facto in amicos ex forma statuti inter affines vel in aliquo casu disponentis compromitti debere, si electi non concordauerint, iterum & pluries cõpromittendum est, quia non videtur satisfactũ menti statuentium, donec sequutum sit cõcordium. secundum Bald. in l. fideicõmissa. §. si quis alicui. 10. ff. de leg. 3. & l. prætor. §. hæc vox. ff. de eden. Roman. in l. prætor. §. hæc autem. ff. de oper. no. nunc. Balb. decis. 127.

Compromitti an possit de re spirituali in laicum Arbitratorem: vide Rom. cons. 173. 299. & quòd possit tenet Anch. cons. 34. n. 6. cons. 98. Rom. d. cons. 173. ante fi. Alex. in l. quoties. n. 5. C. de iudi. cons. 91. col. 1. libr. 2. Fel. in c. cum sit. nu. 3. de for. comp. Rui. cons. 66. n. 11. li. 4. quodque de re spirituali in Arbitratorem etiam laicum compromitti possit: not. Ias. d. l. quoties. col. pen. ver. quid autem. & est communis opi. teste Dec. in c. 2. 2. not. de iudi. Grat. cons. 87. n. 10. libr. 1. S. Blas. tract. de arb. q. 17.

Conatus siue attentatũ ad delictum cõmittendum, etiamsi effectus nõ sit sequutus, de iure communi punitur, vt communem dicit Io. de Lignan. cons. 20. n. 15. inter cons. crim. diuers. lib. 1. contra quòd non puniatur nisi sit secutus effectus, com. dicit Barbat. cons. 33. libr. 2. vt illum refert Apostill. ad Dec. in l. non vult hæres. num. 4. de regu. iur. Grammat. vot. 8. nu. 15. & ita quoque consuetudine per totum mundum approbatum esse dicit Ang. in l. 1. §. fi. nu. 3. ff. quod quisque iuris, quem refert Maranta in suo Specul. nu. 54. Aliqui tamen dicunt in delictis attrocissimis conatum puniri, vt com. dicit Fel. in c. 1. n. 9. de off. delega. & Boer. de seditios. in 7. præsuppos. n. 2. Sed certe etiam hoc casu mitius de cõsuetudine punitur, vt dicit com. Marf. cõs. 105. n. 1. Gram. voto. 8. vt illum refert didac' in clem. si furiosus, ver. verùm circa. refert Clar. d. §. fi. q. 92. per tot. P. Fichard.

conatus licet regulariter non puniat nisi sequatur effectus, tamen in crimine assassinij hoc fallit. com. Did. in reper. clem. si furiosus vers. secundò proponitur. Ang. cons. 13. Clar. §. assassinium. ver. Scias etiam. P. Fichard.

conatus puniendus est in atrocioribus delictis, secundum Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de pisc. & cler. per tex. ibi glo. in ver. putamus. in l. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. approbatam ibi à Cyn. Roman. & ab aliis communiter, & idem probat text. in capitulo primo, de homicid. in 6. & l. quisquis. C. ad leg. Iulia. maiesta. & notat Gramma. in decisio. 2. numero quinto, & Criminalistæ omnes variis in locis. Sed conatus iste in atrocioribus criminibus non punitur pœna ordinaria delicti perfecti, & consummati, etiam quòd delinquens peruenerit ad proximum ipsius delicti actum, ac fecerit posse suum, nec steterit per conantem, quin delictum omninò consummatum fuerit, secundum Cyn. & Salycet. in dicta l. si quis non dicam, And. de Iser. in ca. 1. §. si verò. de capita. qui curiam vend. Ang. in trac. malefi. in gl. Sempronium mãdatorem, Cæpol. cons. fi. Grammat. d. decisio. 2. n. 22. & decisio. 74. n. 12. & in voto. 20. & ista est communis opinio, teste Cataldino de Boncompagnis, in consil. 55. numero 58. posito inter cons. criminalia diuersorum in 1. vol. Marf. cons. 105. & in l. is, qui cum telo. C. de sica. Grammat. in voto, 8. nu. 11. cum aliis seq. & Carrerio in pract. crim. rubr. de homicid. §. 2. nume. 19. Et primò potest tradi exemplum commodum hic in porrigente, seu propinante venenum alicui causa occidendi. tunc ob actum proximum consummationis ipsius criminis non sequuto effectu & morte, tradens venenum, vel tentans occidere veneno venit pœna extraordinaria puniẽdus, secundum Bald. cons. 444. lib. Ang. in l. 1. §. fit iniuria. ff. de extraordin. crim. Floria. in l. item si obstetrix. ff. ad leg. Aqui. Cepol. in d. cons. fi. Afflict. in constitut. Neapol. lib. 3. rubr. 41. Alexand. ad Barto. in l. 1. ff. ad l. Pomp. de parrici. Cremen. sing. 49. defensaui semel. August. in add. ad Angel. de malefic. vers. & ex interuallo. in fin. Marsil. in l. eiusdem. ff. de sicar. & Paris. cons. 167. numero 12. vol. 4. Gramma. in d. decis. 2. vbi memi nit ita fuisse decisum in sacro regio cons. Neapolita. & postmodum confirmatum per principem contra sententiam magnæ curiæ vicariæ in prætorio supremo in ciuitate Neapolis, & istam fatetur communem opinionem Carreri. in d. pract. in §. homicidij, nu. 19. & seq. ibi & Fel. in tract. quando conatus puniatur. & Grammat. in d. decis. 74. numer. 16. & seq. Secundò tradi potest circa premissa alterum exemplum congruens in raptore virginis, honestæque mulieris, qui ob raptum, ac conatum duntaxat deductum ad actum proximum contra honestam mulierem non sequuto effectu, & sic non stuprata, & cognita ipsa muliere, sed solummodo rapta, est puniendus ob hoc raptor nõ pœna l. vnicæ. C. de raptu virg. verùm minori pœna, secund. Ang. ibi, & Anan. in cap. pen. de raptor. Dec. cons. 234. Cæpol. cons. 57. Marf. cõs. 105. Carrer. in d. prac. in tit. de homic. §. circa. n. 285. Grammat. d. decisio. 2. numer. 29. & ita se habet communis opinio, secund. Boer. decis. 316. & Cataldinum de Boncompagnis de Viso, in cõs. 55. nu. 54. quod cons. reperitur inter cons. crim. diuersorum, lib. 1. Contrarium verò in hoc tenuerunt Andr. de Iser. & Afflict. in constit. Neapol. lib. 1. rub. 19. q. 2. cæterùm fatuum esset ob opinionẽ illorum recedere à dicta communi, quæ est verior, & communior. In crimine verò atrocissimo lætæ maiestatis conatus debet pœna ordinaria puniri, dict. l. quisquis, Ange. in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iu. Archidia. in ca. si ergò. 17. q. 1. Barto. & Alex. in l. ea mente. ff. de furt. Afflict. in consti. mala noxia. Marsi. in d. l. eiusdem, n. 9. & clarissimus D. Restaurus Perusinus præceptor meus, in tract. de Imperatore, q. 118. num. 11. & hoc procedit absque dubio, vbicunque conatus non fuerit nudus, solus, & simplex, sed fuerit deductus ad aliquem actum remotum, seu proximum sine delicti consummatione, secundum communem opinionem omnium Doc. amplexam ab Ang. in d. §. hæc verba Bald. & And. de Iser. in ca. 1. §. si voluerit, de ca. qui curiam vend. Afflict. in constitut. asperitatem fall. 2. & relatam ac mentionatam per Carrer. in d. §. 2. n. 15. & alios præcitatos. F. Vitius.

Conatus, siuè attentatum ad delictum committendum, etiam si effectus non sit sequutus de iure communi punitur, vt est communis opinio. Sed de consuetudine contrarium seruatur per totum mundum, etiam in atrocissimis, quia mitius quis debet puniri, vt est communis opi. Clar. q. 92. per totam. Grammati. decis. 74. n. 14. Fel. in c. sicut noxius. 1. n. 2. de præsumpt. Brunus inter cons. crim. cons. 115. nu. 90. tomo. 2. Bened. de foro Sempro. in reperto. Fel. in ver. conatus regulariter. vbi communem dicunt. Bonacost.

Concessio Imperialis dicitur, donatio, & non feudalis cõcessio in qua hæc verba (damus, concedimus seu donamus) non tamen qualificata, id est, non facta mentione feudi, posita inueniuntur. Old. cons. 159. incip. ex præsenti themate &c. Idem voluit Alber. de Rosa. in rub. C. de donatio. Vbi post argumenta hinc inde facta concludit, veram esse opinionem Oldra. Idem firmat Paul. de Cast. in cons. 161. in præsenti causa in Antiquis. Alex. in cons. 24. nu. 7. in 5. volu. Dec. in consilio 32. ver. non obstat ergo, & cons. 208. 2. vol. ver. postremo aduertendum. Sic etiam sequendo Oldr. firmat Ruy. in cons. 24. n. 6. in fi. vol. 1. Et hanc esse cõmunem opinionem attesta tur Soc. Iun. in cons. 1. n. 19. vol. 4. E. Muscul.

concessio villæ & terræ cum suis pertinentiis ac iuribus, dicitur incerta, ita quòd probari debet quid, quantum limitatè fuerit in dominio concedentis, secundum communem per Burs. cons. 46. n. 24. lib. 1.

concessio alicui pro se, filiis & hæredibus, non requirit cõcursum vtriusque qualitatis, videlicet quòd sit filius & hæres in re transitoria ad extraneos: secus in feudo, & emphyteusi, secundum communem per Burs. consilio 31. nu. 12. lib. 1.

PRO. concesso vno inconuenienti sequitur aliud. l. fi. C. de vsu. rei iudi. & l. ratas. C. de rescind. ven. Bellon.

PRO. conciliorum statuta, suggerente spiritu sancto cõscripta esse creduntur. capi. si quis diaconus. 50. dist. Idem.

conclusio libelli in criminalib. colligitur ibi. Quare peto ipsum puniri iuxta formam statutorum, &c. & ista est communis practica. Clar. q. 12. ad fi. Bonacost.

Conclusio in causa non fit in criminalibus, vt est communis opin. Clar. quæst. 61. ver. vltimo. incip. quæro etiam. Grassus libr. 2. communium opi. c. 20. q. 1. nec fit litis contestatio, quia constitutum rei acceptũ est loco ipsius contestationis. Blancus in l. fi. ff. de quæst. fol. 9. Marsil. in practic. crimin. in §. sequens. numero quinto. vbi dicit communem esse opinionem, quòd in causis criminalibus non obstat publicatio, seu conclusio. & ibi. nu. trigesimosecundo. dicit, quòd æquitate suadente, etiam post conclusum in causa, potest fieri probatio. Bonacost.

Conclusio in causa. Dum dicunt doc. post conclusum in causa nihil produci posse: intellige, nihil de iure partis. quod consistat in instrumentis, aut aliis actitatis, secus si cõsistat in iuris alleg. teste Rom. cons. 176. nu. 9. qui eo modo intelligẽdus est cons. 20. num. 2. cons. 100. ante fi. cons. 346. numer. 7. de quo vide Rol. cons. 52. num. 4. nume. 12. libr. 4. prædictam autem Reg. quòd facta concl. in causa: nõ recipiãtur amplius probationes c. auditis de proc. c. cum dilectus vbi Fel. in prin. de fid. instr. doct. in l. admonendi de iureiur. limita, non procedere in probatione facienda per partis confessionem, Bal. & Castr. in Rub. C. de pba. Hinc est, quòd litigantes post concl.

Universidad de Deusto Biblioteca

in causa interrogari possunt, teste Abb.& Fel.in cap.cum Ioannes.de fide instru.secundo limita,quotiescunque iudex,vt ei notior sit causa se instruere velit, tunc enim post conclusionem ex suo officio testes recipere potest, & informationem etiam ad ius partis nouiter fundati,secundum cõem per Alexand.in l.quarta.§. hoc autem iudicium ff.de dam.infect. de quo per Hypol.sing. 154.vbi distinguit.licet Bellon.cons. 59.n.6.cõtrarium teneat, dicens prædictam communem veram in causis summariis, item non procedit Reg.prædicta,vbi in causa procederetur sola facti & tunc enim post. concl. testes admitti dixerunt Imol.in Clem.sæpe de verb.sig. Alex. cons.84. libr.4. quod verum putant doc. quando testes non sunt publicati nec didicit testificata,aliàs secus propter timorem subornationis, per text.in Auth si verò de testi quo tex. fundatur ea. communis opin. testes post didicita recipi non posse,de qua per Bellon.cõs.25.n.6.Rursus limitatur d.Reg. non procedere in probatione per rei euidentiam locique aspectum, Bal.in l. contra negantem in fin. C.ad l.aquil. in l.si quis testibus.in fi.C.de testi.qua nulla melior est probatio Aflic.decis. 107.n.6.216.n.3. & nunquam censetur exclusa,Alex.cons.116.n fi.libr. 1.Ias.in l.1.nu. 10.ff.de no.op.nun.vbi quòd sententia nunquam transit in rem iudicatam quando per rei euidentiam iniqua apparet, Dec. in capit. cum spati.§. porrò 2.not.de appell. Rui.cons.138.nu.24.libr.5.Catel.ver. damnum datum Ias. in l. eum qui §.in popularibus n.5. de iureiur.ex quibus est communis opi. probationem per rei euidentiam etiam post concl.in causa admitti de quo plura not. Azo. in summa C. ad l. aquil. Ias. in l. de periurio ff. de in lit. iur. vbi quòd talis probatio nunquam intellꝝ exclusa à lege vel statuto, per l si irruptione ff. fin. Reg. Bal.d.l.si quis testibus. Alex.d.l.eum qui §.in popularibꝰ ff.de iureiur.vbi quòd licet iuramento litis decisio stari sit. & in contrarium non admittatur probatio, l.non erit.§. dato ff.de iureiur. nunquam tamen intellꝝ derogatam probationem quæ fit per rei euidentiam,quam admitteñ dicunt dicunt doct. non obstañ aliqua probatione.& testium publicatione,Soc.trac.fall. ver.testium publicatio,plot.de in lit.iur.§.48.n.23.§.49.num.24.& etiam non obstañ concl.in causa, quæ non tollit probationẽ ocularem teste sapia ad Abb. in c.cum venissent litera A extra testi quia omnis probatio vincitur, si aspectus in contrarium testificetur,Bal.in l.Deo nobis C.de epis.& cler.Item ea.Reg. locum non habet, in causa matrimoniali, in qua etiam post conclusum testes examinari possunt,c.sicut ex literis.de sponsal.Fel.in c.ad hoc.nu.2.vt lit.non contest. De quo arti. plura not.Capel.Tolos.q.14. 146. 175. Matthæs.sing.57.Rob.de ord.iud.par.6.actu 15.c.51.

Conclusio in causa non est de substantia iudicij, vnde si omittatur: ob id iudicium in efficax non redditur, teste Fel.in c.cum l.& A.de re iud.Rob.de ord.iud.c.51.num.9.& scribit Rol.cons.52.à n.4.vsque ad 12.lib.4.& nu.29.post Abb.in c. 2.n.15.de ord.cog. quod intellige procedere in foro Cæsaris & ecclesiæ in causis beneficialibus & summariis,secus in prophanis,& ordinariis,glo.in Clem.sæpe ver.concl. de ver.sig. Fel.in c.cum dilectus col.6.ver.quanto de fid.instr. Capic.de cis. 1.col.9.Vant.de nullit.c.ex defectu processus.nu.25. Quibus adde, quòd concl.in causa æquiparatur sententiæ,secundum Neuiz.cons.20.nu.26. & est terminus disceptatiuus, vt not.Catel.ver.confessio potest.cuius concl.omissio, vt iam diximus,nõ vitiat sententiam iure ciuili, per ea quæ scribit Ab. in c.pastoralis de cauf.poss.& propriet.col.3.Bal.in l.nec causas.de appell.Fel.in c.cum dilectus.nu.33.de fid.instr.& si contrarium teneat Bal.in marg.vers. Renuntiatio & concl.vbi dicit eam esse de ordine substantiali, eiusque omissionem vitiare sententiam,per Auth.iubemus.C.de iudi iuxta traddita per Mising.cent.3. obser.17. vbi declarãdo dicta doc.inquit, quòd etsi conclusio nihil sit aliud,quàm renuntiatio probationum & defensionum:iuxta glos.d.ca. cum dilectus de fid. instr.post eam tamen in iure allegari potest,secundum Bal.in d.Auth.iubemus, item peti restitutio per minores, mulieres, ecclesias, & deferri iuramentum suppletiuum, si modo ante conclusionem petitum sit, Accedit, quòd admittitur etiam probatio per confessionem partis, per rei euidentiam, & per aspectum loci,Quid de interrogatione,& Dic,eam fieri posse ad partis instantiam post concl.præsertim in causis summariis, teste Abb. & Fel.in c.cum legationes.de fid.instr. quid de probatione ad defensionem Rei? & Dic quòd admittitur in criminali facta cõclusione in causa,Bar.in l.Diui fratres. ff.de pœnis in l.1.§.fi.ff.de quæst. Mising.d.cent. & obser.supra alleg.vbi etiam quòd iudex inuitus partibus,vel earum altera, datis sufficiẽs dilationibus, cãm pro conclusa,acceptare potest,quod etiam ex subalpinæ patriæ Ducal. Decretis disponitur.lib.3.c.26. quem autem dicatur conclusum in causa:Dic, vt per Nat.cons.251.col.fi.252.n.2.& col.3.circa med.& habetur in ca.cum dilectus de fid.instr. & qui Nat.d.cons.252. col. 3. declarat decis. Rotæ ibi alleg. quòd in summariis admittantur articuli, etiam post terminum.quæ Rota loquitur in beneficialibus,& matrimonialibus.quę habent separatam rationem à causis prophanis, quæ omnia latius declarat Nat.d.cons.Ias.in l.parte furioso. nu.21. ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.in Rep.l.admonendi.n.59.ff.de iureiur.

CONCLVSIO.

Summaria.

In criminalibus conclusio in causa an sit necessaria.q.1.

Iudicem posse concludere in causa partibus inuitis, vel altera parte inuita: dummodò dilationes sufficienter datæ sint. quæst.2.

Iudicem post conclusionem in causa partes interrogare posse non tantum super declaratione antiquorum capitulorum, sed etiam super nouis ad fundandum intentionem partis.q.3.

QVAESTIO I.

QVAERO, An in causa criminali cõcludatur in causa? Respon.quòd non. de hoc est tex.in l.vnius facinoris.§.cognitum.ff. de quæst.Et ita tenet Bart. in extrauag.ad reprimend. verb.subsequentia.Bald.l.1. C.de condi.indeb. Ang.Areti.in tract.malef. ver. qui iudex statuit terminum ad oppo.contra proces.Roma.cons.175.& in repet.l.1.ff.de arbitr. vbi reprehendit Ang.qui cõtrariũ tenet in l.pactum inter hæredem. ff.de pact.Et hanc dicit esse communem opinionem Hyppol. in pract.crim.§.seq.num.1.

QVAESTIO II.

QVAERO, An iudex partibus inuitis, vel altera parte inuita possit in causa concludere? Respon. quòd sic, secundum receptam & communem Doct. sententiam. Ita tenet & concludit gl. per omnes reputata singularis in Clem. sæpè. verb. conclusione. de verb. sign.Et eam dicit esse communiter approbatam Hyppol. de Marsil.d. pract. crim.§.seq.numer. 10. dummodò tamen dilationes sufficienter datæ sint Bald.& Matthæ.de Afflict.numer. 105.cap. 1.in princ.si de inuestitu. inter domi.& vasall. Ias.repet.l.admonendi.numer. 152.& in lectur.numer. 52.

QVAESTIO III.

QVAERO, An iudex post conclusionem in causa partes interrogare? Respon. Diuersæ sunt Doct. sententiæ,Namque Specul.in titul.de posit.§.4.ver.quidam tamen dixerunt. & versic.sed si ante.& ibi Ioan.Andr.in addit.verb.interroga re.tenet quòd iudex ex officio, non ad instantiam partis possit interrogare super declaratiõe antiquorum capitulorum, non super nouis,& ita tantùm super iis, quæ ante conclusionem acta sunt, etiam post conclusionem,& quandocunque. Et eum sequitur Bald. l. per hanc. C. de tempor. appellat.Innocent.cap. cùm Ioan.de fid.instru. Rom.consil.20.in fin. & in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.Et hanc dicit esse communem opinionem Hippol.l.1.§.fi.n.68.ff.de qnæstio. Et eam dicit in practica sustentabiliorem propter authoritatem innocentij.

Contrariam verò partem, quòd scilicet iudex indistinctè possit interrogare etiam super nouo capitulo ad fundandam intentionem partis ad priuatam vtilitatem, tenet Alexand. d.§.hoc autem iudicium post Anton.de Butr.capit.cùm causam.de iura.calum.& sequitur Abb.d.c.cùm Io.& hoc ex officio, non ad petitionem partis. Hanc dicit esse magis communem opinionem Robert. Marant.in Specul.part.4.dist.9. n.28. Michael Cras.

CONCVBINA vel alia mulier soluta cum presbytero concumbens non dicitur committere adulterium, sed simplicem fornicationem. commun. dicit Caccialup. in repetit.authent. si qua illustris. numero trigesimoprimo. C.ad Orfici.Clar.libr. 5.sentent.§.fornicatio.versicul.cum presbytero. P.Fichard.

Cõcubina,vel alia mulier soluta cũ presbytero concũbens, dicitur

dicitur committere sacrilegium,& nō simplicem fornicationem.communis est opi.thelogorū Clar.in §.fornicatio. vers. cum presbytero. Bonacosi.

PRO.Concubinatus est iure ciuili permissus.lege.in cōcubinatu in fine.ff.de concubin.

OBIEC.cōtrà de can.nemo.&can.dicat aliquis.33.q.4.vbi quicquid præter vxorem legitimam cōmittitur adulterij crimine damnatur.ergo per cōsequens concubinatus prohibet.

SOL.Hoc verum est de iure canonum,vt ibi.Bellon.

Nota.

concubinatus criminis cognitio hodie spectat ad ecclesiasticum tantum.Clar.q.37.ver quæro etiam. Bonacosi.

cōcubinarius,seu fornicator publicus,ac notorius in sacris ordinib.cōstitutus est suspēsus ipso iure ab officio, & bñficio & celebrans ante peractā pœnitentiam, efficitur irregularis: ea quidem irregularitate. quæ à solo Pōtifice deleri potest,secūdum Ab.in c.vestra.de cohab.cler.& mulier. Host.in c.si celebrat,de cler.excom.minist.Syluest. in ver.cōcubinarius.§.4. Anan.& Fel.in c.cùm dilectus, de accusatio. Ant.in c.1.n.32. de iudi.Aquens.in trac.de cōcubinariis clericis, ꝓclusio. sept. Florent.in 3.par.tit.27.ca.3.Palud.in 4.sententiarum.dist.27. q.4.& Ioannes Bern.Diaz.in pract.canon.crim.in tit.cōcubinarii.c.73.& istorum opinionem inquit esse communem Io. de Imol.in d.c.1.Nicol.Plouius de irregularitate.regul.41.& plerisque ex præcitatis scriben.&Guid.Pap.in q.558.vbi eam sequitur: & concilium Gratianopolitanum secundum eandem iudicasse meminit.& hoc ampliat.Florent.in d.c.3.vtiliter.& doctè.allegans Inn. Host.Archid. & Ant.quod non solum sacerdos, sed etiam in quocunque ordine constitutus,etiam minori est suspensus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione,& tandiu suspensus est, quādiu in vitio perseuerat,& interim exequens officia sua etiam semel irregularitatē incurrit,& indiget Pontificis dispensatione, quod sequitur quoque Syluest.in d.ver.cōcubinarius,& statutum fuit in concilio Basilien.in sessione vigesima, ꝙ publici concubinarij,vsque quo cum eis per suos superiores dispēsatum fuerit post ipsarum concubinarium dimissionem,ac manifestam vitæ emendationem sunt inhabiles ad susceptionē quorumcunque honorum,dignitatum,beneficiorum,& officiorum, si verò post huiusmodi dispensationē vomitu recidiuo ad talem notorium cōcubinatum redierint,ꝙ absque spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Sed hic congruenter pro animarū salute, & pro amouendo scandalum,quod in mētibus aliquorū quotidie exoritur,diligenter inquirendum est vtrū missam audire debeamus ab isto publico cōcubinario, & breuiter verò cōcludendum ꝙ sic. quoniam licet in hoc,& circa hoc sit valdè reprehēsibilis, exēplo tamē Iesu Christi redēptoris nostri cēsetur pmissus accessꝰ ad missam p̄dicti notorij cōcubinarij q nēpè Christus nec Iudā,& si falsus esset discipulꝰ ab apostolatu eiecit,&q solē sup bonos, malosq; oriri facit cuius actio nostra ē instructio,&qa nos cū laici simus,de presbyteris iudicare,nec de illorū vita quęrere debemus,& hoc mō Nicol.ad cōsultationem Bulg.respōdisse legimus,c.consulendū.29.dist.cæterùm hoc nō est simpliciter verū,ideoq; pro resolutione distinguēdum arbitror sic: ꝙaut Concubinatus crimē est notorium,vel per sententiam, vel per cōcubinarij cōfessionem, ita ꝙ nulla tergiuersatione celari possit, & tūc abstinēdum est ab eo, sm Ab ī d.c.vestro. in 2.3.& 4.q.& hoc procedit quoque,quando clericus tenet publicè cōcubinam sicut vxorē,& publicè nutrit filios,ita ꝙ ipse minimè audet diffiteri,eo casu,sm Abb.non est licitū audiri diuina ab eo,ēt sine aliqua monitione superioris. Aut est occultū sicuti eorū q ab ecclesia tolerant, nec operis euidentiam habēt,& hoc casu ab huiusmodi quādiu ab ecclesia ipsa tolerant diuina mysteria,aliaque ecclesiastica susc̄ipere sacramēta liberè,& licitè possiumꝰ,tex.est in d.c.vestra,& in c.tua. e.tit.de cohab.cler.& mulier.& gl.in c.nullus 32.di.Et publici concubinarij ad dilucidādum præmissa intelligēdi sunt sm concilium Basilien.in d.sessione 20.nō solùm hi,quorū concubinatus per sententiam,aut confessionē in iure factā,seu p rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari notorium est, verùm ēt. qui mulierē de incontinentia suspectā, & infamatam tenet,& per suum superiorē ipsam cū effectu nō dimittit.Contrariam verò partem,videlicet publicum fornicatorem,seu concubinariam irregularē nō esse, si diuina officia celebrauerit tpe suspēsionis,& publici cōcubinatus,putauerūt Inn.& Io.And.in d.c.si celebrat, Spe.in ti.de dispēsatione.§.iuxta ꝓpositionis.n.20.Card.in c.vestra.Archid.in c.preter.§.ad hæc verò.32.di.Io de Imol.in d.c.1.de iudi.&Nicolaꝰ Plouius,in d.reg.41.quorū opinio iudicio meo censetur magis communis,sed ipse nunquā auderem iudicare, cōsulereque ꝺ priorem sententiam,Ab.& sequacium cōmunem,quę citatur ab omnibus ferè contrarium asseuerātibus,& licet,ꝙ pareat dura nimis,tñ est obseruanda,tanquam communis,& in iure verissima, quā equidem multū timere deberēt oēs, & singuli clerici in quocunque ordine cōstituti, & ne illā ignorarent,omnibus illis quotidie prædicanda foret.& præsertim qa ēt ipsi cōcubinarij patiunt. 30.alias pœnas, quas cōmunerat Rebuffus in interpretationibꝰ per eum factis ad dictū cōcilium Basilien. quod cōcilium inuenies insertum in cōcordatis inter Leonem Decimū,& Regem Francię,infantum ꝙ plura sunt damna,& incommoda cōcubinatus,q̄ pœnæ quæ possent irrogari per iudices, & concilium Tridentinum sub Pio Quarto in sessione 25.c.14. contra clericos ꝓcubinarios detinentes cōcubinas,aut alias mulieres, de qbus suspicio haberi possit in domo,vel extra,confirmauit omnes,& quascūque pœnas à sacris veteribus canonibus, vel statutis ecclesiarum impositas, vbi etiam statuit, quòd si clericus concubinarius post monitiones factas cōcubinam dimiserit,& post eā dimissam, aut aliā publicè reassumpserit p̄ter pœnas ibi statutas,excommunicationis gladio plectatur, & determinauit quoq; ꝙ cognitio contra & aduersus concubinarios,spectet ad episcopos,qui sine strepitu,& figura iudicij,sola facti veritate inspecta,procedere valeant,atque possint. F.Viuius.

Concubinatum de iure ciuili non esse improbatum, com. dicit Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus.nu.13.ff.ad Trebell. quem refert Io.de Garon.in rubr. C.de secund.nupt.in pœna 28.ver.ex qua conclusione.Bermon.de concubin.n.2.Socinꝰ in l.cum Auus n.65.ver.magis tamen.ff.de condict.& demōstra.contrariam autem : nempè ꝙ concubinatus hodie sit reprobatus,etiam à iure ciuili, dicit communiter teneri Alex.sibi contrarius,cons.59.n.4.li.4.Fel.in c.cùm sit generale.n.13. de foro compet.Ripa in l.fi.n.38.C.de reuoc.donat.Didacus super 3.decreta.in par.1.c.4. prout illum refert Nunius delos corregidores,nu.1.in fin. Clarus tamen qui hæc refert, putat in puncto iuris veriorem esse priorem opinionem, nempè ꝙ non sit concubinatus de iure ciuili prohibitus,li.5.sent.§.Fornicatio,ver.& imprimis. P.Fichard.

concubinatus licet iure canonum improbetur,tñ iure Cæsareo ēt hodie nullis pœnis plectitur,vt commune attestātur Bermond.de cōcubi.ac latissimè I.Clar.in pract.§.fornicatio. ver.& in primis. vbi nonnullos contrarium hodie receptum asserentes,& refert,& meritò refellit. E.Suarez.

condemnandi facultas cui nō est,absoluēdi potestas haud est.commune affirmat Fel.in ca. 3.de re iud.& si contrarium crebrius receptum asseuerent Claud. de Seyssel.in rubr. ff.de acq.poss.Viuius lib.1.opi.160. E.Suarez.

conductori accipienti rem aquis & casibus fortuitis supposita nõ fit remissio, quia ei imputari potest, & sic pro casu solito occurrere in re conducta non fit remissio, qui casus solitus locatorem à remissione mercedis excusat. secundum communem per Bursat. cons. 11. nu. 27. n. 30. lib. 1. post doct. in l. qui bona. §. illo. ff. de dam. infec. Alex. cons. 112. n. 4. lib. 1. Nat. cons. 610. n. 9. cons. 90. n. 11.

conductoris culpa casum euenisse præsumitur, secundum communem per Bursat. cons. 53. n. 32. lib. 1.

conductori qui tempore belli, seu guerræ conduxit, propter ipsum bellum remissio fieri non debet. Bald. in l. si ex lege. col. fi. C. de vsur. Socin. cons. 123. lib. 4. Et propterea miles qui tempore belli suscepit custodiam castri, tenetur etiam si castrum ab eo violenter auferatur ipso tempore belli, Ioã. And. ad Spec. in rub. tit. de locat. quando autem propter bellum fiat remissio, vide Dec. cons. 312. vbi quòd non habet locum in contractu emptionis. Adde Alberic. in l. item quæritur. §. exercitu. ff. locat. vbi si conductor renuntiauit exceptioni doli mali, non potest opponere quòd euenerit bellum. sequitur Iaſ. in l. 1. nu. 98. C. de iure emphyt. Et conductor qui promisit dimittere centum saccos salis nõ tenetur, si pretium salis auctum fuerit ad dimidium pluris. Ruin. consilio 109. libro 1. Put.

conductorem propter necessariam refectionem rei locatę expelli posse, dicit Rom. sing. 235. per l. ædem. C. locat. Sed an ea refecta possit conductor petere se reponi in re locata? Dicq; sic. tex. est in l. si duo. §. cũ inquilinus. verſ. testari per dominu. ff. vti possid. sequitur Cremon. sing. 71. Hippol. in l. vnic. col. 6. C. de rapt. virg. in rub. q. 31. col. 34. ff. de fideiussor. Adde quòd vbi locatio est in pecunia, quòd conductor tenetur ad tributa & alia onera realia. gl. & Bart. in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10. Socin. cons. 217. verſ. 11. hæc conclusio. lib. 2.

conductor qui agit ad remissionem mercedis debet probare sterilitatem, aliàs succumbere debet, teste Rol. consi. 86. n. n. 4. n. 6. lib. 3. vbi quòd conductori non fit remissio: quando annis præteritis redditus fuerunt vberes, ex quibus commodum consecutus fuit, qđ procedit etiam in prælatis ecclesiarum allegañ sterilitatem & incursum hostium, casus autem in quibus fieri non debeat remissio? vide d. cons. nu. 8. n. 9. & seq. vsque in fi. vbi plura, quib' adde Capic. decis. 87. col. pen. & decis. seq. Catel. ver. conductor. col. 3. quòd autem conductori competat actio ex conductione per quam locatorem legat ita facere: vt vti frui liceat re locata not. Rom. cons. 178. vbi quid, quando conductor re locata facto locatoris iniusto impeditur, ad quid agat? & quid vbi impeditur vti facto tertij? & ibi quando sit locus remissioni mercedis? de qua etiam per Bos. tit. de remiss. mercedis. n. 40.

conductoris etiam minoris res in conductam domum absque tutoris actoritate illatæ, pro pensione tacitè instar aliorum obligantur. commune ponunt contra quàm multos nõ proletarios iuris professores Iaſ. n. 57. Gomez. n. 25. Bello. nu. 31. in §. item Seruiana. Inst. de actio. Neguzant. de pig. 2. part. memb. 4. n. 54. E. Suarez.

conductori remissio facienda, concedendaque est ob bellum, pestem, seu sterilitatem maiorem, & in istis casibus pensionem soluere non tenetur, secundùm Canonistas omnes, in c. propter sterilitatem. vbi Barb. num. 1. de locato. Bart. in l. cum in plures, in princ. ff. locati. Alex. cons. 3. col. pen. Ripa, in tract. de peste, & Cotta in memoriali, in ver. conductor. vbi dicit istam sententiam magis communem fore, eique pariter inhæret Aegidius Bossius, in pract. crim. in tit. de remissione mercedis conductorum, nume. 40. referens alios Doct. eiusdem opinionis, vbi similiter. numer. 37. & seq. ponit octo alios casus, in quibus remissio pensionis fieri debet ipsi conductori. F. Viuius.

cõductorem expellere potest emptor, vel successor singularis, l. emptorem. C. locat. vbi tex. gl. & Bar. & Rector seu Prælatus quoque tempore sui officij locans nomine proprio, & non ecclesiæ, huiusmodi locationi successor stare non tenetur, cæterum locatio ipsa expirat ob locantis mortem, secundum gl. communiter approbatam, in ca. fin. ne prælati vices suas, Anch. cons. 16. Rotam Roma in nouis decisio. 232. Ab. in q. incip. Sempronius clericus, in quinto dubio. Paul. Castr. cons. 2. vol. 1. & Soci. cons. 34. vol. 3. vbi meminit istorum sententiam esse communem, & in tantum hoc procedit, quòd si prælatus nomine ecclesiæ etiam, & ad eius commodum locasset bona ecclesiæ, successor tunc cogi nequit huic locationi stare nisi esset ipsi ecclesiæ vtilis, secundum gl. communiter ab omnibus ibi receptam, secundum Abb. & Ana. in d. c. fi. & Socin. in d. cons. 34. in quibus quidem locis conantur præcitati Doct. reducere ad concordiam opinionem Ant. in d. c. fi. & sequacium contrariam, quæ consonantia semper mihi placuit, & hortor summopere fore eam sequendã, amplecten damque in facti contingentia tanquam æquam, veram, & rationabilem, imò aduerte, quòd ipse quoque successor singularis posset expellere colonum partiarium. secundum Rom. cons. 309. tamen colonus, ac conductor regressum habebunt pro eorum interesse contra locatorẽ, & dominum l. qui fundum, vbi tex. Paul. Castren. & Doct. ff. locati. sed vbicunque conductor ipse, seu colonus in inuestitura, & contractu specialiter obligari sibi fecit bona conducta, vel omnia bona locantis non posset expelli ab emente, vel acquirente rem locatam aliquo modo, secundum Barto. Bald. & Saly. in d. l. emptorem. Paul. Castren. in l. si merces, §. primo. ff. locat. Imo. Aret. & Alex. l. qui absenti. §. 1. ff. de acquiren. hæredit. Abb. & Ana. n. 9. in c. quærelam. ne prælati vices suas. Aret. & Iaſ. in §. fi. instit. de locat. & condu. Cornel. cons. 6. vol. 4. Crot. in l. filiusfami. §. diui. ff. de leg. 1. Negusanti. de Fano, in tracta. de pignor. & hypothec. in primo membro, secundæ partis, numero sexto, & Guido. in quæstio. 480. ista est communis opinio. teste Grato consil. 95. quidam, nu. 12. volum. 1. quam declarat. & sequitur quoque Couarruuias, in tract. suarum resolutionum, lib. 2. cap. 15. nu. 3. & ita in propriis terminis consuluit. Ioan. de Amicis cons. 113. Doctor præstantissime, & aduerte, quòd hypotheca ista, aut specialis, aut generalis sit, nihilominus sufficit, etiam sine alienationis prohibitione, habetque hunc effectum, vt res possit à conductore retineri, donec sibi ab emptore, est singulari successore soluatur interesse, & sic in casu isto non requiritur specialis hypotheca, & statim quòd successor singularis offert suum interesse colono habẽti fundum hypothecatum potest eum expellere, secundum Barto. in d. l. emptorem, quem omnes ibi communiter sequuntur, Paulus de Castro ĩ lege nihil. §. finali. ff. de legatis primo. Cornel. in dicto consilio sexto. Ange. cons. 245. num. 6. & Ruinus cons. 180. num. 18. volumine primo, & istorum opinionem refert esse communem Negusan. ĩ d. tractatu de pignoribus. in primo membro, secundę partis, numero sexto & sequenti. Interpretaturque vlterius regula prædicta nõ habere locum similiter in vxore, quæ præcisè non tenetur stare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus tempore, quo ipse erat dominus dotis, vt voluit Bartolus per illum textum, in lege si filiusfamilias. §. fi. ff. soluto matrimonio. cum quo sentiunt ibi Imo. Cuma. Roma. & Paul. Castr. Cyn. & Saly. in dicta lege emptorem, & Alber. in lege diuortio. numero secundo, ff. soluto matrimonio, & istam ponit esse communem opinionẽ Couarruuias in loco præcitato, n. 4. vbi contradictores citat, & eorum rationibus respondere nititur. F. Viuius.

conductori, non locatori, malo est fructuum à solo sublatorum, & à militibus dissipatorum, calamitas. vt commune inquit Curt. Iun. cons. 85. n. 11. E. Suarez.

Conductori insigne, atque intollerabile damnum iuxta vulgi opinionem perpessio, remissio indulgeri debet, vt commune doctorum placitum testificatur Turzan. opinio. 107. cum Socin. cons. 100. in causa Baptistæ. in prin. li. 1. verius tamen, magisque receptum est in agrorum cõductore, vt tum demùm illi remittendum de mercede sit, cùm deducto semine, atque habita expensarum ratione tam paucos ipse collegit fructus, vt si pacta pensio soluatur, vltra dimidium iusti pretij lædatur, vt constat ex Alex. cons. 107. n. 18. lib. 6. Corn. cons. 128. n. 26. lib. 2. Capic. decis. 88. n. 1. Paris. cons. 88. n. 23. lib. 1. Soc. Nep. cons. 68. n. 9. lib. 2. Gyg. de pension. q. 66. n. 17. Ant. Gomez de cõtract. c. 3. n. 18. & magis commune dogma attestantur Aret. cons. 52. n. 2. Arius Pinel. in l. 2. 1. par. c. 3. nu. 22. C. de rescind. vend. E. Suarez.

conductori pensio, mercesue tum demum augetur, cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

& eius luctum est ingens id nec ipsius diligentiæ atque industriæ, nec fructuum iudicationi, sed illorum quantitati casu quodam prouenienti acceptum referri debet, vt commune fantur Soc.Iun.cons.68.nu.6.& in lib.2.Ant.Gomez.de contract.c.3.n.19.Arius Pinel. meritò cum nonnullis à tota hac opinione dissentiēs in l.2.par.1.c.3.n.34.& seq.C.de rescind. vendit. E.Suarez.

Conductores gabellarum,doghanarum,molēdini,ac aliarum rerum similium cogi non possunt ad soluendum maiorem pensionem propter vbertatem,& augmentū fructuum, quàm fuerint tempore conductionis, & celebrati cōtractus, quòd quippè procedit, quando vbertas contingeret ob diligentiam coloni, vel cōductoris, vel propter eius bonitatem. secus si casu fortuito, vel inopinato, tunc si conductor conduxit molendinum,& alia molendina ei vicina in totum,vel in partem post conductionem istam essent destructa ob violentam aquarum, ita quòd conductor iste ob istum inopinatum casum lucratus sit multò plus, ángebitur pēsio illius rei conductæ,ita volnit gl.Bar.n.2. & 8.Flori.& Alex.in add.l.in l.merces.§.vis maior.ff.loca. Inn. Io. And.Butr.& Imo.in ca. propter sterilitatem, de locat.& alij quāplures relati per Bertachi.in trac.de gabellis,in 16.q.2.par.& istorum opinionem sequitur quoque consulendo Soc. Iun. & dicit communem cons.68.n.6.& 10.vol.2. F.Viuius.

confiteri quilibet potest peccata sua laico propter impossibilitatem expectandi sacerdotem, secundum gl. fi.in c.2.de pœnit.& remiss.in 6.& gl.in c.cum inferior de maio.& obed. & in c.vnum,§.nomine autem criminis.25.dist.& voluit tex. in c.quem pœnitet,de pœni.dist.1.& in c.quis vult, de pœn. dist.6.& not.Marsi.in l.qui cædem,nu.7.C.ad legem Corn.de sica.qui allegat.ad hoc corroborandum gl.in c.pastoralis, de offi.ord.in vers.mortem, quæ ait ob necessitatem, & quando res tempore erat peritura laicus laico peccata sua confiteri posset, & laico isti confitenti in casu necessitatis non est licitum reuelare confessata, secundum omnes Doct.communiter,in c.significasti de adult.& Ripam, in tract.de peste, in tit. de remed.ad curandam pestem.n.116. cum aliis seq. vbi meminit istam fore communem opinionem, & eam approbat, & ponit pariter pœnam,qua veniat plectendus iste laicus cōfessionem reuelans, sed si quis fortè confiteretur puro laico omnia peccata sua, quem credebat esse sacerdotem, & communi opinione reputabatur sacerdos, licet non erat,quid respondendum? conclude breuiter quòd ex quo iste laicus habebatur pro sacerdote, & tolerabatur in quasi possessione sacerdotii à superiore,valet confessio, & absolutio, secundum gl.in ver.deceptò,Inn.& alios,in c.dudum,de elect.& omnes Canonistas,in c.apostolicam,de presby.non bapti.Io.de Fan. in c.baptismi vicem.de conse.dist.4.Ias.in l.Barbarius, nu.63. ff.de of.præto.& Ripam,in d.tract.de peste, in ti.de remed.ad curandam pestem,n.45.vbi recitat istam esse communem opinionem. F.Viuius.

confitens delictum,sed non qualitatem delicti, nō punitur pœna ordinaria,sed extraordinaria.Ant.Gabriellius i suo cōmunium opi.lib.7.concl.19.Amplia &limita,vt ibi per eum. Bonacost.

confitens confessori sua peccata.tenetur patefacere cōfessori etiam notoria,& nota ipsi sacerdoti.Naua.in c.1.ver.status cui officium.n.61.de pœnit.dist.2.communem dicit.

Nota istam communem ad intel.l.25.& 26.tit.4.par.1.loquentium de sacramento pœnitentiæ. B.Villal.

confitens sponte delictum commisisse, mitius est puniendus.Clar.q.60.ver.non desunt. Bonacost.

confessio extraiudicialis si pars,vel eius procurator esset præsens:probat,si esset causa,vt habetur in l.7.tit.13.par.3.& pro intel.istius legis vide infrà.

Fallit quartò in confessione liberationis,quia etiam absente parte probat:Bald.cons.466.vol.4.communem dicit:Cōtrariam dicit communem Ioā.de Ripa in l.conditionis. C.de pactis.n.21.ex mente Fel.in c.si cautio.de fide instr.n.32.& tene secundam.

Fallit quintò,quo ad semiplenam probationem Aimon de antiq.tempo. par.1.in versi.propositum nostrum.n.30.communem dicit ex Bar.in l.admonendi.de iureiurand.ff. Villal.

confessio facta parte presente,si expresse pars nō acceptet, non probat.Ale.in rub.ff.de verb.n.3.& Ias.in l.errorum.3.C. de iuris & fac.ignoran.communem dicit. Idem.

Tu vide de hoc prolixè Pet.à Duen.reg.119.vbi alleget Alcia.ibi contrarium,dicere, quod imo altera opinio sit verior, & quòd plures ad hoc alleget auctoritates. I.Eich.

confessio facta in vno iudicio, præiudicat in alio. Pan.in c. per inquisitionem. n.12. de elect.communem dicit.De actis vide in verbo acta & in verbo processus infrà. B.Villal.

confessio iudicialis ad hoc,vt probet:de iure regio,aut prę iudicet,requiruntur sex:ætas maior in cōfitente,spōtanea voluntas,& non vi vel per metum contra cōfitentem,parte,vel procuratore præsente,& super re certa,& non contra naturā vel leges:vt habetur in l.4.tit.13.par.1. & vide l.1.tit.7.lib.2. For.ll.& l.2.tit.3.& l.11.ti.4.par.3.& vide plures casus quādo confessio præiudicet per Hippol.singu.329. Idem.

Fallit primò in confessione clerici facta coram iudice seculari:quia non probat,nec facit indicium. Marc.Ant.de indic. & tort.n.114.communem dicit.

Fallit secundò,in confessione procuratoris facta in vno iudicio,quia non præiudicat domino in alio. Pan.in d.c.per inquisitionem.communem dicit.

Fallit tertiò,in his, quæ non dependent à voluntate partis, quia eis non præiudicat cōfessio. Ias.in l.error.n.12. C.de iur. & fac.ignor.communem dicit. Idem.

confessio cōditionalis vnius actus, qui simul & semel fuit adhibitus,non potest pro parte acceptari,vt si confiteatur recepisse decem ex mutuo cum conditione de soluendo intra annum,vel sub aliqua alia conditione:secùs tamen si ex conditione quę post actum interuenit:vt si confiteatur recepisse, & soluisse:bene acceptatur pro parte.Boe.decis.339.n.3.communem dicit.

Limita primam partem communis in confitente homicidium commisisse:sed ad suam defensionem, quia acceptatur pro parte : & tenetur probare ad suam defensionem homicidium factum,aliàs punitur.Ias.in l.vt vim.n.13. ff.de Iustit.& iur. communem dicit, quàm intelligit ad condemnandum, non autem ad pœnam corporalem.& Panor.in ca. auditis.de præscript.

Amplia secundam partem communis,si per statutum tenetur præcisè respondere positionibus. aliàs habetur pro confesso.vt dicat,si mutuum accepi,restitui,Boerius in decisione 339.n.4.communem dicit.

Nota istam communem ad intel.l.1.tit.4.li.3.ord.& hodie sublata est omnis dubitatio per l.11.in ord.de Madrid.in pragma.vbi est dispositum positionibus esse respondendum per verbum confiteor,vel nego,aliàs habetur pro confesso.

Nota in l.1.ibi, y *assi lo deue luego el iuez pronunciar por sentencia.* Et sic ante pronunciationem,non erit condemnatus & si moriatur ante nuntiantem: hæres non tenetur ex tali confessione per l.manifestæ.in fi.ff. de iureiur. & vide Franc.Curt.iun. cons.59.& quæ habes in verbo absens suprà. Idem.

confessio admittitur contra præsumptionem iuris,& de iure.Panor.in c.is, qui fidem. de sponsal. Alciat.in tract.de præsump.par.2.n.6.communem dicit.

Amplia ad probationem per indirectum, quia admittitur etiam contra præsumptionem iuris,& de iure.Aymon.de antiqui.temp.par.4.ver.ista materia singularitatis.n.14.communem dicit gl.in clem.vnic.de probat.

Limita quando præsumptio non est in fauorem partium, vt in matrimonio, in quo non admittitur confessio contra præsumptionem iuris,& de iure.Coua.in epist.3. in c.4.communem dicit. Idem.

confessio facta in tormentis: etiam si sit perseuerata : non præcedentibus indiciis,est nulla:Ias.cons.188.vol.2.n.2.communem dicit.

Nota istam communem ad intel.legis 4.& 6.tit.30.part.7. & l.5.tit.11.par.3. Idem.

confessio socii in criminibus in casibus in quibus potest interrogari de consortibus non est sufficiens indicium ad torturam nisi alia sint indicia.Boer.dec.319.n.1.&2.Tho.Gram.in voto 6.n.2.communem dicit.

cōfessio mariti in instrumento dotali se recipisse,& habuisse mille in dotem,præsumitur tempore dotis recipisse : & nō ex intervallo.Alex.de præsumpt.regul.2.n.8.præsump.35.cōmunem dicit. Idem.

confessio de dote recepta, non firmatur iuramento. Curt. Iun.cons.95.n.4.communem dicit. Idem.

confessio dotis cum constat animo donandi:licet non prę iudicet marito,tamen confirmatur morte.Curs.iun.cons.93. n.6.communem dicit.& vide infrà in verbo Dos. Idem.

confessio recepti,ex quo nō constat de actuali numeratione:præsumitur facta ex causa donationis. Curt.in d.cons.n.3. communem dicit. Idem.

confessio filij præiudicat patri:sicut vera probatio.Boer.decis.221.n.17.communem dicit. Idem.

Confessio de dote recepta facta cōstante matrimonio,censetur fact

Universidad de Deusto Biblioteca

ſetur facta in fra dē legis,& ſic nō nocet nec marito,nec creditoribus:quatēs fuit renuntiatum exceptioni non numeratæ dotis. Hanc magis communem inquit Alexād. conſ.142. vol.5.& Io.Crot.in l.ſi conſtante.ver.ſecūda concluſio. ff.ſol. mat. Idem.

confeſſio facta in iudicio poſſeſſorio ſummario, facit fidē in petitorio plenario, communem ait Rip.in l.naturaliter.§. nihil etenim.nu.120.ff.de acq.poſſ. Idem.

cōfeſſio in vno iudicio facta in alio reuocari poſſit, ſiue ad eundem,ſeu ad alium emanauerit effectum, Gl.in auth.item poſſeſſor.in verbo.trāsferat.in fine.C.qui potior.in pigno.habeant.volait, q̄ ſi poſſeſſor cōuentus hypothecaria à creditore negauerit rem in bonis debitoris fuiſſe conſtituti pignoris & hypothecæ tempore,ſi conuictus de mēdacio, vt quia creditor agens ſuam probet intentionem,id eſt,rem ipſam in bonis ipſius debitoris fuiſſe, rem ipſam retinere velle cōtendat, & nitatur priorem allegando hypothecam, vel alia ex cauſa, putà q̄ illā de dicti creditoris conſenſu ſibi retinere liceat,ante oīa eam,vt mendacii pœnā luat,reſtituere cogitur,& exin de audiendus erit,ſuamq; cum id ſibi alio in iudicio iure non abnegetur, poterit reuocare abnegationē & ꝺ propriam venire confeſſionem. Tu verò concluſionem, q̄ confeſſio in vno iudicio facta in alio reuocari poſſit, veram & ꝓcedere intellige,q̄ſi ꝺ dictam ꝓfeſſionem fuit in cōtradictorio iudicio iudicatū,ita declarat & intelligit Alex.Imo.ī l magiſtratibus. ff.de iuriſd.omnium iudi.& docet Bart.in l. Papinianus. §.ſed nec impuberis,ff.de inof.teſtamen.p illū textū vbi Bar. variationē admittit,ſi variās ī prima ſuccubuit inſtantia, aliàs ſecº admitti ingt,vid ibidē data ibi facti,& rei ꝓtingētia.F.Turzā.

confeſſio facta defuncti,quæ ex contumacia oritur an trāſeat ad hæredē & ſibi noceat. text.in l.eius qui delatorē. ff.de iure fiſci.& ibi Bart.in l. Manicheos. C.de hæret.probant negatiuā,dixitq;Bart.qd illū tex.allegabat aliàs ꝓ caſu ad q̄ſt.q̄ ſi filius eſt contumax,& ſic habitus pro cōfeſſo, talis cōfeſſio non nocet patri,vt ex illa puniatur,idq; cōprobat idem Bart. in l.2.§.ſi is.ff.de bon.eo q ſibi mor. cōſci.limitatur tñ iſta eō cluſio tribus in caſibus ſecundum ipſum Bart.in d.l.2.Primò in hærede latronis.Secundò in hærede eius qui in crimine lę ſæ maieſtatis incidit: Tertiò ī hærede eius qui dānatam ſectatus eſt hæreſim:Limitatur quarto ſecundum Baldum in lege vnic.ver.ſed dubitatur.C.ex delict.def.procedere q̄ſi talis cōfeſſio ſtat in puris terminis confeſſionis,dicta l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci,ſecùs verò, ſi tranſit in condemnationē iudicis,vel legis,puta ſi lex pœnam ipſo iure irrogaret,qa tūc ad hæredem tranſiret & ſibi noceret.illa tñ facta cōfeſſio,quę ex ſententia declaratur,puta aliquis per ſententiam declaratur factus ꝓtumax & tāquam talis cōdemnatur, nō facit fidē in alia cauſa,ſed in illa tm.tex.eſt in l.2.§. Diuus.ubi quin non in aliam rem,quam in cauſa &c.ff.e.de iure fiſci,quod vt mēti commendemus valde nos admonet ipſe Bart.in prælleg. l.eius qui dilatorem,ad fi.prin.ff.de iure fiſci. F.Turz.

confeſſio facta ſpōte in criminalibus abſque tormētis, vel metu tormentorum,etiam nullis indiciis præcedentibus,vel non data indiciorum copia,& ſic data nullitate proceſſus, ſufficit ſine aliqua ratificatione ad cōdemnandum cōfitentem, vt eſt tex.& ibi no.in c.1.de accuſa.li.6.ita tenet Bald.in addit. Spec.in tit.de confeſ.idem Bald.& Doc.in l.2.C.quod metus cau.Bal.& Ang.poſt gl.in l.vnic.C.de cōfeſ.Anch.in cle.vnic. de homic.& idem Ang.in l.1.ff.de cōfeſ.cum aliis allegatis ꝑ Follerium in prac.crim.in 1.par.3.partis.in ver. ſi confitebuntur.n.65.&68.& iſtā ait eſſe communem opinionem Gandi. in trac.maleficiorum ſub rub.de quæſt.&tormentis ver.quis ſit effectus quæſtionis, & Moder.in ca.at ſi clerici. in prin.de iud.& Follerius in loco præcitato.n.65.vbi latè limitat iſtam communem in nouem caſibus. Contrarium verò Doc. affirmauerunt in confeſſo in tortura ſemel,quia ſemel confeſſus in tormentis,niſi perſeueraucrit,condemnari per iudicem nequit,vt habetur in l.ſi confeſſus.v. ff.de cuſto. reo.tamen poteſt iterum quæſtionari,vt reſpondent omnes Doct.communiter teſte Boeri.deciſ.162.n.28. F.Viuius.

confeſſio facta cora iudice incōpetente, licet nō valeat,vt iudicialis,vt per doc.indifferēter paſſim,valebit tñ vt extraiudicialis,& ſub ordinariis ꝓt ipſum confitentem ponere ad torturā, quemadmodū ſi extraiudicialiter eſſet cōfeſſus, arg. notatorum in l.capite 5.ff.de adult.pōt etiam eundem cogere ad perſeuerandam in huiuſmodi confeſſione extraiudicialiſ,niſi doceat de errore,& de cauſa variandi,vt voluit Guli.de Cur.& cōiter omnes doc.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſd.omn. iud.quam quidem communē ſequitur,celebrat, & citat Iaſon.Fredus deciſ.104.Boeri.deciſ.90.& 89. Idem.

Confeſſio facta abſente parte in fauorem abſentis inducit ſemiplenam probationem, ſecūdum gl.vlt.in l.capite 5.ff.de adult.& ita ſentit Bart.ꝑ.123.facti ſic ſe habet,in l.admonēdi.ff.de iureiur. quem ſequitur D.Ant.in c.fi.Extra de confeſ. & in c.fi.de iure ext.Bal.in l.1.C.de fur.conſ.261.vol.1.& alij quamplures relati matri & conſ.373.in ſecundo dubio.Cor. Pau.de Caſt.conſ.81.& 255.Ro.in l.1.ff.ſol.mat.per Per.Duenas in ſuis regulis,in reg.cōfeſſio extraiudicium, & iſtam ait eſſe cōem opi. Crueta in tract.de antiquitate temporum,in 1.par.argumēto 3.n.30.&Mod.in d.l.admonendi,vbi ponūt exemplum dictæ communis,ac eam plenitiſſimè declarat.Idē.

confeſſio,ſeu eſt,quæ fuerūt dicta ſacerdoti in ꝓfeſſione p confitentem, per ipſum ſacerdotē reuelari nequeunt & dato q̄ reuelaret illā cōfeſſionem, ſibi nulla fides adhibenda eſſet: hoc verò fallit quotieſcunq; ſacerdos eſſet iudex dignus, aſſereretq; mortuum,ſeu morientem dediſſe ſibi licentiam de reuelanda cōfeſſione,tunc.n.creditur dicto ſacerdoti,ſecundū Lapum in allegatione tu.94.mulier in cōfeſſione,cuius doctrinā refert ſequiturque Fel.in c.venies.*de ſecunda*, de teſtib. pro quo ipſe adducit ibi dicta per Io.Cald.conſil.25.teſtator habēs filios,& q̄ clerius,ſeu ſacerdos poſſit reuelare confeſſionem de conſenſu,& licentia expreſſa ſibi data à confitente, firmant omnes canoniſtæ in c.ſignificaſti.de adulte. & iſtam dicunt eſſe communem opi.Fel.in c.teſtimonium.de teſti.& Ripa in trac.de peſte.in tit. de remediis ad eurandam peſtem n.108.ſequitur Corra in ſuis memorabilibus.in ver.iuramentum.probat difficultatem,&c.poſt medium. Idem Vinius.

confeſſio coniugum probat inter eos matrimonium interueniſſe,Curt.iun.conſ.28.n.2.comm.dicit.

concor.l.2.ti.3.par.4.contra matrimonium de quo tractatur,vel contra aliud non valet.l.6.ti.13.par.3. B.Vallal.

confeſſio non eſt probatio: Hippo.in rub.de probat.n.74. & Fel.in rubr.de probat.n.2.communem dicit,De iure regio confeſſio dicitur probatio l.8.tit.14.par.3.ex qua lege Petrus Nun.in reſpon.18.nu.8. tenet contra Roder.Suarex in l.poſt rem.verſiculo ſed pulchrum. ff. de re iudi.dicentem quòd etiam poſt decem dies datos ad probādas exceptiones in executione admittitur confeſſio partis. quòd Nunio non placet ante ſolutionem debiti. quod nota. Idem.

confeſſio extraiudicialis nihil operatur,Fel.in c.at ſi clerici. de iudi.communem dicit.

Quo ad materiam huius communis cum ſeq. de iſtis cōfeſſionibus extraiudicialibus nota.l.2.tit.7.lib.2. For.ll.dicētes confeſſionem extraiudicialem nō probare: niſi teſtes ſint vocati ſpecialiter ad hoc,idq; tempore cōfeſſionis:vel ſi facta ſit in ſcriptis, vel in hora mortis: quia tunc probat contra ſe: non tamen contra alium:& vide 57.tit.13.par.3.

Fallit primò,de iure canonico:quia plenè probat etiam abſente parte. Alex.in rubr.de verborum obligat.ff.n.8.& Fel.in c.ſi cautio.de fid.inſtr.com.dicit.

Ex quo infertur,q̄ in terris ſubiectis eccleſię,abſente parte plenè probat:Cur.iun.conſ.108.n.2.communem dicit,licet Alex.conſil.523.vol.2.communem dicat contrariam:quem Dec.conſ.63.reprehendit & dicit communem priorem.

Fallit ſecundò, q̄ licet non probet: facit tamen indicium, Ale.in c.cū non ab homine.n.98.de iudi.Marcus Ant.in trac. de iudi.& tortu.n.204.communem dicit,quā intelligit Cald. in l.vnica. C.de confeſ. niſi reus reuocauerit antè, quàm ponatur ad torturam.

De iure verò regio licet reuocet:nihilominus facit magnā præſumptionem: vt in l.130.2.ſtyli.

Amplia dictū Bal.etiam ſi confeſſio ſit geminata quia prætextu erroris poteſt reuocari. Iaſ.in l.errorem.nu.8.de errore calcu.C.communem dicit.

Fallit tertiò,quia licet nō probet cōfeſſio abſente parte:facta tñ ex cauſa,quæ ſi vera eſſet,obligaret confitentem,inducit legatum,Cur.iun.conſ.96.n.4.communem dicit. Idem.

Confeſſio extraiudicialis cum infamia,eſt fm communem doctorum ſentētiam,ſufficiēs indicium ad torturā.Quod latè declarāt Phil.deciſ.ī c.at ſi clerici.n.17.ver.alia opinio principalis eſt.Nic.Boer.in ſuis deciſionib.q.90.& nouiſſimè Iac. Nouel.in trac. crim.in 1.c.inci. ſuperioribus annis.n.11.pag. 20.li.mei.& Marc.Ant.Blanc.ad l.ſi.ff.de quæſt.n.204.ver.cōfeſſio extraiudicialis.poſt Lud.Carerium in prac.cauſ.crim.§. ſeptimū indicium eſt ꝓfeſſio extrà iudicium facta de delicto. n.1.pag.56. Pet. Follerius in prac.ſua crim.in verb.& ſi ꝓfitebuntur.ver. ſequit vt videamus ſecūdo loco de ꝓfeſſionibus extraiudicialib⁹.n.22. Huius ꝓclusionis quoque meminerūt Julius Clarus in li.5.ſent.q.21.ver.cōfeſſio extraiudicialis.& Claud.de Battandier ī ſua praxi crimina.Reg.54.kirchouius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRO.confessio facta extra iudicium, non præiudicat cõsitenti.gl.in l.1.in verbo,apud iudices.ff.de interrog.actio.Bel.

PR.confessio debiti recepti apertè denotat liberationem l. pecuniæ.& ibi gl.C.de solut. Bellon.

confessio facta per reum in tormentis nullis vel non legitimis indiciis præcedentibus non valet. & sic redditur nulla, etiam si millies ratificata sit, nec ex ea posset sequi condemnatio, secundum gl.Bart.n.1. Alex.in prima apostil. & reliquos omnes,præsertimq; Marsi.cum ceteris signatis per eum,n.10. cum aliis seq.in l.pen.ff.de quæst.per tex.ibi,vbi,nu.14.refert mediante suo patrocinio ob hoc euasisse aliquos reos à pœna mortis,& eandem sententiam sequitur quoque atque cõmunem dicit Iason cons.188.n.2. vol.2. & Marsi.in l.1.n.14. ff.de quæst.Guido de Suza.in trac.de indiciis & tortura,vers. sed qd si aliquis tortus, n.72.Francis.Brun.in trac.de indiciis, & tortu.q.5. secundæ partis n.27. & seq.Capicius decis.155. n.3.Aegidius Bossius, in prac.crim.in tit.de confessis per torturam.n.6. & eminentissimus D.Petrus Cephalus præceptor & promotor meus,in cons.102.n.9.posito inter cõs.crim.diuersorum,in 1.vol. F.Viuius.

confessio facta in iudicio viua voce licet nõ redacta in scriptis:& sine testibus valet, secũdum veriorem sententiam per Rol.cons.70.n.11.n.16.lib.1.post Dec.cons.445.n.55.Aym. cons.198.in fi.Afflic.decis.28.col.2.quod maximè procedit in confessione facta coram senatu,qui obtinet,vicem principis, ac principem repræsentat, indicatq́ sola facti veritate inspecta,ex præalleg.

confiscantur(vt dixi)omnia ea, quæ trãseunt ad extraneos hæredes,& ècõtra,vt est communis opinio.Clar.d.q.78.ver. nunc videamus.Ius ergo patronatus,quod in extraneos transit hæredes,venit in confiscatione. Secus si nõ trãsit Clar.ver. successiuè Et ideò practica est,vt veniat, quod in sententia dicatur.Iura &actiones,& nomina debitorũ.Item non veniunt bona fideicommisso subiecta, & alienari expressè ꝓhibita & quæ perpetuò in agnatione conseruari iusserit testator,vt est communis opi. Clar.d.q.78.ver.itẽ quæro.vbi fusius,ad quẽ te remitto,sed fructus viuẽte reo consequitur fiscus,& legitima & trebellianica venit.Nec veniunt(vt dixi)profectitia,cõmunis est opinio Clar.d.q.78.ver.præterea, Nec cõfiscantur aduentitia, si pater in his habet vsumfructum, vt est communis opin.Clar.d.q.78.vers.sed quid in aduentitiis, Nec peculium castrense venit in confiscatione, vt est communis opin. Clar.d.q.78.ver.sed quid.Quæro etiam.Neq; publicatis bonis patris profectitium filij peculium venit in confiscatione, vt est communis opi.Clar.ibi ver.quæro nunc.item dos mulieris publicatis eius bonis venit in confiscatione soluto matrimonio,vt est communis opinio,Clar.ibi. ver.quæro si bona constante autem matrimonio, nisi in quinque casibus nõ confiscatur,vt est communis opinio. Sed confiscatis viri bonis,dos vxoris non confiscatur, Sed statim facta condẽnatione mulier eam repetere potest. Etiam quòd sequeretur virũ rebellem.Clar.vers.quæro si.bona.Et bona alienata prius per delinquentem, ante delictum veniunt confiscanda, quando adfuerit fraus & suspicio verè vel præsumptiuè.quia reuocãtur à fisco, vt est communis opi. Clar.ibi.ver.solet etiam.Tenetur tñ fiscus emptori tunc precium restituere, vt est communis opinio. Clar.ibi.fraus autem probatur per cõiecturas, vt est communis opinio.Clar.ibi ver. fraus.vt puta si fuit alienatio omnium bonorum,vt est communis opinio. Etiam ꝙ ex internallo fecerit postea delictum. vel si tẽpore alienationis habebat inimicitias capitales,vt est cõmunis opinio.Clar. ibi.vel si.post alienationem steterit in possessiõe rei alienatæ, vt est communis opinio. Clar. ibi. Dummodo tẽpore alienationis subesset causã,ob quam fecit delictum.aliàs secus communis est opi. Clar.d.q.78.vbi dicit hanc esse in practica sertiandam. Vel si incontinenti post alienationem fuerit secutũ delictum, vt est communis opi.Clar. ibi ad fi.& vbi bona delinquentis ex eo crimine ipso iure,& facto publicantur, tunc alienatio ab eo facta post crimẽ commissum, est ipso iure nulla, neque opus est aliqua reuocatoria, vt est communis opi. Clar. d.q.78. versic. cæterum. Et hæc omnia procedunt non tantum,si alienatio fit post delictum, sed etiam si fiat post accusationem, antequàm lis contestetur, immo si fiat post litẽ contestatam,vt est communis opi.Clar.d.q.78.ver.& hæc omnia. Et verum, ꝙ omnis alienatio facta à delinquente post accusationem contra eum institutam, in dubio præsumitur facta metu pœnæ,vt est cõmunis opi.Clar.d.q.78.ver.& hæc omnia,Et licet non possit prædictam alienationem facere,delinquens potest tamẽ insolutum dare creditoribus,vt est cõmunis opi.Clar.d.q.78.vers.scias etiam.Et bona,alienata,vel permutata post delictum nõ cõfiscantur, nec possessores eorum inquietari possunt,secus si precium eorum sit cõuersum in emptionem aliorum bonorum,quia talia bona veniunt in confiscatione, vel ipsa res permutata, vt est communis opin. Clar.d.q.78.vers. contingit.& sequuta confiscatione omnes obligationes transeunt in fiscum,vt est communis opi. Clar. d.q.78.ver.item. in fiscum.Iura tamen conditionalia non trãseunt in eum, vt est communis opi. passiuè licèt Vnde si sint legata alimenta delinquenti,& fuerit bannitus,non cõsequitur fiscus ipsa alimẽta via durãte ipsius vt est communis opi. Clar.ibi.Bona verò futura, & post confiscationem acquisita, non veniunt in confiscatione,vt est communis opi.Clar.d.q. 78.vers.vlterius.vide tamẽ ipsum clarum.Si autem tempore cõfiscationis delata sit hæreditas delinquenti, & illud iis trãsire potest ad hæredes extraneos,& transit etiam in fiscum,vt est communis opi.aliàs non.Et filius consequitur legitimam in bonis cõfiscatis, vt est communis opi.nisi in bonis matris. Clar.d.q.78.ver.videndum est etiam.Et sententia lata in casu publicationis bonorum non extenditur ad bona extra territorium iurisdicentis, vt est cõis opi.clar.versi.sed hic quæro. nisi territoria essent sub vnomet principe aliàs secus, cõis est opi.ibi.non solum de iure cõi,sed etiam statutario.quia statuta nõ exstendunt extra territorium. vt ibi latius per Clarum. Et creditores vnius territorij & dominij prorsus separati,non possunt agere ꝺ fiscum alterius territorij, & dominij prorsus separati.cui bona sunt confiscata.vt est cõis opi. Clar.d.q.78. ver.sed quæro.Quæ si ħ sufficerẽt supplerẽtur ex alio territorio,vt ibi.& in causis dictorũ creditorum agentium ꝺ fiscum debet procedi summariè,& sine dilatiõe,licet,secus seruetur & malè.secundum Clar.ibi.& licèt fiscus teneatur satisfacere omnibus creditoribus hæreditariis,quasi hæres,& habeat loco hæredis,& sic tenetur persoluere omnia debita cõdemnati,vt est communis opi.Clar.ibi.& in omnem casum,ꝙ fiscus succedit alicui,aut in bonis vacantibus, vel ex confiscatione, nunquam tñ tenetur vltra vires hæreditarias, etiam si nõ cõficiat inuentarium Clar.d.q.78.vers. vnum scias.& ipse fiscus præfertur creditoribus delinquentis ex delicto, etiam in pœnis pecuniariis. nõ tamen præfertur eius creditoribus.ex cõtractu,vt est cõis opi Clar.ibi.vers.vidi quandoque. & fiscus ante delictũ nõ habet bona tacitè obligata pro delicto delinquentis.Sed postea.sic est cõis opi.Clar.d.q.78.ver. sed hic incidenter.quando.sc.est iudicium criminale cœptum. Sic est communis opi.vt per Clar.ibi. Bonacoss.

confiscatur medietas bonorum stupratori. Clar.q.79.stuprum. Bonacoss.

confiscantur domus priuatorum,in quibus fiunt sacra misteria.si sine licentia episcopi,vel eius vicarij fiant,communis est opinio per vniuersum orbem. Clar.q.70.ver.domus.vide Cheria.in suo communium opi.vers.alienatio. Chirco.communi opi.centu.1.cõcl.26.Rol.à Valle cõs.98.in 2.vol.Cheria.communi opi.in ver.confiscatio.n.1.& seq.vide omnino Moronum de fide,treuga & pace.q.26.vbi ponit limitatiões ad suprascripta. Bonacoss.

confiscãtur bona hæredis,qui aceõmodat fidem defuncto de restituẽda hæreditate alicui incapaci.puta filio spurio. Ille tamen qui est hæres patris filij spurij,potest hæreditatem spurio in testamento relinquere. Neque præsumitur id factum in fraudem.Sed si contrarium probetur, fiscus rapit à spurio. Clar.d.q.79.ver.item quando hæres.confiscatione autem generali nõ comprehenditur ius non transmissibile ad hæredẽ extraneum,vt est communis opi.de qua Portius consil.48.n. 18. Bonacoss.

confiscãtur bona illius,qui metũ fecit illi,qui testabatur,vt eum instituerer,rangq́ indigni.sic ẽ cõis opi.Clar.q.79.ver.itẽ qñ.ver. si testator.si tñ erat in quinto gradu proximior testatori,& ab intestato successurus.Sed si erat qs alius in pari gradu,vel illo proximior,ad hunc proximiorẽ, vel pari gradu ꝓximũ hæreditas ad eum peruenit,non ad fiscum. Bonacoss.

confiscatur dos mulieris scientis factũ,ex quo nascitur impedimẽtum matrimonij. Et tñ cõtrahentis matrimonium in casu à iure prohibito, licèt errauerit in iure,si matrimonium fuerit carnali copula consumatum, applicatur enim fisco, vt est communis opi.Clar.q.80.ver.dos mulieris. Bonacoss.

confiscantur bona hæretici nulla præcedente sententia priuatiua,sed tñ declaratoria, vt est communis opi.de qua Rolan.à Valle in cons.8.n.7.in 3.vol. & ista bona spectant ad dominum temporalem,si hæreticus est secularis, vt est communis opi.de qua Rolan.à Valle d.cons.8.nu.9.nullis scilicet extantibus constitutionibus papalibus in contrarium,vt est cõmunis opi.Clar.ibi.n.15. Bonacoss.

Confessio

Universidad de Deusto Biblioteca

Confessio dotis nō constito de numeratione præsumitur donatio inter virum & vxorem, & sic prohibita, quæ nec etiam cum iuramēto valet, secundū magis cōem per Burs. ℘. 32.n.4.lib.1.post Rub. Alex.cons.119. Gozad.cōs.28.Bello. cons.47.n.4.cuius contrarium vī velle idem Burs.d.cons.32. n.10.qn.ſ.exceptio nō numeratæ dotis nūquam tempore legitimo opposita fuit,iuxta communem per Alex.cōs.90.n.5. lib.3.Bellon.℘.4.n.7.Afflic.decis.402.n.11.& 12.Rub.Alex. cons.78.n.2.& 9. de confessione autē dotis in testō facta præ sente muliere,vide quæ idem Burs. scribit d.cons.32.n.34.& 35.vbi declarat, concludens pro ea dote cōfessata in testō cō petere actionem:& concurrentib.indiciis standum esse omni no cōfessioni mariti in testō factæ. Quam conclu.intellige & declara,vt per eundem Burs.d.cōs.n.42.& 43.vsque ad n.45. exclusiuæ, & ibi n. 42.℘ elapso tempore opponendi de dote non numerata, cōfessio receptæ dotis præiudicat omnib.creditorib.& probat debitum,quātum vera & realis numeratio, secundum communem ibi relatam. de qua etiam per Rol.℘. 85.n.45.lib.1. cons.93.eod. Quòd autem cōfessio mariti facta in testō nō teneat,nec præiudicet creditorib.etiam posteriorib.nulla præcedente promissione,magis communem dicit idem Burs.d.cons.32.n. 1.& 30.vbi non procedit ea cōclusio quando lapsa sunt tempora opponendi exceptionem nō numeratæ dotis.

confessio partis probatur per testes dicentes de pfitia tantum, licet nō dicant de intelligentia, secundum communem per Burs.cons.2.n.16.libr.1. post Dec.in c.at si clerici.n.21.in fi.de iudi.in l.postquam liti.n.8.C.de pact.

confessio sine causa etiā fauore dotis non præiudicat,neq; nocet creditoribus anteriorib.secundū communē per Burs. cons.119.n.24.lib.1.& ibi n.23.℘ confessio emissa sine causa non nocet.l.cum de indebito. §.fi.ff.de probat.ca.si cautio.de fid.instr.etiam fauore dotis in præiudicium aliorum creditorum ex iurib.ibi allegatis.

confessio iudicialis partis in criminalib.loco sententiæ habetur, secundum communem per Burs.cons.77.nu.24.lib.1. Quam concl.declara vt per eum ibi.& vide Osasc. decis.149. n.6. Cui adde ℘ per confessionem inquisiti non agitur cōtra hæredes,si decesserit ante sententiam,nisi in famoso latrone, iuxta tradita per doct.in apostil.ad Bart.in l.1.n.19.C.de confes.& per Burs.d.cons.col.fi.vbi declarat. Quòd autem cōfessio qualificata pœnam mitigare soleat,communem dicit idē Burs.d.cons.n.25.vbi alleg.Osasc.decis.60.n.9.

confessio absente parte facta duobus testib.contestib.probata semiplenam probationē inducit, quæ cum alia semiplena probatione iungi potest, secundum magis communem ℘ Burs.cons.2.nu.12.libr.1.post Gabr.com.opi. titu.de confes. concl.1.n.52.

confessio facta per maritum de dote recepta elapso tempore opponendi dotem,nō numeratam,præiudicat omnib.creditorib. prout vera & realis numeratio, secundum communem per Burs.cons.32.n.42.lib.1.

confessio de dote recepta constante matrimonio nullatenus præiudicat creditoribus præsentibus, vel futuris, secundum gl. & Bart.in auth.sed iam necesse. C.de don.ante nupt. Alex.cons.45.vol.1.& cons.142. vol.5. Bart.in l.si constante, in prin.ff.sol.matr.Cravet.cons.44.n.1.Doct.omnes, in l.1.ff. sol.mat.& ista est communis opi.secundum Aret.in §.fuerat, n.14.instit.de actio.Bellonum cons.47.Boer.decis.339.& Ripam,ī l.fœminæ,n.36.de secun. nupt.& hoc ampliatur etiam procedere, si huiusmodi confessio fuerit iurata, vt voluerūt Bart.in l.cum quis decedens,§. Titia,ff.de leg.3. Bald.in l.1.§. idem facit,C.de inof.dona.& in l.1.q.fi.C.de dona.ante nupt. Soci.in d.l.1.ff.sol.mat.nu.103.Rubeus cons.119.Curt. Iun. cons.95.n.4.& Couarru.in suis resolut.lib.1.c.7.in quibus locis istam esse communem opinionem ostendunt. Ampliatur secundo loco procedere quoque,licet lapsum sit tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, secundum opinio.Bulg.in d.l.1.soluto matrimonio:quam sequitur Rubeus cons.78.n.10.Anch.verò cons.307.videtur respondere contrarium,videlicet,quòd confessio dotis post decem annos habeatur,ac si fuisset verè numerata, sed hoc dictum Anch.valde periculosum esse existimo,nam si ex confessione præsumitur donatio,& consequenter simulata confessio, lapsus dicti temporis nō potest quid operari,vt per Soc.in d.l.1. sol.mat. n.102.obstat quidem exceptio simulatiōis,quę est perpetua, vt per eum,quia talis cōfessio, nedū præsumitur facta in fraudem creditorum,vt per Bart.in d.auth.sed iam necesse,&in d. lege si constante,verùm etiam præsumitur simulata,ideò nō nocet creditoribus, tam præsentibus, quàm futuris. Bald. in rub.quæ in fraud. credit.& Rubeus, in d.consil.119. & præsumptio huius fraudis,ac simulationis est iuris, & de iure,cōtra quam non admittitur probatio in contrarium,nisi per cō fessionē partis aduersæ.gl.in l.antiquæ,in principio, C.ad Vel leia.& in §.item ex inquisitiōe,in ver.idonei,instit.de satisd. tut.& Doct.in d.auth.sed iam necesse. F.Vivius.

confessio an propriè sit species probationis, magna inter Doc.est altercatio.multi.n.voluerūt speciem probationis,& propriè quidem eam dici gl.in l.1.in verb. quema.Imo dum. C.de eden.Bart.in l.vnica.n.8.ff.de of.consul.& in l.si duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iureiur.Salicet.in Rub.n.4.ver.tu dic. C.de proba. Quorum mētionem faciunt adiectis multis argumentis & rationibus.Phil.Dec.in Rub.n.9.vers.cōtraria opinio,ſ. imò cōfessio sit species probationis. Marc.Mantua. præceptor.n.10.ver.contrariam autem sententiam.ext.de ℘bat.& Hippol.de Mars.in repet.Rub.n.80.cum seq. C.de probat. Sed contrariam sententiam, quòd confessio non sit species probationis, communi voto receptam passim multis in locis interpretes referunt.Cy.in l.actor.n.3.ver.item per simplicem confessionem.& Bald.n.3.versi.secundò præmitte.C. de prob.&idem Bald.in Auth.sed nouo iure.n.12.ver.tamen si negetur. C.si cert.petat.quia confessio non est species probationis,sed per eam quis ab onere probandi releuatur,vt de iuramento asseritur.l.eum qui.ff.de iureiur.& per text. in c.1. de confess.lib.6.Io. And.in prin.Rub.& Pan.ibid.n.3.vers.secunda oppositio est.Io.de Imol.in c.1.ext.de probat.& multi alij Doct.adducti per Dec.in d.Rub.n.8.ver. expedita differentia. Quorum sententia communis est, referentib. ibidem Felino.n.6.Decio d.n.8.Mantua.n.2.ver.sed prima melior.& n.10.ver.teneo igit ego.nec non Hippol.de Mars.in d.repet. Rub.n.88.C.de probat.& eod.Hippol.in suis singu.sing.110. incip.communis Doct.opinio est. Kirchouius.

confessio à reo sponte facta,etiam si facta sit super processu nullo,nihilominus reus ex illa condemnari poterit secūdum doctrinam Inn.in c.qualiter & quando.2.de accus.communiter approbatam,vt dicit Alex.in l.inter stipulantem,§.1.in fi. ff.de verb.oblig.& Ias.ibidem,n.11. Mars.in l.1.§.diuus.n.10. ff.de q.& cons.44.n.7.& cons.130.n.2.Alex.cons.19.n.3.li.7. Io.Amo.cōmentario.120.ita etiam communem dicit Mars. sing.201.Foler.īpract.crim.n.56.& Ant.Gomes.c.12,delicto rum, n.8. Intellige quando nullitas nō procederet ex defectu iurisdictionis, ita colligi ex mente omnium doct. attestatur Gomes.in dicto loco.Cla.d.§.fi.q.55.ver.item posset. P.Fich.

confessio extraiudicialis non sufficit ad plenam probationē.com.dicit Paris.de puteo de synod.c.5.Albe.ī l.quoniam, nu.1.ff.de infamibus,nisi facta esset parte aduersā præsente & acceptante.com.dicit Bereus in c.at si clerici.de iudi.nu.142. & nu.143.sufficeret tamen talis confessio ad torturam,refert Clar.d.§.q.55.ver.1.2.& 3. P.Fichard.

confessio facta in tormentis,si legitima indicia non præcesserint, & seruanda non fuerint seruata, talis confessio est ipso iure nulla, nec potest confessus ex ea condemnari, etiam si in ea perseueret.communem dicit Alex.in l.qui in aliena.§.Celsus.n.12.de acq.hæred. quem refert Ias.in d.§. Celsus.n.38.& cons.188.n.2.lib.1.relatus per prac.Cōrad.in limit.21.Brun. de indi.& tortur.Bertrand.cons.226.nu.5.lib.2.Mars.in l.1.in princ.de quæst.Gomes.c.15.delict.n.25. Foller.pract crim.n. 1.& videtur tex.in l.pen.de quæst.secundum lecturam,quem Bart.& omnes sequuntur,vt dicit Alex.de Neuo.cons.85.nu. 9.& licet Paris.de put.de syndicat.c.9.n.2.dicat secùs esse si ratificet confessionem expressè ad bancum iuris, qui tunc habeatur tanquam si à principio sponte cōfessus esset, tamen id ℘tra cōem esse dicit Hipp.Rimal.inter cons.diuers.cons.105. n.16.vers. obstat etiam, vbi ostendit contrariam magis communem esse.Clar.d.§.fi.q.55.ver.si verò. P.Fichard.

confessio ipsius rei facta in iudicio ciuili, præiudicat illi in iudicio criminali.com.dicit Aret. in c.causam quæ.nu.17.& seq.de testibus.quem refert Bossius in tit.quomodo proceda tur per except.n.4.& in tit.de pluribus vid.n.17.Public.super consuet.Aluer.n.11.refert Clar.d.lib.5.§.fi.q.54.ver.sed quid si.addit tamen contrariam opinionem sibi magis placere, sed nihil pro eius confirmatione allegat. P.Fichard.

confessio in tormentis vt valeat,requiritur vt reus in illa ℘ seueret, & illam ratificet extra tormenta in banco iuris.communem dicit Boer.ī decis.163.n.18.Bru.de indiciis & tortur. n.3.Ab.in c.cùm in contemplatione.n.7.de regul.iur. Idque procedit siue talis confessio facta sit præcedentibus indiciis siue non.communem testatur Pract.Carer.n.196.& talis ratificatio nō debet fieri incōtinenti,quia tunc præsumeret dura re metus tormentorum, sed expectandum est spacium vnius

Universidad de Deusto
Biblioteca

dici.& hanc communem dicit Ant.Gomes.c.13.delictorum, n. 24. alij tamen dicunt in hoc standum esse arbitrio iudicis, & ita communem dicit Simancas de hæret.c.63.n.42.Clar.d. §.fi.q.64.ver.Ceterum.& seq. P.Fichard.

Confessio iudicialis facta corã iudice non competente,nõ valet in vim iudicialis cõfessionis, niti facta esset parte aduersa præsente & acceptante.com.dicit Aret.cons.26. in fi.Alex. l.3.§.seruus.n.3.ff.de iureiur.quem refert Capic.decis.179.n. 1.in fi. & ideò non sufficit ad probationem sed ad torturam: refert Clar.d.q.55.ver.1.& 3. P.Fichard.

confessio non absoluta vel pura,sed cum qualitate adiecta: si confessus habeat præsumptionem contra se, potest pro parte acceptari & pro parte sperni. ita vt confessus homicidium defensionis causa fecisse, habeatur ac si simpliciter absque illa qualitate confessus esset,ita vt ex illa condemnari posset,ni si ꝑfessus qualitatẽ adiectã probaret.Hanc Bart.decisionẽ dicit communiter approbatam Ias.in l.vt vim. nu. 13.de iust.& iur. quem refert Boss.in tit.in d.confess.nu. 19. & Menchiaca lib.3.de test.§.23.n.23.Thomas Ferrat.cautel. 5.Pet.Calephã lus,inter cons.crim.diuers.cons.88.nu.2.lib.2.Pract.Carr.nu. 163.& seq.Hanc etiam communem dicit Boer.decis.164.nu. 10.Alciat.in l.1.§.si quis simpliciter.n.76.de verb.oblig.Blãc. in pract.crim.Menchiacha controuer.illust.c.2.n.8.Malè igitur Mars.cons.136.n.31.& n.44.dixit opinionem contra Bar. esse magis communem,refert Clar.d. §.fi. q.55.versic.posset. P.Fichard.

confessio procuratoris facta in iudicio ciuili,non præiudicat reo in criminali. com.dicit Berous in c. qualiter & quando,n.91.de accusat.Clar.d.§.fi.q.54.ver.sed quæro.P.Fichard.

confessio rei extorta à iudice cum promissione impunitatis,facit vt possit reus condemnari. Ita communem esse dicit Apostil.ad Dec.in l.ea.est natura.de reg.iur.n.7.Plaza in lib.1. delic.c.37.n.7.& ita tenuit Cy.in l.præsenti.C.de iis qui ad eccles.cõfug.& Alcia.in l.natura,in fi.de verbo. sign. Contrariã verò.s.quod non possit reus condemnari.com.dicit Cagnol. in l.ea est natura.de reg.iur.n.18.&idem attestatur Remigius de immunit.eccles.fallentia 26.Sed priorem magis communem dicit Boss.in tit.de confessio.per tortur.n.12.quę & Claro communior videtur,sed posteriorꝫ æquior.Clar.d.§.fin.q. 55.ver.circa secundum. P.Fichard.

cõfessio rei minor annis valet,etiamsi sine authoritate curatoris facta sit ita communiter practicari dicit Baldus in l.j. n.59.C.de confes.quem refert Paris.de Buteo de synodo.n.7. Ange.de malefi.in verbo comparuerunt & confitentur totũ, n.8.subdens ridiculum esse,seruare,contrarium.Clar.d.q.55. ver.vlterius. P.Fichard.

confessio propriè non est probatio. Est communis opi. secundum Dec.in Rub.de probat. extra ver.expedita definitione:Hypp.in Rub.C.eodem titulo, vbi concludunt, quòd statutũ loquens de probatione, non habet locum in cõfessione partis,maximè in statuto angustante facultatem probandi ex causa.Quę tamen opi.non videtur rationabilis,attẽto ꝙ nulla censetur melior probatio partis aduersæ, confessione ipsa per quam euacuatur etiam præsumptio iuris, & de iure, quæ nulla alia probationis specie superatur, vt ponunt Doct.in locis suprà allegatis. Chærian.

cõfessio rei,facta per torturam indebitè, & nullis præcedẽtibus indiciis,non valet,nec ex ea potest reus condemnari,dato etiam,ꝙ millies fuerit ratificata.Est communis opi.secũd. Alex.in l.qui in aliena.§.fi.in fi.ff.de acq.hæred.& Hypp.in ꝓs. 8.inci.in causa magistri Ioannis.ver.nam confessio,&c.Idem cons.45.licet allegationes,in prin. Idem.

confessio facta ad liberandum,parti absenti licet non prosit in vim pacti,tamen valet vt probet aliquem debitorẽ non esse,est communis opi.secundum Aret.in consi. 60.incip.Excellentis.doct.n.1.& Alex.in cons.245.põderatis.circa fi.vol. 6. Idem.

confessio ad hoc vt inducat plenam probationem, requiritur ꝙ sit facta non solùm parte præsente, sed etiam ipsa parte eam acceptante,secun. Alex.cõs. 20.in causa appellationis in prin.vol.4.Sed Socin.cons.228.in causa Gabrielis.ver.nõ obstat vnum.vol.2.dicit communem opinionem esse in oppositum, ꝙ imò præsentia sola sufficiat in fauorabilibus ipsius præsentis.nam tunc, etiam parte nõ acceptante expressè,talis confessio plenè probat. Idem.

Est verum,quod Alex.in d.cons. 20.pro sua opi.adducit vnum bonum simile, videlicet quòd testis deponens,ꝙ talis ꝑ tulit talia verba præsente Titio,non dicitur probare ꝙ Titius intellexit.Est communis opi.secun.Ias.in l.2.§.voluntatem.ff. vol.mat.de qua vide infrà in verb.Testis.n.4. Idem.

Allegans solutionem,non censetur debitum confiteri.Est communis opi.secundum Alex.cons.183. inci.in causa.circa fi.vol.6.contra Dyn.in reg.nullus.de reg.iur.in 6. Idem.

Biblioteca

errorem,vt est communis opi.ibi.nu.65. quia non sufficeret tortura,nec propter variationē posset torqueri.vt ibi.Bonac.

Confessus & si ex intervallo possit se excusare, ea excusatione,quæ simul esse possit cum confessione,ita tamen,q̄ nō veniat contra iuramentum,non tamen potest se excusare, ea excusatione,quæ perimat, & enervet confessionem. nulla in hoc habita consideratione iuramenti.Bossius de confessis.n. 34.communem esse probat.in eo,quod dicit,& ita dicunt omnes. Bonacoss.

confessus & convictus non appellat.Nam quando reus est sponte confessus & convictus,vel delictum est notorium,potest iudex sententiam exequi,appellatione interposita nō obstante,& si aliter facit peccat.Et ita est communis opi.de qua Rolan.à Valle in cons.73.n.26.vide omnino Pet.Duen.regu. 156.Clar.q.66. Bonacoss.

confessus se occidisse talem,potest se defendere& allegare illum talem fuisse bannitum, furem,vel adulterum in furto, vel adulterio deprehensum.Clar.q.56.in prin. Bonacoss.

confessus crimen potest ex confessione condemnari.communis est opi.Clar.q.65.Et vnica sufficit cōfessio spontanea, vt est communis opi.Clar.ibi.ver.sed quæro,etiam si confessio fuisset facta iudici absente accusatore in forma iudicij, & iudice sedente pro tribunali, etiam quod iudex procedat ex officio,quia iudex acceptat pro eo,nam in criminalibus proceditur ad instar civilium.Sadoletus in l.non fatetur.§.si quis absente,col.9.ver.prædicta.ff.de confessis.Et ideò si fur sit cōfessus corā iudice,ista confessio prodest Domino, & facit plenam fidem pro eo absente: quia iudex representat personam suam.& sibi acquirit.Alex.in l.is,apud quem.n.28.C.de eden. confitens autem maleficium iudici in camera,non autem ad tribunal nunquàm infamatur,neque ex illa confessione damnatur. Et ideo adsessores faciunt semper duci malefactorem ad tribunal,vt ibi confiteatur in forma iudicij,vt dicit Angelus in lege,ictus fustium.ad finem.ff.de iis qui notātur infam. & practica est,vt semper scribi faciant,q̄ sententia fuit lata in termino,& post terminum,& ipso judice semper pro tribunali sedente,& est valde tura hæc quidem practica.vt dicit idem Ang.in l.si prætor.col.1.ff.de iudic.Si verò confessio sit facta in tormentis, vel extra tormenta,non potest reus condemnari,nisi perseveret in ea & ratificet. vt per Clar.vbi s. Si tñ reus omnino sit legitimè convictus,non est aliud quærēdum.Sed debet iudex reum condemnare.Et ita practicatur.Clar.66.in princ. & sufficiunt minores probationes ex qualitate delicti, quod,secundum q̄ communiter contingit,reputatur difficilis probationis. Vt putà famulus aufugit, furtum fuit factum domino.Nam satis dicitur constare de ipso furto,vt est communis opi.Cla.q. 66. ver. 1.idem si ostendatur aliquod signum,seu vestigium alicuius circunstantiæ, ex qua verisimiliter præsumi furtum commissum fuisse putà, si reperiatur fractura in hostio,vel pariete,vel arca.Clar.ibi. Bonacoss.

confines quomodo probentur:vide Guid.pap.q. 193.qua in materia dixit Dec.cons. 517.col.fi.q̄ quicquid est intra cōfines comitatur præsumitur de comitatu, de agerī autem ad prædium:quid probare debeat?& dic,q̄ debet probare de idē titate saltem per duo confinia, secundum communem per Rol.cons.67.n.4.lib.2.cui Adde,q̄licet duo cōfinia sufficiant ad probationem identitatis:fallit tamen,quando in instrumēto essent descripta quatuor,quorum duo conueniunt rei petitæ: & alia non, cuius tamen contrarium ponit idem Rol.d. cons.67.n.18.19.probantur autē confinia ex pluribus instrumentis privatorum quia insurgit cōmunis opi. q̄ ita sit, teste Dec.cons.42.col.9.post med.quid de cōfinibus agri,quomodo probentur? & dic.vt per Nat.cons.235.col. 9. & seq. cons. 314.col.2.Castr.in l.si in nomine C.de testam Paris.cons. 58. n.25.lib.3.Alex.d.l.si in nomine col. 1.in fi.& licet instrumenta inter privatos confecta nō probent confines:gl.fi.in l.cum aliquis C.de iur. delib.fallit tamen vbi agitur de probatione finium antiquorū,quia tunc probabunt, secundū Nat.d.cons.235.col.4.circa med.qua in materia finium antiquorum:vide Afflict.decis.23.83.& dic, q̄ confinia probantur etiam per verba enuntiativa etiam propter aliud prolata, teste Abb. in c.cum olim n.14.de cens.& plura not.Dec.cons.146. post n. 14.vbi an &quomodo ex verbis enuntiationis probentur cō fines?cuius rei prac.docet idem Dec.cons.109.

CONFINES.

Summaria.

Triplex modus procedendi in iudicio quæstionum finalium.q.1.

Potestas in novis terminis constituendis, aliisque quibusdam rebus pro arbitrio ordinandis, permissa iudici in iudicio fin.regundorum.ead.q.

In probandis finibus,maximè antiquis,exactam probationem non requiri.q.2.

Vbi res sunt multùm antiquæ, difficilem esse probationē. ead.q.in fi.

Vbi cadit difficultas probationis, admittuntur probationes minus integræ.ibid.

Tempus antiquum, aut antiquissimum in materia probationis,quando dicatur,ad hoc,vt imperfecta probatio in antiquis plenè probet.q.3.

Vitæ hominis longævæ terminum, esse spacium 100.annorum,ead.q.circa fi.

An & quatenus plenè probentur confinia, dominium & possessio, per verba enūciativa scripta inter alios, in pluribus instrumentis publicis antiquissimis.q.4.

Fines novos probari per verba enūciativa scripta in instrumentis.ead.q.

Iurisdictionem, eiusque fines probari per antiqua privilegia.q.5.

Fines probari per catastum vnà cum solutiōe productum: secùs si scriptura catasti per se sine solutiōe producatur.q.6.

Catastum repertum apud personas egregias,iūctis aliis adminiculis idoneum esse ad probandos fines.ead.q.in fi.

Fines an & quatenus probari possint,ex scriptura & literis incisis in lapidibus terminorum.q.7.

Literis & scripturis, in lapidibus atque columnis, non minorem haberi fidem,quàm literis publicis.ead.q.

Fines limitatos, sive privatarum rerum secularium vel ecclesiasticarum,sive publicarū rerum,aut dignitatum ecclesiasticarum & temporalium,nunquam præscribi posse.q.8.

Principes seculares malè facere,qui quotidiè aliorum territoria,cum gravi animarum præiudicio occupent.ead.q.

Divisionem regnorum, territoriorum & diœceseon spectare ad solum Papam vel principem: Eisque esse reservata in signum vniversalis iurisdictionis,& imperij.ead.q.

Commisso maleficio in confinio duarum civitatum,si dubitetur in vtrius territorio sit commissum, ad quem spectet cognitio.q.9.

Delictum in mari inter duas civitates æqualiter distantes, perpetratum,censetur in confinio vtriusque civitatis cōmuni,factum: Ideoque ad vtriusque pariter cognitionem pertinere.ead.q.

Tot videri delicta, quot sunt personæ offensæ: Ac vnumquemque posse agere insolidum.ead.q.

QVAESTIO I.

Quæro, Qualiter in iudicio finalium quæstionum procedatur? Resp. Abb.in c.ex literis.n.9.ext.de probat.Ponit vnam practicam sive modum procedendi,vt s.iudex primò cognoscat de possessione:secundò, de proprietate:tertiò, Agrimensorem mittat: quartò,per suam sententiam terminos statuat. Habet enim Iudex potestatem de novo terminos statuendi, sed evidentiorib. signis, vt evitenrur scandala & tollendo de fundo alterius,ac dando alteri, faciendo tamen ei pecuniam refundere.l.2.& 3.ff.fini.regund.

Alios duos modos tradit idem Abb.in c. quia indicante.n. 9.ext.de præscri.Vnus est vt deposita querela iudex inquirat, quis possideat& quātum,deinde videat circa proprietatē q̄tū debeat quilibet habere,& hac informatione habita, vadat cū agrimēsorib.vel agrimēsorē mittat partibus citatis,ac iniungat,vt circa probationē habitā agrū mensuret,vnicuique assignādo quod suum est,& terminos figat,& postmodū pronūciet, illos observandos fore in futurum.hanc opinionē tenet Bald.l.si quis.n.2.C.fi.regun.Ang.§.quædā.n.12.Ias.n.78.Inst. de actio. Fel.d.c.quia indicāte.n.3.Hāc communem dicit esse & certiorem Hier.de Mont.tract.de finib.c.30.nu.6.Secūdus modus est vt iudex habita informatione, pronunciet terminos esse ponendos, secundum informationem vel probationem habitam.

QVAESTIO II.

Quæro,Qualis p̄batio requirat in probādis cōfinib.Resp. In probādis cōfinib.maximè antiquis exactam probationem nō requiri,ita tenet Corn.cōs.331.n.3.vol.1.Soc.cōs.86.n.4 vol.1.cōs.66.n.2.vol.2.vbi cōem asserit.Bertr.cons.171.n.5. vol.3.Bart.Chassanæ.cōs.15.n.18.Aym.Crauet.de antiq.tēp. 1.par.sect.viso.n.31.Paris.cōs.27.n.15.cōs.104.n.14.cōs.107. n.7.& 8.vol.1.cōs.68.& 69.n.5.vol.1.Rō pōt esse,qa,vbi res sunt multū antiquę, difficilis est p̄batio.& vbi cadit difficultas p̄batiōis,admittunt p̄batiōes min⁹ integræ.c.3.ext.de p̄bat.

QVAESTIO III.

Sed hic quęro.Quādo dicatur antiquum vel antiquissimū?

Variæ

Universidad de Deusto Biblioteca

Variæ sunt opiniones, vna fuit Antonij de Butr. in c. veniens. el 1. de testibus, q̃ scilicet requiratur 40. annor. spacium, eum sequitur Barba. cons. 17. incip. præclarè. col. 26. volu. 2. Bart. Chassanæ. cons. 15. nu. 19.

Alia fuit quorundam opinio tenentium, q̃ iudicis arbitrio relinquat, quando dicatur antiquum tempus in materia probationis, Eam opinionem tenet Host. cap. illud. de præsumptio. Alex. cons. 4. & cons. 187. volum. 2. idem voluit Soc. consil. 22. Matth. de Afflict. decis. 84. nu. 7. Ang. Inst. de vsucap. in princ. num. 6.

Alia fuit opinio tenentium, q̃ requiratur tempus 100. annorum metam excedens. Inn. cap. veniens. ext. de verbo. sig. q̃ dicunt communem esse. Alex. & alij. l. cum aliquis. C. de iur. delib. Decis. Tholos. 4. 39. Alex. cons. 7. incip. viso themate. in fi. vol. 1. cons. 83. incip. viso themate. n. 9. vol. 3. cons. 104. n. 8. & 9. vol. 7. Curt. Senior cons. 83. n. 24. Soc. cons. 39. n. 7. vol. 1. Bertrand. cons. 107. vol. 1. cons. 411. n. 6. vol. eod. Carol. Ruin. cons. 141. nu. 2. & 18. cons. 161. n. 5. vol. 5. cons. 17. n. 3. vol. 3. Ias. cons. 81. n. 3. cons. 104. n. 6. vol. 1. con. 148. n. 8. vol. 4. Dec. c. cùm dilecti. n. 18. de appel. cons. 321. col. 4. & cons. 13. nu. 8. vbi dicunt centum annorum spacium q̃ vitæ longæuæ hominis terminus est, requiri, vt imperfecta probatio in antiquis plenè probet. & ita communiter teneri. A qua opinione non est recedendum. Eam quoque tenet Hipp. l. de minore. §. plurium. n. 65. ff. de quæst. Crauet. cons. 146. incip. respondi. nu. 3. vol. 1. Limitatur hæc communis, vt per Crauet. de antiq. tempo. part. 1. in prin. nu. 5.

QVAESTIO IIII.

Quæro, Vtrum verba enunciatiua in pluribus instrumentis publicis antiquissimis inter alios scripta, plenè probent confinia, dominium & possessionem? Respon. Barto. l. cùm aliquis. C. de iure deliber. dicit confinia non probari per verba enunciatiua scripta in instrumentis, veluti si in iis cõtinetur actum in tali loco, in domo talis, per hoc enim non probatur talẽ domum esse in tali plebanatu, vel secundum Pau. de Cast. ibi, & Abb. in cons. 62. n. 2. vol. 2. inducerent tantum vehementem præsumptionem.

Contrariam opinionem, q̃ videlicet verba enunciatiua in plurib. instrumentis antiquissimis inter alios scripta, in quib. enunciatur, aliquem locum esse de iurisdictione vel diœcesi vel districtu, plenè probent non solùm confinia, sed etiam dominium & possessionem rerum particularium, notat gl. cap. si Papa. verb. prolata. de priuil. in 6. Abb. c. cùm olim. ibi gl. verb. instrumenta. de censib. c. super eodem. n. 3. de paro. Ab. Feli. & Dec. ca. cùm causam. de probat. Barbat. cons. 17. incip. præclarè. col. 22. 26. cons. 6 vol. 2. & c. ex literis. in fi. de proba. Guid. Pap. in cons. 88. n. 2. Corn. cons. 333. incip. cap. n. 9. vol. 1. Soc. cons. 65. nu. 7. & cons. 88. & cons. 166. vol. 1. Ias. cons. 81. n. 2. cons. 114. n. 5. vol. 1. Dec. cons. 42. nu. 7. cons. 428. n. 26. vol. 1. Aym. Crauet. cons. 54. incip. quæritur. nu. 11. vol. 1. & in tract. de antiq. temp. part. 1. in prin. n. 7. Paris. de Put. cap. quia in materia. de finib. feud. Bald. d. l. cùm aliquis. quem sequuntur Salyc. Alex. Ias. l. admonendi. n. 244. ff. de iureiur. Soc. cons. 187. n. 5. vol. 2. Hiero. de Mont. tit. de finib. vbi communem asserit post Aym. Crauet. vbi sup. cap. 60. n. 3. & limitat hanc communem, vt non procedat, quando agitur de probandis confinibus nouis, quo casu vera est, & saluatur opinio Bart. ita tenet Alex. Bald. Salyc. & Ias. d. l. cùm aliquis. Ias. cons. 65. num. 1. vol. 3.

QVAESTIO V.

Quæro, An priuilegia antiqua probent iurisdictionem & eius fines? Resp. Bald. Rub. C. de emptio. & vend. tenet, q̃ sic. Idem voluit Soc. cons. 187. n. 6. vol. 2. & Aret. cons. 42. in prin. vbi dicit omnes Doct. communiter ita tenere, & dicit, q̃ præsumptio & probatio resultabit, vt quicquid in antiquo priuilegio continetur, sit de finibus illius cuius sunt fines in illo descripti.

QVAESTIO VI.

Quæro, Vtrum catastum probet confinia? Resp. in hac q. distinguitur. Aut catastum producitur vnà cùm solutione, & facit probationem, quia per impositionem census & collectarum deprehẽditur, q̃ locus soluens collectas sit de territorio illius loci, cui soluitur. Ita tenet Alex. cons. 35. incip. viso processu. nu. 4. vol. 4. Bald. l. 3. C. de nat. liber. arg. tex. Corn. cons. 333. vol. 1. nu. 6. Aut catastum de per se producitur sine solutione, & non probat. Fel. c. cùm causam. n. 2. extr. de prob. Aymo. Crauet. de antiq. temp. 1. part. sect. quartò limitatur. n. 71. & q̃ catastum non probet de per se dominium, vel possessionem contra eos, qui scripturæ catasti non consenserunt, neq; interfuerunt, tenet Bald. l. si pater. C. de actio. empt. & in l. solennibus. C. de rei vend. Alex. cons. 61. n. 16. vol. 7. cons. 77. incip. viso processu. n. 11. vol. 6. Lanfranc. cap. quoniam contra. verb. testium. n. 16. de probat. Et hanc esse communem opinionem attestatur Paris. cons. 104. in fi. vol. 1. & Roman. consil. 275. Barbat. tamen dicit, catastum siue æstimũ, si fuerit repertum apud egregias personas, junctis aliis adminiculis, probare confines. cons. 17. vol. 2. & cons. 6. vol. eodem.

QVAESTIO VII.

Quæro, Vtrum literæ in lapidib. terminorum scriptæ probent confinia? Resp. Fel. in c. cùm causam. ext. de prob. n. 8. & 27. dicit, q̃ tales scripturæ in lapidibus sculptæ non probent, sed adminiculentur, vbi agitur de graui præiudicio, dato q̃ essemus in facto antiquissimo, & ita Doct. communiter tenere. Idem voluit Abb. cap. cùm causam. n. 1. vbi dicit q̃ scripturæ in columna vel lapide credatur, & facere probationem plenã in iis, quæ non tendunt in alicuius præiudicium, in aliis verò adminiculari secundum loci qualitatem, vbi reperiuntur & secundum præiudicij quantitatem.

contrariam partem, q̃ scilicet ita credatur scripturis in lapidibus, sicut scripturis publicis, & q̃ confinia per eas probentur, tenet Guid. Papæ q. 193. in verb. sexto. Paul. de Castr. l. si à furioso. in fi. C. de testam. Corn. cons. 171. inci. videtur in hoc. n. 10. vol. 1. cõs. 333. n. 5. eo. vol. cons. 162. n. 6. vol. 3. Laurent. Calca. cons. 9. num. 7. Et hæc mihi verior videtur, quia ex quo in lapidibus terminorum scriptura reperitur, & ita ordinatum esse præsumitur.

QVAESTIO VIII.

Quæro, An fines præscribantur? Resp. Quòd fines si sint limitati, siue priuatarum rerum, secularium vel Ecclesiarum, si ue publicarum rerum aut dignitatum Ecclesiasticarum & tẽporalium, nunquam præscribi possint. Ita tenet Ab. in c. super eo. in fin. de paroc. vbi subdit, principes seculares malè facere, qui quotidiè aliorum territoria cum graui animarum præiudicio, occupant. Idem tenet Card. Zab. cle. parochialis. ver. vt illud. nu. 4. de re iud. Ias. §. quædam actiones. 38. Inst. de actio. Paris de Put. c. at si fines. n. 9. de finib. feud. Io. Lecirier tract. de primog. q. 4. n. 2. lib. 2. tom. 7. Laur. Calcan. consil. in cons. 90. inci. quia ista quæstio. n. 6. vbi dicit, q̃ id ideò, quia diuisio regnorum, territoriorum, & diœcesium spectat ad solum Papã vel principem, & eis sunt reseruata in signum vniuersalis iurisdictionis, imperij & actus. Ideoque priuatorum possessio nihil operatur contra illud, quod statutum & ordinatum à principe fuit, & contra illud præscribi non poterit. Eandem opin. tenet Guid. Pap. cons. 88. num. 5. vbi dicit Doctor. communiter in ea residere sententia.

QVAESTIO IX.

Quæro, Si maleficium sit commissum inter duarum ciuitatum confines, & dubitatur in cuius territorium sit commissum, ad quem spectet cognitio? Resp. Bart. in tract. de iurisdic. omn. iud. nu. 14. tenet, q̃ ratione dubii, vtrinsque ciuitatis rector procedere poterit. Idem tenet ipse Bart. in l. iurisperitos. §. cùm oriundus. n. 2. ff. de excus. tut. Maria. Soc. eandem tenet opin. vbi dicit ita communiter obseruari, in c. postulasti. vers. circa septimum. ext. de for. comp. Idem in simili tenet Cæpo. in tract. de seruit. rust. prę̃d. in tit. de mari. c. 26. n. 20. vbi si delictum erit perpetratum in mari, inter duas ciuitates æquè distantes, dicitur perpetrarum in confinio, quod est commune vtriusque ciuitatis, ideò ad vtramque pariter spectabit cognitio. Ratio potest esse, quia quando ex delicto perpetrato resultat offensa in plures, tunc tot sunt delicta, quot sunt personæ offensæ: & quisque poterit agere insolidum. ita dicit Aret. in cons. 58. num. 2. Michael Grass.

Confinia duarum ciuitatum si tangat maleficium, quis sit iudex, scribit Alb. in l. iurisperitos. §. 1. ff. de excus. tut. Ab. c. fi. col. 2. de for. comp. Soc. in c. postulasti. n. 7. e. ti. Bart. & Alb. in l. fi. ff. de iur. om. iud. Quid de domo sita inter duas parochias? dic vt per Ruin. cons. 59. n. 10. lib. 2. Et quando est incertitudo confinium, quis sit iudex, vide Ant. Butr. & Host. in c. sanè. de for. com. Et quando est maleficium perpetratum in confinib. duarum ciuitatum quis cognoscere debeat: not. Cepol. tit. de seruit. viæ. col. 9. q. 18. Quid de gabella posita in confinio duarum ciuitatum, qualiter exigi debeat, vide Bald. in l. pen. C. de cond. insert. Quib. adde, Ang. in l. sanè. in fi. ff. de iniur. vbi q̃ si inter duas ciuitates æquè distantes committatur delictum in mari, tunc dicitur commissum in confinio quod est commune vtrique ciuitati: & sic pertinet cognitio vtrique: & per prę̃ntionem personalem dicetur prę̃uenta cognitio. Butr. d. c. sanè. ver. quæro quid. de fo. com. vbi dicit q̃ qñ est tale dubiũ, iudex potest cognoscere an sua sit iurisdictio. Et quis habeat

inten

Universidad de Deusto
Biblioteca

intentionẽ fundatum in his quæ sunt in confinibus, vide Dec.conf.271.Bart.& Albe.in l.de iure.ff.ad municip. Pur.

Confines seu qualitates duæ tantum verificaræ identitatẽ probant,secundum communem per Bursat.conf.80.num.3. lib.1.ex communi doct.Bart.in l.demonstratio.q.7.ff. de condit.& demonstr.

confinia duo probant identitatem,teste Ale.conf.133.colum.3.nu.5.lib.1. & satis est q̃ per duas demonstrationes habeant limitem,l.forma in prin.de cens.Bar.in l. demonstratio falsa q.7.de cond.& demon.gl.d.l.forma ver.vicinos Bar.in l. cum pater §.fi.de leg.2.vbi q̃ven.dicio fundi valet:quando est certus,licet fines omittantur notario,quod nota,quia euenit casus,in quo maritus recognouit mille aboxore pro dote,itẽ iugera.29. & tanta quanta sunt,sita infinibus taurini,sub earũ cohereñ quæ ibi per expressis habeantur, vxore pereñ iugera p̃dicta: hæres dixit non teneri quia non constat maritum hꝛe aliqua prædia in agro taur. in qua q.post plura,dictum fuit,eã decidi posse ex dictis Suarez lib.com.opi.ver.legatum. Mayner.in l.semper in obscuris n.9.de reg.iu.vill.l.inter com.opi. lib.ver legatum vbisp legata domo,si nullam testator habeat: legatũ est eluforiũ,in principali aũt materia probationis cõfinium: vide Alex.conf.89.n.6.conf.159.col.2.lib.5.Paris.conil.104.lib.1.quid de identitate,& quomodo ea probetur,vide sing.pract.quam docet Castr.in l.1.C.si vnus ex plus app.

confirmatio Donat.in coniug.quæ fit per mortem donantis,retrotrahitur ad tempus donationis factæ quo ad fructus perceptos,sed non respectu dominij.comm.dicit.Clar. §. donatio.q.9.ver.sed quæro. Pius Fich.

confirmatio etsi facta ex certa scientia,non censentur confirmatum inualidum cum præiudicio tertij. Ioan. de Ripa de legib.lib.1.respon.2.nu.6,communem dicit. B.Vill.l.

confirmatio.Vide quæ scribit Bart.vbi doct.in apost.in l.1. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.Quid de cõfirmatione quam facit princeps iurando? dic q̃ tale iuramentum porrigitur ad licita,& ad ea extenditur.Abb.in c.prout nobis.col.2.de dol. & contu.Et confirmatio principis ex certa scientia,& plenitudine potestatis, non solum corroborat actum confirmatum, sed vlterius se extendit.Ruin.conf.109.n.6.lib.4.Et clausula non obstante,an porrigatur ad ea quæ sunt valida.& plura de ipsa clausula,vide per Fel. in causam quæ.col.12. de rescript. Et de confirmatione cum aliqua reseruatione vide Ang.in l. omnes.C.de præscript.30.vel 40.ann.Bald.in l.fi.C. de temp. appel. Pur.

confiscari debent omnia bona rei committentis delictum lesæ maiestatis,ac capite puniti.l.quisquis.C.ad legẽ Iul.maiestatis.& hoc iure communiter hodie vtimur,& sic in crimine isto lesæ maiestatis contra principem,vsq; tempus Ioan bona confiscantur, publicanturque ac etiam in crimine hæresis, & ita seruat consuetudo, & communiter totus mundus, secundum Alber.in tract.statutorum.q.18.n.6.3.par.& Cæpollam conf.17.n.34.& hoc quoque firmat Bald.in c.1.de pace tenẽda in vrb.seu. vbi scribit istam esse communem opinionem, & in l.si quis nummus,C.de fals.monet.Saly.in l.1.eod.tit.& Cæpol.in d.conf.17.n.35.& Hiero.Gigas,in tract. de crimine lesæ maiesta.in rub.de pœnis committen.crimen.lesæ maiestatis lib.2.q.1.n.1.cum aliis seq.vbi ponit nõnullas alias pœnas,quæ apud veteres diuersimodè imponebantur reis inquisitis & conuictis de hoc crimine lesæ maiestatis& a duerte q̃ dam bona rebellis prædicti, quàm hæretici non confiscantur ipso iure, & per consequens feudo, & aliis eorum bonis non priuantur ipso iure,sed debet necessariò interponi seu expectari sententia.& ea lata bona sunt ipso iure confiscata,d.l.quisquis & tenuit Dy.Bart.& Alberi.in l.1.§.an bona.ff.de iure fisci,Bald.in tract.feudorum,n.45.Cagnol. in l. ea sola deportationis sententia.n.5.ff.de reg.iur. & ita voluit cõsulendo Cardina.conf.128.& Boer.decis.264.nu.11.& ista est communis opi.vt constat ex congestis per Gigan.in d.trac.q.25.in regno verò isto committens crimen lesæ maiestatis ipso iure amittit dominium,possessionemq̃ feudi, ac aliorum bonorum nulla interueniente apprehensione vigore constitutionis ipsius regni incipien.contingit,& cap.tuchoantis iustitiario terræ Hidruntij,& ea.bona proditorum,teste Afflict.in c.1.§.sed nec alia,n.107 in tit.quæ fuerit in prima causa beneficii amit. quamuis additionator. in d ca.iustitiario,in vers.applicentur, & ipsemet Affli.in d.constitutione contingit,intelligant iura præmissa regni procedere,q̃ executio fieri nequeat super bonis ipso iure ad fiscum deuoluris per rebellionẽ commissam ex abrupto,sed debet expectari declaratio, & sententia condemnatoria, & istum fore verum sensum & intellectum dictorum iurium omnibus rectè tuẽtibus exploratum erit, imò in cõsulendo iudicandoq̃ casu euenienteſemper per dicta regni iura per rationes euidentissimas hic non positas cõclu derem fore necessariam sententiam ante confiscationem faciendam bonorum rebellis,& nota similiter ad præmissorum declarationem,q̃ hodie bona damnatorum non confiscãtur, nisi in crimine lætæ maiestatis,per tex.celebrẽ. & expressum, in authentica bona damnatorum,C. de bonis damnatorum, sed ascendentibus,vel descendentib. & à latere prouenientibus deferuntur,seu reseruantur,nihilominus per authen.bona,non corrigitur auth. incestas nuptias C.de incestis nup.dif ponens confiscationem bonorum fieri debere ipso iure aduersus contrahentem matrimonium scienter in gradu prohibito,secundum gl.Bart.& Ang.in authentica nouo iure,C.de pœ.qui male iudi.Cy.Pet.de Bellapert.& Alberi. in dicta authentica bona damnatorum & in d.tract.statutorum,3.part. q.18.in prin.Iacob.de Beluisu.in §.1.in authentica, de incest. nuptiis, Areti.in tract.malefic.in ver.bona publicamus, And. de Isern.& Bald.in c.vno.quæ sint regalia,& Mart. Lauden.in tractat.de fisco.§.5.& Boerius,post alios congestos,per eum, in d.decis.274.numer.15.cum aliis sequentibus,vbi recitat istam esse communem opinionem, & confiscario bonorum fit ipso iure, etiam in 250.casibus positis, ac relatis per Ludouicum Cressolem,in tract.in quibus casib.iure ciuili omnium bonorum,vel partis publicatio sit in dicta,recensuit 5.citatos casus.Cæterùm communis in principio præmissa interpretatur vtiliter nõ habere locum in feudo rebellis confiscato,q̃ ob crimen læsæ maiestatis patratum cõfiscari non potest,nec debet fisco applicari in præiudicium domini directi.secũdum Bart.in l.si finita.§.si de vectigalib.ff.de dam.inf.in 2.q. & in §. 1.in auth.de non alie.aut permutan.rebus ecclesiæ,Bal.in l.1. C.de bonis libert.Fabrum,in d.auth.bona.q.pen. Cæpol.cõsi.80.Baldus & Alua.in c.1.§.illud de prohibita feudo.aliena. per Federicũ & Iacobum de Sancto Georgio.in q̃ feud.q.28. Io.And.in c.quibusdam.de pœnis.in 6. Alberi. in authẽtica si verò.C.de hæret. Alex.conf.88.vol.4.Marti.Lauden.in d.tracta.de fisco.q.263.& in tract. de criminalib.læsæ maiestatis q. 15.& ita est communis opi.secundum Imol.Roma.& Alex. in d.§.si de vectigalibus,& Boer.in d.decis.264.nu.7.& seq.In contrariam verò partem inclinauerunt multi Doct.relati per Boerium in d. decis. quorum opiniones concordare nititur Hieronymus Gigas,in d.rub.sui tract. de crimina. læsæ maiestatis.q.5.nu.1.cum aliis seq. F.Viuius.

confiscari potest legitima filij, stante statuto super hoc, quod statutum valet. & paret cogitur omnino d. legitimam soluere, vt est magis communis opinio. quæ ita semper in practica obseruatur. decisione Perusi.11. numer.26. aduentitia autem bona filij non confiscantur, vt est communis opinio,de qua Clarus.quæst.78.versicul.sed in aduentitiis.Etiam in terminis statutis Ferr.sub rubric.Pœna filij familiàs homicidium,vel furtum committentis.lib.3.inibi & ad bonorum suorum confiscationem, quæ verba non verificantur in aduentitiis, vt pulcherrimè per Plorum in consil. 130. inter consilia criminalia. Tomo primo. numer. 55. & pluribus sequentibus. & est communis opinio, vt ibi per eum. numer. 59.vide Arium Pinellum in suo de bonis maternis. in rubric. in prima parte.numer.3. & numer.26. fol.50. Nam dicuntur bona, quæ beant & pro sunt, & sunt in patrimonio. l. bonorum appellatione. ff. de verborum significatio. vide ad propositum. Albericum in qq. ad statuta.parte tertia. quæstione decimaseprima. numero octauo. Nam à verborum propria significatione non est recedendum in statuto. idem Albericus in qq.ad statu.libr.1.quæstione centesima quadragesima. & not.quòd duplex est confiscatio.ordinaria,& extraordinaria.de quibus Alberic.in dictis quæstionibus ad statuta. quæstione decimaoctaua. nu.8. libro 3. vide omnino.vide etiam omnino Riminald.in consilio centesimo trigesimotexto.numero decimotertio, & numero decimooctauo. & consilio 243.per totum. & ibi.numero sexagesimoprimo. dicit quòd confiscatio non operatur, nisi vt nunc inspecto statuto temporis ipsius confiscationis. & bona filij non possunt alienari viuente patre, ergo nec confiscari. Et illud consilium Riminaldi fuit factum in fauorem olim comitis Pauli Comestabilis, vel Contestabilis, seu vulgo Costabilis Ferrariensis nobilissimi.& ibi Riminald.nu.37.& seq. allegat Bart.hoc expressè dicentem. in patre vsufructuario, & ibi vide etiam per Apostillantes litera F.& quę in bonis tempore delicti non sunt, non veniunt in confiscatione.Menoch.conf.101.nu.13. nec veniunt in confiscatione bona futura. idem Menoch. fusius. ibi.n.24.vt est communis opi. de qua etiam Neuiza conf.73. num.10.& in dubio contra fiscum est pronunciandum,vt ibi per Neuiz

Universidad de Deusto

per Neuiza.n.15.& in sylua nuptiali.lib.6.quomodo in dubio sit pronũciandum,& inde D.Iac.Riminal.inter cons.diuersorum,cons.100.lib.1.in criminalib.& vide Gomez.in Epit.delictorum,c.vlt.col.3.n.2.ver.ex quo notabiliter infertur.vide omnino Bart.in l.si finita.§.si de vectigalibus.q.6.nu.12.ff.de damno infecto,vbi & Alex.& cæteri maximè per Cast.in d.§. si vero de vectigalib.nu.7.rõem assignauit in l.seruum filij.in prin. n.6.& seq.ff.de leg.1.vide omnino.Non obstat quædam oppositio,ex verbis statuti.Quia statuta tantum disponunt,quãtum loquuntur,& statuta tantum disponunt quantum determinant,& prout iacent.Riminaldus nouissimus.cons.16.nu.35.& loquitur statutum de bonis, quæ effectualiter sunt sua ipsius filiisfamiliàs,vt per Riminal.seniorem.vbi s.Item bona condemnati ad mortem non videntur confiscata tacitè, nisi statutum disponat,q confiscẽtur, plura Firmanus in reperto. ver.bona cõfiscata.ver.23.& bona homicidæ intra quinque annos sunt confiscanda.Ang.in l.in cognitione.ff.ad syllanianum, Item statutum recipit ad interpretationem passiuam à iure communi.l.2.C.de noxa.c.cum dilectus.de consuetu.vn de intelligi debet de bonis filij,quæ confiscari possunt,& non de aduentitiis,quæ confiscari nequeunt de iure cõi. Item facit,quia ad fiscum non transeunt,quæ de iure speciali competunt filio,& sic ex priuilegio sed bona aduentitia competunt filio ex priuilegio,vt per Doct.allegat.ergo non possunt cõfiscari.quia licet bona damnatorum perueniant ad fiscum.l.fin. C.de bonis damnatorum,hoc tamen est verum, quando bona sunt sua,secundum communis iuris obseruantiam,sed bona nõ applicantur fisco,quę sunt damnati ex priuilegio,vt est castrense peculium,& non aduentitium,quod est concessum contrra iuris communis obseruantiam,ideò non cõfiscatur. ita Ruinus consil.23.num.17.in 5.volum.quod consilium etiam ipse Rui. fecit pro suprascripto comite paulo Costabili. Bonacoss.

Confiscari non possunt nec debent bona à testatore prohibita alienari,præsertim in fiscum, vt est communis opi. Thobias Nonius cons.97.n.1.cum seq.Secus in tacita prohibitione à lege tacitè prohibita Riminaldus nouissimus in cõs.20. nu.21.communem dicit. Bonacoss.

confiscari nequeunt bona alicuius,q habet quatuor filios, sed ex principis indulgentia debent remanere apud filios, vt est tex.expressius in l.cum ratio.§.si plures.& ibi gl.ff.de bonis damnato.& ita hodie intelligenda sunt statuta.& cõstitutiones,quæ inducunt bona confiscari.& consuetudo dictans hodie delinquentium bona publicãda esse,recipiunt hanc interpretationem,vt per Thobiam Nonium in con.97.n.8.& seq. Bonacoss.

confiscari non potest emphyteusis cõcessa à priuato.ea cõditione & lege,q non transeat ad extraneum hæredem,dato, q bona sint confiscata emphyteutæ,vt est communis opi.de qua Ber.Diaz.in pract.cano.c.124. Moronus de fide, treuga. & pace.q.25.in fi. Bonacoss.

confiscari non potest nauis,si merses prohibitæ deferantur in naui inscio domino nauis,vt est communis opi. de qua D. Iosephus Ludouic.decis.Perus.31.nu.7. Bonacoss.

confiscari nequeunt bona ecclesiastica in ciuitate Ferrariæ, non obstante illustrissimi & excellentissimi Ducis Ferrariæ decreto.vt ita consuluit Rui.in cons.23.& cons.25.ad fi.in 5. vol.& cons.109.n.33.in 3.vol. vbi respondet literis ducalib. & dici q non valent,ex quo redundant in præiudicium eccle siæ.vide Bal.in cons.284.per totum.in 1.vol.& ista est cõmunis opi.de qua.Ruini.d.cons.161.in 1.vol.Soc.cons.191.nu. 18.lib.4.vide Iul.Clar.in §.emphyteusis.n.29.Riminal.in cõsil.243.n.85.&seq.in 2.vol.vbi pro Comite Paulo Costabili. Moro.de fide,treuga & pace.q.25.in fi. Similiter bona feudalia in fiscum non transferuntur secundum dispositionem,statuti ferrariensis.Et idem est de iure communi, vt per Dec.cõsil.442.n.29.vbi signanter de statuto Ferrariensi meminit. Et idem in bonis emphyteuticis dicit quæ nõ transeunt in fiscũ facta publicatione bonorum, si sit talis, quæ non transeat in extraneos,vt ibi latissimè per eum,quæ applicat ad suprascripta. Bonacoss.

confiscari non possunt bona condemnati ad mortem,non ex forma iuris cõmunis,sed ex dispositione statuti,vt est communis opi.de qua Alex.in l.si is qui.nu.8. C.qui testa.fac.possunt & ideo reus testari potest,& si non testatur bona sua perueniunt ad succedentes ab intestato.fallit,vt ibi per eum.Si tamen statutum diceret,q bannitus posset impunè offendi posset depredari,& bona efficerẽtur occupantis, aut alterius qui primò occuparet.Alex.in l.j.in fi.C.de hære.instituen.Bonac.

confiscari non debent, nec possunt bona fideicõmisso subiecta,& alieni prohibita,nec potest fiscus etiã in his. vino reo consequi vsum fructum, nec trebellianicam, vel legitimam. Si testator prohibuit diuisionem vsque ad 30. annos, & interim cõmissum sit delictum, vt est communis opi.de qua Gabriellius in cons.184.nu.3.& seq. Bonacoss.

Confiscatis bonis filij,non intelliguntur publicata bona aduentitia,ratione vsusfructus ad partem pertinentia,communis est opi.decis.pedemon.94.nu.1. Bonacoss.

confiscari non possunt bona mariti, de quibus fecit donationem causa mortis vxori,si propter delictum sit in bãno positus.Matsil.simy.316. Bonacoss.

confiscatis vxoris bonis,& ipsius dos proscribitur,at cõfiscatis mariti bonis secus lõgè est,vt recepta axiomata effantur Aegid.Bossius in pract.tit.de bonorum publ.n.71.&n.75.ac Iul.Clar.pract.q.78. vers.quæro si bona. E.Suarez.

confiscatis bonis vasalli,non intelligitur confiscatum feudum.Est magis communis opi.secun.Curt.iun.in cons.4.sup vol.1.post Alex.in l.si finita.§.si de vectigal.ff.de dam.infect.

Fallit vbi tale feudũ esset etiam ad extraneos hæredes transitorium,ex forma concessionis,vel aliter secun.Cur.ibidem. M.Chærian.

confiscatis bonis,nõ censetur confiscata emphyteusis,que nõ transit ad extraneos hæredes,Turza.cõi opi.147.cõem dicit:Nec bona fideicommisso subiecta.vt ibi. Bonacoss.

confiscatis oĩb.bonis rebellis ob crimen læsæ maiestatis ab eo cõmissum,vtiq; in ista generali cõfiscatione bonorũ non venit iuspatronatus, & sic in iurepatronatus isto nõ succedit fiscus,sed trãsit in hæredes cõdemnati,qui præsentare pñt bñficium patronale in casu præsenti,sicut præsentare poterat cõdẽnatus ante cõdemnationẽ,fm gl.in c.fatis peruersum, 50. dist.& in cle.pastoralis,in ver.subiectæ,de re iud.Archid.in c. siliis.16.q.7 Præpos.in c.1.10.dist.Butr.& Doct. omnes,in d. clem.pastoralis,Card.in clem.si plures.de iure patro.& in cle. 1.de excess.præl.Fel.& And.Pomum,in c.quãto de re iud.Ancha.in c.fœlicis,in 10.nota.de pœnit.in 6.Collect.in c.si.de iurepatro.Bart.in extrauag.ad reprimen.in ver.rebellando,Ange.in tract.maleficio.in vers.& eius bona publicamus,in ver. & nota q facta,n.15.Affli.in c.vnico,§.ex ead.lege,n.9.in fi. de lege Corrad.in vsib.feu.Alberi.in tract.statuto. par.3.q.6. n.17.Nellũ,in tract.bãnitor.in 1.par.q.32. And.de Iser.euangelistã in regno Neap.in c.licet.in tit.si de feu.fuer. cõtro.inter dominum,& agn.& istorũ opinionẽ dicit æquiorẽ Curt. in tract.de iure patro.in ver.ipse vel is,q.29.&cõem esse fatetur Hier.Gigas,in tract.de crimine læsæ maiestatis,in rubr.de pœnis commit.crim.læsæ maiest.lib.2.q.4.& fm cõem istam consuluerunt Soc.iun.cons.51.requisitus à magnifico.vol.2. Mãtua.cons.5.& Hiero.Gigas,in d.q.4.quorũ q.lẽ cõsiliorũ, & præmissarũ authoritatũ Doct. vigore determinauit casum hũc illustriss.Dnium Venetiarũ,esse Gig.in loco præcitat.In 50 etiam verò partẽ inclinarũt, videlicet,q iuspatronat' trãseat in fiscũ facta ghali confiscatione bonorũ,gl.in d.c.filiis.Io.And. & Abb.in c.nobis.de iurepatr.& idẽ Abb.in d.c.quãto,cũ aliq.b.aliis Doct.tñ veritatẽ ipsam habẽdo ante oculos,& institutũ meũ solitũ sectãdo amplector primã sniam negatiuã,tanq; magis piã,magisque canonicã,ac frequẽtiori calculo à Doc. vtrusq; cẽsuræ approbatã,et eò libẽtius inhæsi cõi ipsi,quanto opi.Gl.Io.And.& sequaciũ cõcordari põt cũ dicta cõi.,put ad facilẽ cõsonãtiam opiniones istas reduxerũt Curt.in d. q. 29.Soc.in alleg.cõs.51.n.6.& Gigas,in d.q.4.n.4.& seq.F.Vi.

confiscatio bonorum non proscribit:bona futura,vel conditionalia.commune aiũt latè Iason in l.si stipulatus fuerim. §.cum stipulamur.num.6.ff.de verb.oblig.Anton.Gomez.de delict.cap.vltim.num.1.& 2.insignis Pinelus in rubricæ princip.num.3.C.de bon.matern.vbi iidem frequenter receptum aiunt, secùs omninò futurũ in bonis ex conditionali contractu prouenturis, quin ea solum defert in fiscum hæc bonorum confiscatio,quæ in heredes extraneos alioquin transitura erant.commune aiunt Alc. cons.522.num.6. Iul.Clar.qui hac de materia latissimè differit in pract.§.vlt.q.78. ver.nunc videamus.cum sequentibus. & vide 5.versic. bonorum confiscatio. E.Suarez.

confiscatio bonorum contra filium famil.decreta.nec bona profectitia, nec aduentitia, nec castrentia inuait, vt communia attestatur Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.78. versic.præterea quæro.cum seq. E.Suarez.

Confiscatio bonorum, & bona in alia ditione posita diuexat:vt frequenter interpretibus placitum effatur,ac rectè explicat Iul. Clar. in præd. quæstio. 78. vertical. sed hic quæro. post Brun.consil.feud.31.numer.15. Roland.à Valle consil. 78.numer.14.libr.2. E.Suarez.

Confis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõfiscatio an trahatur ad bona quæsita,vel delata post sententiam vel confiscationem vide Dec. cons.235.& 438.Bart. in l.si qua.ff.de his qui sunt sui &c.& in l.4.C.de iur.fisc.lib.x. in l. 1.ff.de bon.damnat.text. in l.si mandauero. §. is cuius. ff. mand.Et an publicatis bonis veniant legata conditionalia,vide Bart.in l.quod traditum.ff.de condit. & demonst. Et dic q̃ non veniunt hæreditates delatæ & non aditæ.Dec.cons.446. num.66.Grammat.cons.7. vbi videtur concludere quòd veniant futura. Put.

confiscatio bonorum non venit quoties condemnatur ad mortem aliquis,cuius bona ex iure communi, vel statutario non confiscantur,vt fur.communis est opin.Clar. quæst. 78. Bonacoss.

confiscatio bonorum fit multis in casibus prout in crimine læsæ maiestatis,communis est opi.Clar.q.78.ver.multa autem.item homicidij,hæresis falsæ monetæ,in crimine apostasiæ,si non habet filios,vel cognatos.Clar.ibi.in ver. apostata. & ibi quid sit apostata, item in crimine primipilatus. Abb. in c.ex literis.n.2.de pign.& quilibet iudex potest imponere pœnam confiscationis pro delicto à lege tacitè,vel expressè appositam.Sed si præter legem soli magistratus, alias non,communis est opi.Clar.ibi.ver.quæro nunquid. Bonacoss.

confiscatio bonorum non proscribit bona futura,vel conditionalia.Soarez in ver.cõfiscatio.n.263.vbi latius.Secus est in bonis ex cõditionali contractu prouenturis,quia solum fisco deferuntur illa bona,quæ in hæredes extraneos erant trãsitoria , vt est communis opinio. ibi. numero 264. & 265. Bonacoss.

confiscatio bonorum filiifamiliàs,non cõprehendit aduenritia,profectitia, nec castrensia,vt est communis opin.Soarez ver.confiscatio.nu.266. Bonacoss.

cõfiscatio omnium bonorum rei, etiam bona in alia ditione comprehendit,vt est communis opi.Soarez in ver.confiscatio.nu.267. Bonacoss.

cõfiscatio facienda de bonis delinquentis, nõ veniunt nec comprehẽduntur in publicatione peculia aduẽtitia filiorum familiarum,vt est communis opi.de qua Parisi.cons.157.n.1. in 4.vol. Bonacoss.

confiscatio non trahitur ad bona subiecta fideicommissio, & sic prohibita alienari,secundum veriorem sntiam per Rol. cons.1.nu.44.lib.3.post Alex.cons.23.lib. 1.doc.in l. filiusfamil.§.diui.de leg. 1.Boss.tit.de pub.bon.n.38.nec ad futura,teste Boer.cons.1.nu.4.& seq.vbi declarat.

confiscatio publicatis bonis vassalli non venit feudum, secundum communem per Rol.cons.29.n.8.n.14.n.16.lib.3.q̃ limita,vt per eum ibi n.17.non procedere in bonis feudalib. transitoriis ad næredem extraneum, ex quo de talibus bonis judicatur,vt de alia re hæreditaria.Quid de emphyteusi priuata:an veniat in confiscatione bonorum?& dic, q̃ non, vt per Rol.d.cons.n.18.& n.19.vbi q̃ iura quæ non transeunt in extraneum hæredem:non transeunt in fiscum,de quo vide quæ latius not.Bar.& alij in l.si finita.§.de vectigalibus.ff. de dam. infect. si grauatus per fideicommissum delinquat: bona eius non confiscantur fauore fideicommissarij, secundum Alex. cons. 23.lib. 1.Alc.cons.67.tomo.3.l.fi.C.de immun.nem.cõced.lib.10.Hypol.cons.84.180.Rom.cons.195.

confiscatio.immobilia existẽtia in dominio,vel iurisdictione separata ab illis,vbi fit confiscatio bonorum,non confiscãtur,nec domino loci vbi fit publicatio,nec domino proprio, nisi in quibusdam casibus. secundum communem per Bursa. cons.122.n.4.lib.1.post Bar.& communiter doc.in l.cunctos populos.col.fi.c.de summa trin.

morien patre banniti,cuius bona sunt confiscata, non succedit fiscus, sed sequens in gradu, secundum Gull.de Cun. & Bar.per illum tex.in l.si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alien.iur.Castr.cons.212.lib.2.Adde quæ scribit Boer. cons. 1. vbi plura de doc.Bar.in d.l.si qua pœna.

Iurisdictiones quãdo sunt separate,& distinctæ burse fiscales: si fit bonorum publicatio. de iure communi quilibet locus habebit bona sita in suo territorio , secundum cõem per Rol.cons.75.nu.8.lib.3.post Guid.pap.q.76.Aym.cons.128. col.pen.ver.2.respondeo.Nat.cons.580.nu.16.

congregare & conuocare licèt affines & amicos pro eius defensione,vt est communis opi.de qua Cur.iun.in cons.235. nu.4.& seq.in 3.vol. Bonacoss.

cõgrui retractus ius odiosum proindeque restringendum esse,multos & numero,&ætate,& auctoritate superiores asserere dicit Andr.Tiraq.in præfa.lib.1.Retract.nu.58. I.Fich.

coniecturæ debent esse sufficientes,& quæ ex ipso testamẽto colligi possint, si velimus dicere testatorem ita verisimiliter voluisse.comm.dicit I.Clar.§.testamentum.q.78.in princ. P.Fich.

coniuges,Maritus & vxor,testari possunt in eadem scriptura:& membrana.Communiter tenent omnes Doct.in l.licet. C.de pact.Et communem dicit etiam Nicola.Bello. cons. 85. n.9.vltimò tamen superstes semper potest alterare suum testamentum. nihilominus enim duo esse testamenta censentur. arg.l.eo quod.ff.si cert. peta. Et quilibet intelligitur loqui de suis bonis & iure suo discretiuè.l.qui tabernas.ff.de contrah. empt.l.serui electione.§. cum fundus. de legat. 1. cum nemo possit alteri testari.l.captatorias,ff. de hæred.instit.Et pro hac opinione consuluit in terminis Old.cons. 174. I.Fich.

coniuges sibi mutuò succedunt in quartam hæreditati partem;si superstites liberi numerum ternarium non egrediãtur: aliàs in virilem portionem vel intestato,vel defuncti sponte, vel eius in gratiis admittentur.commune inquiunt Corn. cõsi.4.libr.4.Soc.cons.121.li.4.intellige tamen hoc procedere, si aut nulla dos dicta eorum matrimonio sit, aut tam exigua, vt inde sese vxor alere non posset. commune ponit Viuius libr. 1.opinio vltim.cum Barba.cons.74.lib.4. F.Suarez.

coniuncta persona ante litem contestatam non potest pro curatorem constituere,secundum Rom.cons.241.col.vlt.qñ autem & quib.casib.admittatur persona coniuncta,vide Bar. in l.patri pro filio.ff.de minorib. Put.

cõiunctus seu frater pro coniuncto seu fratre admittitur ad agendum vel defendendum:secus ad exigendum, secundum communem per Burfat.cons.21.n.1.& 2.lib.1.vbi n.5. q̃ nec ad constituendum procuratorem ante litem cõtestatam pro illa vel alia minore.& doct.dicentes coniunctum pro alio admitti, limitant, nisi alius si minor & procuratores, curatores vel tutores habeat,teste Ias.in l.exigendi.n.2.& 9.C.de procurat.& sic minor habens curatorẽ, & alias personas legitimas, nõ potest defendi per fratrem nomine illius, vti coniunctam personam comparente.Bursat.d.cons.nu.5.

PRO.cõiuncti propter vnitatem sermonis, quasi in vnum corpus repacti intelliguntur.l.vnic.§.his ita definitis.C.de caduc.toll. Bellon.

coniunctorũ appellatione veniunt transuersales ad quartum vsque gradum: idque ad agendum, vt tradunt Guid.de Suza.Cyn.Sali.& Bald. in l.exigendi.C.de procur.Bald.& Angel.in l.non solùm.§. sed & hæ. ff. de procur. Idque ab omnibus approbari dicit Alexand.in cons. 146.videretur. volu.2. F.Turzan.

coniunctus non admittitur pro cõiuncta persona sine mãdato,contra personam æquè coniunctam secundum Pe.in l. exigendi.C.de procu.vt refert & sequitur Bal.in l.sed& hæ.ff, eo.Contrarium dicit ipse Bal.in c.postremò,in fi.extr.de ap.si vera est lectu. Balb.decis.92.

coniunctus pro coniuncto procuratorio nomine interueniens & non coniunctorio,si non habeat mandatum,non admittitur,licet caueat de rato,secundum Sali. & communiter doct.in l. 1.colum. 1. C. de procurat. & ibi dominus Sandilia. Balb.decis,415.

coniuncti sanguine, differentia agnatorum, & cognatorũ, susque deque habita, ad decimam vsque gradum inter se succedent,communè inquit latè Didac.à Couarru.in epitom.de successione ab intestato.Coniunctorum tamen appellatione quoad agendi effectum, ad quartum duntaxat gradum transuersales admittentur:vt omnib. probari dixit Alex.cons. 146. videretur lib.2. F.Suarez.

coniunctus et si admittatur pro coniuncto in prophanis: non tamen procuratorem ante litem contestatam constituere p̃t,teste Ias.in l.quod quis.7.fall.C.de proc.Rot.decis.677. 731.in antiq.420.in no.nec etiam locum sibi vẽdicat,vt coniunctus pro coniuncto in iudicio compareat: in his quæ speciale mandatum requirunt,prohibente lege, vt l.patri pro filio.l.illud.§. 1.ff.de minor.Soc.cons.120.2.dub. lib.1. Ias.in l. exigendi.4.fall.nu.9.C.de proc. vbi ponit 17.limit. in quibus coniunctus pro coniuncto absque mandato non admittitur, pro quibus vide etiam Guid.Pap.q.526.Rip.in c.cum M.Ferrariensis.nu.60.de constit. doc.in c.nonnulli. §.sunt & alij.de reser.Cassia.decis.40.n.5. super reg.cancell.qui l.mitat in beneficial. quod autem dicitur de coniuncta persona , vt possit agere sine mandato cum cautione rati. dic , idem esse in litis consorte,l.2.C.de consor.eiusdem litis.Fel.& Rip.in d.c.cum M.Ferr.de constit. ille nu.8.hic,53. vbi quinque modis limitant,pro quibus vide Bellon.cons.26.nu.5.

PRO. connexorum idem est iudicium.ideo quod de vno dicitur,de altero intelligitur.l.cum actum.ff.de neg.gest.l.plerunque.ff.de ædil.ed.& in c.translato. extr.de constit. Bellon.

Consang

Consanguineum se defuncti probans admittitur ab intesta to, licet non probet se proximiorem, secundum magis cõmu nem per Burs.t.cons.98.n.1.lib.1.post Cephal.cons.133.numer.53.Neuiz.cons.10.numer.8.Aym.cons.249.in princ.

consanguinei verbum legaliter debet intelligi & propriè, nisi constet de communi vsu loquendi, qui tamen vsus qualis sit debet plenè probari. Curt.iun.cons.176.n.6.communẽ dicit. B.Villal.

consanguinei, nulla habita distinctione de agnatis, vel consanguineis, succedunt cõsanguineo ab intestato vsque ad decimum gradum, Coua.in epito.de succes.ab intestato.conclu.11.communem dicit.

De iure regio succedunt vsque ad duodecimum gradum. l.6.tit.12.par.5.Et no.istam cõmunem ad intel.illius l.inquãtum assignat differentiam agnatorum, & solum quo ad fratres, vel eorum filios, in aliis autem non fit differentia per istam communem. Et in quantum d.l. extendit successionem vsque ad duodecimum gradum: intellige secundum computationem legalem, & ciuilem: vt per Prepo.in arbore consan. num.49.

Nota quod quando agitur de successione patruorum vel auunculorum, filius fratris succedit in locum patris sui in stirpes, & non capita, secùs tamen in qualibet alia successione cõsanguineorum: quia succeditur in capita. Iason cons.173.n.2. vol.4.communem dicit.

concordat cum l.5.tit.13.par.6.de quo per l.8.in deci.tau.

Amplia istas communes, nõ solùm in bonis allodialibus, sed etiam in feudalibus non inuenitur aliquid dispositum, regulantur ista bona secundum ius commune. Ias. in d. consil. communem dicit. Idem Villa.

consanguineorum vel cognatorum defensionem suscipere licet, adeò vt in ea defensione insultantem liceat interficere.comm.dicit Gram.cons.68.n.4.Pet.Calefact.inter consil. crimi.diuers.cons.89.n.10.lib.2. Imo & extraneorum defensionem suscipere licet com.dicit Dec.in l.vt vim.ff.de iust.& iur.n.32.Alc.cons.475.Clar.lib.5.sent.§.Homicidium.vers.Item locum. P.Fichard.

consanguineorum, vel cognatorum defensionem suscipere licet, adeò, vt in ea defensione insultantem liceat interficere, vt est communis opi. Immo & extraneorum defensionem suscipere licet, vt est communis opin. Clar.in §.homicidium. ver.item locum. Bonacoss.

Consanguineis si permitteretur à lege vel statuto facultas interficiendi repertum in flagrãti crimine, possent ipsi secum socios & amicos sibi ascisc̃ere, & adhibere vindictæ executioni, adeò vt propterea nõ punirentur. Bal.in repe.l.1.n.66.ver. sed qd dicemus.in fi.illius quæstionis. C.vnde vi. Paul.de Ca. in l.raptores.n.6.C.de epi.& cle. Barth.Cepol. in tract. de seruit.vrb.præd.c.23.n.10.ver.est argumentum. & Tiraq.p multas aliorum Doctorum authoritates in tract. de vtroque retract.in verb.de retraict lignagier.§.26.nu.71.ver.3.intellige. Sed alij sententiam communem Doct.in contrarium esse arbitrantur, saltem quantum ad id, vt consanguinei ipsi possint adducere socios vel extraneos, & curare per illos interfici repertum in crimine. vel vt retineamus Tiraq.verba, vt ipsi manualiter id faciant per doctrinam Baldi in l.vt vim.n.7.in 6.q. ver.6.quæritur.ff.de iusti.& iure. Cùm permissio sit personalis, & statutum se restringat ad offensum, nec egrediatur personam, licet benè eos comitari, eisque adesse, nec propterea de sociatione vel fauore teneri possint. Stepha.de Frederic.in tract.de interpreta.iur.in vlt.part.n.48.ver.& hæc inferri possent ad quæstionem, per legem, non est singulis.ff.de reg.iur. toto ti. C. ne quis in cau. propria. Et hanc sententiam magis communem esse dicit Rolan.à Valle, in cons.34.nu.31.32.& 33.in 2.To.con.vbi ipse Pau.de Cast.dictũ intelligi posse tradit, q̃ illi quib.ius vindicandi competit, possint secum socios & amicos sibi adhibere ad executionem vindictæ, quam sine illis tutò peragere non possent. Quamuis & hanc Baldi posteriorem sententiam atque aliorum Doct.rutiorem opi.Ias.appellauerit: tamen in criminalibus mitiorem partem ad absoluendum.l.de interpretatione.l.sanctio legũ.ff.de pœ.sequendam esse ipse voluit in l.1.§.vsufructuarius.nu.5.secundo notabiliter.ff.de oper.noui nuncia. Kirchouius.

Defendi potest reus minor 25. annis, cõtra quem fuit formatus processus absque curatore. communis est opi. Clar. q. 50. in prin. sed cõtrarium obseruatur inquit Clar. Et tertius ꝑ suo interesse potest defendere accusatũ, quãdo agitur de crimine criminaliter. Fel. in c. meminimus. nu. 12. de accusa. vbi communem dicit. Item potest defendi, si processus fuit cõtra eum formatus tempore quadragesimę, vt est communis opi. Clar. d. q. 50. vers. pariter. sed cõtrarium seruatur. Item potest defendi, si processus fuit tantummodo super inquisitione generali, nulla facta speciali inquisitione, quia non potest sequi condemnatio, cum inquisitio generalis formatur ad inuestigãdum, nõ autem ad puniendum & ita practicatur. Clar. d. q. 50. ver. item quia. Quid autem in generali inquisitione cõtra officiales ad syndicatum. Clar. q. 50. vers. item quia. Quid autem in generali inquisitione cõtra officiales ad syndicatum. Clar. q. 50. ver. scias etiam, vbi fusius. Itẽ defendi p̃t reus in criminalib. Si statutum disponit, q illi, qui dicitur offensus, actio sit deneganda, prout in bannitis, & in illis, qui onera nõ solue runt, quia non admittitur eorum accusatio, seu querela, nec iudex potest ex officio procedere & inquirere. Et ista est cõmunis opi. Cla. q. 50. ver. posset etiam. Nam vbi nõ oritur parti actio ciuilis, ita nec actio criminalis Reipublicę. Item defendi potest præscriptione 20. annorum, communis est opi. Cla. q. 51. in prin. quia accusari & inquiri reus non potest post 20. an. actio autem ciuilis, quæ ex crimine descendit, durat vsque ad 10. annos. cõmunis est opi. Clar. q. 51. ver. & hæc quidem. Et si quis reiterauit pluries idem delictũ, præscriptio hæc 20. annos currit à die vltimi delicti. vt est communis opi. Clar. q. 51. vers. sed hic quæro. Adulterij autem accusatio quinquennio tollitur communis est opi. Clar. q. 51. ver. potest. & similia delicta ex statutis de hoc loquentibus. Defendi etiam potest reus, si sit peremptа instantia. vt est cõmunis opi. Clar. ibi. ver. alia etiam. sed hoc nõ obseruatur. quia instãtia nõ datur in criminalibus, vt ibi per Clar. item defendi potest, si mortuus sit accusator, quia hæredes sui accusationẽ prosequi nequeunt, vt est communis opi. Clar. d. q. 51. ver. pariter. Sed ex generali consuetudine iudex ex officio prosequi potest. & ideò illud reo nõ proficit. Et potest etiam alius intra 30. dies prosequi d. accusationem, & post 30. dies etiam si de nouo vult accusare, vt est communis opi. Clar. ver. quinimmo. Et si desistat accusator, potest iudex ex officio prosequi, si ab initio iudex procedere potuisset, communis est opi. Clar. ibi. ver. sed quid si. Item potest defendi delinquẽs si sit mortuus ipse malefactor, vt est communis opi. ibi. ver. quæro nunc. fallit in crimine læsæ maiestatis, Repetũdarum, hæresis, peculatus, & homicidij in se ipsum perpetrati, vt est communis opi. Clar. ibi. ver. sunt tamen. itẽ fallit in omnib. casib. in quib. pœna amissionis bonorum est imposita à lege ipso iure: quia mortuo delinquẽte possunt bona auelli ipsius hæredibus, vt est communis opi. & omnes fructus etiam refundere tenẽtur à die commissi criminis, vt est communis opi. Nec est opus declaratione criminis ante mortem rei, vt est communis opi. Et in casib. in quibus potest memoria defuncti damnari, vel bona post mortem confiscari, intelligitur infrà quinquennium à die mortis defuncti, & nõ vltra, vt est cõmunis opi. Clar. d. q. 51. vers. scias etiam. Defendi quoq; potest reus, si probetur delictum nõ fuisse commissum, puta, ꝙ homo sit viuus, quem dicebãt occisum, vel ꝙ domus nõ sit combusta, vt est communis opi. Clar. q. 52. in princi. idem per negatiuam coarctatam loco & tempore. Vt si testes dicant, Quòd nõ potuisset esse, vel fieri, quin testes ipsi vidissent, vel sciuissent, vt est communis opi. Clar. ibi. vers. scias autem. Et negatiua hæc potest probari per cõfessionem, & dictum ipsiusmet offensi. communis est opi. Clar. ibi. ver. potest etiam. Et hoc in dubio, secus si de veritate appareret cõtrarium, vel essent cõtra reum indicia valde vrgẽtia, & proxima delicto, quia nõ staretur assertioni rei, quin posset saltem reus torqueri. Et ita practicatur. dicit ibi Cla. ꝙ plerũque videmus, ꝙ facta pace offensus dicit. vt rem gratam faciat reo, vel ita persuasus ab amicis, ꝙ non fuit ab eo offensus, &c. Et in hoc dicit Clar. maximè versari iudicis arbitriũ, qui inspecta qualitate facti considerabit, An talis exculpatio videatur verisimilis, vel ne. Et ei sit standum. vide tamen tu omnino. Mars. in conf. 17. quod fecit pro Scipione eius filio. & omnino etiam Rol. à Valle in conf. 47. per totum. in 1. vol. & Affinium inter conf. crimi. conf. 108. item potest defendi reus dicendo, ꝙ non constat de delicto. Clar. ibi. in ver. præterea. item potest allegare & opponere, ꝙ non constat de nomine offensi, vel occisi. Sed non admittitur talis oppositio & defensio. vt ibi per Clar. & ita seruatur in practica. Item allegare

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest,q; habet pacem ab offenso. Clar. q. 58. in prin. commu nem dicit. Et procedit quò ad accusatorem. Sed tamen iudex nihilominus potest ex officio procedere. vt ibi Clar. ex consuetudine hodierna. cætera dabit Nouellus in suo tract. ad defensam. D. m. Alc. in sua pract. Biracinus & criminalistæ. Bon.

Defendere promittens aliquē non tenetur de vi & violentia, vt dixi, & est communis opi. de qua Rol. à Valle in cons. 43. nu. 20. in 3. volu. Et licèt quis promittat defendere de iure & de facto debet intelligi, si mota fuerit lis in iudicio de iure & de facto, sin lite, non autem respectu violentiæ, & casus fortuiti. quia nullo modo tenetur, vt ibi per Rol. n. 21. Corse. in repert. Abb. in ver. verbo, promitto. n. 6. Et si Princeps recipit aliquos in professione, nō tenetur illos defendere, si sibi moueatur guerra iustè. Secus si iniustè. Ab. in c. recipimus. de priuilegiis. n. 3. & de Principe, qui promisit subditos manutenere, & conseruare. Corse. vbi s. vide Benedi. de foro Sēproniano. in reperto. Fel. in verbo defendere. vbi latius. Bonacoss.

defendere de iure & de facto promittens, armis defendere non tenetur, vt est communis opi. Soarez verbo defensionē. n. 28. Cagnol. in l. non videtur. n. 5. ff. de reg. iur. communem dicit. Bonacoss.

defendere promittens, de iure, & facto non tenetur armis defendere. Hieron. Cagno. in l. non videtur. n. 5. ff. de reg. iur. communem dicit. B. Villalobos.

defendere alium à vi, quæ infertur, nemo tenetur nec iure Cæsarum, nec iure Pontificum in foris agitando, commune testificantur Dec. n. 4. & Chuchalon ad illum in l. culpa caret ff. de reg. iur. & qui limitant, ac latè agunt Viuius li. 1. opi. 66. Iul. Cla. in pract. §. vlt. q. 87. ver. dictum est. cum sequentibus. E. Suarez.

defensio bonorum & rerum quoque admittitur, non minus ac corporis & honoris. ita vt pro defensione rerum suarum licet alium interficere. commu. dicit Pract. Careri. n. 29. & 30. Claud. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. n. 43. & seq. Dec. ead. l. vt vim. n. 31. Ias. ead. l. vt vim. n. 23. quē refert Diaz. reg. 507. Did. in repet. clem. si furiosus. n. 6. Plaza. li. 1. delict. c. 28. n. 25. Plot. in repet. l. si quando, n. 109. Menchiaca cōtrouers. illust. c. 18. n. 5. Nam bona & res vitæ æquiparantur vt dicit gl. in l. Aduocati. C. de aduoc. diuers. iud. prout illam refert & cōmuniter approbatam dicit Plaza in d. c. 28. vers. adnotanda vtiq;. Clar. d. §. homicidium ver. Hæc autem. P. Fichard.

defensio consanguineorum licita est, vt si quis auxilietur fratri suo, & interficiat alium cum eo rixātem, non incidat in pœnam homicidij. commu. dicit Grammat. cons. 80. inter cōsi. crim. posito lib. 2. n. 10. Clar. d. §. homicid. ver. Item locum. P. Fichard.

defensio corporis proprij contra insultantem, etiam Iure Canonico permissa est commu. dicit Nicel. in concord. glo. c. 56. Did. in repet. clem. si furiosus, nu. 1. Clar. d. lib. 5. §. homicidium. ver. Excusatur. P. Fichard.

defensio rerum suarum cum morte etiam furis nō permittitur de iure canon. vide tamen Chircouium in suo communium conclusio. centuria. 1. conclu. 3. Grassum communi opi. 1. c. 2. q. 6. Bonacoss.

defensio pro extraneis amicis suscipitur, & per consequēs potest quis pro amico tuendo alium occidere, vt est communis cōclusio. Chirco. centuria 1. concl. 64. Gras. communi opi. lib. 1. c. 2. q. 5. vide Dec. in cons. 678. per totū. & not. q; promittens alium defendere, nō tenetur adimplere promissionē quātuncunq; sciat illum indigere, nisi fuerit requisitus. Abb. in cons. 49. n. 3. in 2. lib. Bonacoss.

defensio cuilibet est permissa. Gras. communi conclu. q. 1. c. 1. Amplia etiam contra Cardinalem, vt est communis opi. ibi. q. 2. Amplia etiam occidēdo inimicum. ibi. q. 4. Dec. in cōsi. 482. n. 15. communem dicens. Pet. Duen. regu. 191. & seq. Alex. in cōs. 119. n. 4. in vlt. vol. vbi allegat etiam Ciceronem ad hoc. Limita, quando posset euitari aliàs periculum, aliàs licet. ibi. q. 3. limita in bānito, vt est communis opi. ibi. q. 2. Sed vbi per legem, vel statutum permittitur offensa, non est licita defensio. Pau. de Cast. in l. 1. n. 6. C. quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare. Nam defensio affluenter & copiosè dāda est vnicuique. Pau. de Cast. in l. omnes qui. C. de epis. & cleri. n. 5. vbi etiam dicit, q; nō valet statutum, q; bannitus nō audiatur etiam in defendēdo, cum defensio sit de iure naturali, quæ non debet auferri. Et hæc quidem iudicialis defensio est etiam de iure naturali, vt est cōmunis opi. de qua ibi per Cast. in fi. cum quidem defensioni reus in criminalibus nō potest renūciare, licèt iudices maleficiorum (secundum ipsum) quotidie faciunt renunciare. Cast. in l. pactum inter hæredem, n. 7. ff. de pact. & in l. nō tantum. n. 4. ff. de appel. Ias. in l. quæsitum. nu. 9. ff. si quis cautio. Bonacoss.

Defensio probatur ex testib. licèt nō deponāt de defensione necessaria, vt est communis opi. Grassus communi opi. lib. 1. c. 2. q. 11. cautius tamen est, si testis dicat aduersarium ei insultum fecisse, ideoque causa defensionis interremptum, vt ibi plura. vide Ias. & alios. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & quomodo defensio interficientis aggressorē probetur, ponit Corne. in cons. 133. in 3. vol. & in aliis suis consiliis. ad quæ te ducet reperto. in verbo defensio. Bonacoss.

defensio in causis criminalibus à principio tolli nequit, vt est commune interpretum placitum recte hoc. cum aliis relato ab Hyppol. in l. vna. n. 170. C. de rap. virg. E. Suarez.

defensio nō admittitur pro palam delinquenti. commune ponunt Salic. in l. qui eadem. n. 6. C. de accus. & Ant. Gomez. de delict. c. 1. n. 43. iul. Cla. in prac. §. vlt. q. 49. ver. & hoc adeo, ac vide s. ver. citatio. E. Suarez.

defensio nō potest tolli à statuto Ferrariæ, sub rub. de arbitrio potestatis Ferrariæ, in falsitatibus cōcessio. quia iudex nō debet nec potest tollere defensiones reo, etiam ex statuto ipso, secundum omnes doctores. Rui. cons. 147. n. 6. & seq. in 5. vol. Mars. sing. 388. Cast. in l. 1. §. ius gentium. n. 4. ff. de iusti. & iur. nisi ex iusta causa propter demerita. secundum Castr. ibi. Et ideo debet dari copia indiciorum, vt possit reus inquisitus facere suas defensiones, vt ibi per Ruin. & sit cautus tabellio, vel testis, vt pro suo interesse, quādo scit cautam falsi agitari, vt assistat defensioni. Angel. in l. lucius. ff. de iis, qui notantur infamia. Potest tamen variari modus defensionis à statuto. Bened. de foro Sempro. in repert. Fel. in verbo defensio tolli non potest per statutum. & Fel. in c. dilecti. nume. 7. de except. Bonacoss.

defensio vnicuique permissa est pro rei suæ tuitione, & sic nō solum occasione hac aggressor impunè vulnerari potest, verum etiam interfici, l. 1. C. vnde vi. vbi gl. Bart. n. 2. & 7. cæteri communiter, Bart. n. 6. Bald. Dec. n. 11. & omnes, in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Bart. n. 2. & Mars. n. 3. in l. furem, ff. ad l. Corn. de sicar. Afflict in cōstit. Neap. lib. 1. rub. 13. n. 20. & 51. Io. de Amicis cons. 77. n. 1. vbi exprimit istam esse communem opi. & ita consuluit Alex. de Neuo, cons. 83. per totū. & Bernard. Diaz. quoque in reg. 507. & constat pariter communem fore ex cōgestis per Petrum Duennas, in regu. 191. defensio licita, vbi ponit hoc pro regula cum 4. ampliationib. sed hæc appareret communis sententia Legistarum. Canonist. verò, communiter firmant Cōtrarium, vt per Fel. in c. 2. n. 4. de homi. negātes fas esse hominem occidere pro defensione rerū. & defensio licita est quoq; pro tuitione vitæ, ac personæ, cùm vim vi omnes leges repellere permittant cum moderamine inculpatæ tutelæ in cōtinenti, tex. est in c. significasti, il 2. ex. de homici. & in l. sciētiam, §. qui cū aliter. ff. ad l. Aqui. & in cōsti. Neap. pacis cultum, & not. Abb. n. 15. cum aliis seq. & reliqui, in c. olim, il 1. de rest. spol. Afflict. in consti. pacis cultum. lib. 1. rub. 8. sub n. 50. Ang. in tract. malefi. in ver. Titius se defendēdo. n. 7. Pet. Duennas, in reg. 192. defensio cuilibet, vbi hoc pro regula ponit cum 6. ampliationibus, & 4. limitationib. immo iure naturali defensio, etiam animalibus irrationabilib. permissa censetur. tex. est in l. 1. §. arietes, vbi Bar. et cæteri, ff. si quadru. pauper. feci. dica. Similiterque cuique permissa est defensio p tuendo honorem suum, nam licet aggressus potuisset fugere euitareque vulneris illationē, tamen fugam arripere non tenebatur, sed potius vulnerare. vel occidere, cum aliquem esse fugatum iniuria sit, & sic hoc casu potest quis impune offendere aggressorem ratione iniuriæ predicte, vt voluerūt Bart. Ang. & Salyc. in d. 1. C. vnde vi. Anch. & Cardi. Floren. in clem. de homi. Bal. in d. vt vim, Io. de Amici. in d. cōs. 77. n. 5. vbi supponit istam esse cōmunem sententiam. & Alex. de Neuo. consil. 77. nu. 7. posito inter cons. crimi. diuersorum collecta per Io. Bapt. Ziletum vol. 1. & nunc est quod aggressus aggressorem suum percutere, interficereve potest impunè si de vitæ suæ tuitione certus non foret, secundum gl. & Bal. in c. si perfodiens. ex. de homi. gl. Bar. Bal. & Saly. & in d. l. 1. C. vnde vi. & Bal. in l. 2. per tex. ibi, C. ad leg. Corn. de sica. sed primo defensio præmissa fieri permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ. id est. cum paritate armorum. ita in terminis decidit gl. Bar. Bal. & omnes communiter, in d. l. 1. C. vnde vi. Bar. & alij. in d. l. vt vim. Marc. Ant. Blanc. in pract. crimi. in tertia & vltima parte defensionis pro imparato, pro auxilio, n. 3. circa fi. d. pract. vbi hoc duob. modis limitat, & Io. de Amicis, in d. cons. 77. n. 8. & 14. vbi fatetur istam esse communem sententiam. nā aggressus cū lapide, seu baculo, nō debet se defendere cū ense. aut balista, huiusmodi. n. armorū defensio iure non cōceditur. fm præcitatos de quib. Et ibi. Et vocato verbis iniuriosis, tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc verbis non facto permissa est defensio secundum Spec. in tit.de accus.ver.quid si vocauit te latronem, Ang.& Ias.in d.l.vt vim.& Marcum Anton.Blancum,vbi s.& Follerium in pract.crim.in ver.recipiantur defensiones reorum,sub n.11. Secũdo,vt defensio inculpata,licitaq; esse dicatur necesse est, vt ad vitæ tutelam fiat,non ad vindictam,vt per gl.& alios,in d.l.j.C.vnde vi,vnde percussus ab insultãte,si ex interuallo,sedatoque tumultu insultum feciſſet in vulnerantem censeret absque dubio animo se vindicandi,non autem defendendi p cussisse,secundum gl.Bar.Bal.& alios,in d.l.1.C.vnde vi, Ange.in d.ver.& Titius se defendendo,& Boer.decis.168.sub n. 7. cum aliis relatis per eum, vbi apparet istam esse communẽ opinionem,& communem inquit Io.de Amicis,in d.cõs.77. n.12.& quamuis insultatus excederet modũ,metam que defensionis in rixa,& percuteret,occideretque aggressorem ex proposito, & deliberatè,tunc nihilominus non veniret, lege Corn.de sic.puniendus,sed alia mitiori pœna,& sic de excessu ipso secundum Iac.de Are.n.8.& Bal.in 9.q.in d.l.1.Anto. de But.n.37.& Abb.n.15.d.c.olim.Ang.in d.ver.Titius se defendendo,n.36.& ibi August.in add.Roman.sing.520.volo cõmentare,Fol.in d.c.significasti,Alex.cons.190.vol.1.Aret.cõs.80.n.9.Cottam in memoriali,in ver.defensio,Foller.in pract.crim.in fragmentis,in ti.vnde vi,n.58. & Petrum Duennas,in d.reg.192.n.5.& Boer.in d.deci.168.sub n.7.& seq.vbi scribit istam esse communem opinionem,& ita consuluit Alex.cons.76.vol.1.Corn.cons.134.vol.3.& cons.107.vol. 1.& Franc.de Aluarotis Patauinus cons.74. inserto inter cõs.cri.diuersorum collecta per Zilettum,vol.j.quod quidem cons. ibi roboratum apparet subscriptionibus nonnullorum illustrium Doct.& sic secundum istos Doct. si quis percussus est à Titio, & ipse insequitur Titium vulnerantem, qui arripiebat fugam, ac eum interficit,licet hoc nõ agat animo se defendendi,non potest pœna mortis puniri,sed mitiori.F.Viui.

Defensio rerum cũ morte alterius etiam furis,de Iure Canonico non cõceditur. Ita communiter concludi inquit Fel. in c.2.n.4.ext.de homicid.Ias.tamen in l.vt vim.nu.24.& 25. ff.de iusti.& iure.communem Doct.sententiam in cõtrarium esse voluit.Quam & receptiorem appellat Vasquius Menchacensis in lib.1.controuer.illust.c.2.n.5.&c.18.n.5.& latiùs in præfatione tract.de succeſſ.progressu.n.22.Sed cùm alij illam conclusionem explicauerint Io:Bernard.Diaz.in reg.507.in verb.occidere,Franc.Viuius in lib.2.commun.opi. opi.85.in verb.defensio.& ornatiss.& excellentis virtutis & doctrinę Iurisconsultus Raymun. P. Fichard. clarissimi ac doctissimi Io. Fichardi Francofordiensis Reipub.Aduocati filius,Dominus & amicus meus in verb.defensio.in com. opi.collectis ex lib. 5.sent.Iulij clari,vlterius nõ extendo.De qua nouissimè quoque compiosè scribit Barth.Romulius impugnans communem sententiam in d.l.vt vim.§.sequitur iam secunda pars.numer.96. Kirchouius.

defensio an & quando denegari possit,vide Bald.in l. quoniam Alexandrum.C.ad l.Iul.de adul.modum autem articulandi super defensione,vide per Bart.in l.scientiam.§.q cũ alter.ff.ad leg.Aquil.Ang.tract.malefic.ver.& dicitur Titius se defendendo.vide etiam quæ scribit Bart.in l.si ex plagis.§.tabernarius.cod.tit.ad leg.Aquil.Ang.Instit.de iur.natur.gent. & ciuil. Put.

defensio in causis criminalib.tolli non potest à Principe,vt est communis opi.Soarez verbo defensio.n.24.Curt. iun. in cons.225.in 3.per totum.vbi personæ & rerum defensio nullatenus tolli potest,vt est communis opi.ibi.nec statuto tolli potest.Alber.in l.scientiam.§.1.n.2.ff.ad l.aquil.fallit vt ibi p eum,& potest fieri proclama,Quòd quicunque vult defendere talem,compareat.Bar.in l.ergo.per illum tex.ff. quibus ex cau.maio.vbi tex.tradit hanc practicam. Bonacoss.

defensio non tollitur etiam palam delinquẽti,Soarez ver. defensio.nu.25. Bonacoss.

defensio bonorum & rerum quoque admittitur, non minus ac corporis,& honoris, ita vt pro defensione rerum suarum liceat alium interficere.communis est opi.Clar.§.homicidium.ver.hæc autem. Bonacoss.

defensio consanguineorum est licita,ita vt quis auxilietur fratri suo,& interficiat alium cum eo rixantem,nõ incidat in pœnam homicidij,cõmunis est opi.Clar.in d §.homicidium. ver.item locum. Bonacoss.

DEFENSIO.

Summaria.

Defensio quibus,& contra quos permissa,q.1.

Pro defensione corporis licitum est,& Cardinales offendere.ead.q.ampliat.1.

Iussus à Tyrãno alium interficere, cùm mortis periculum aliter euitare non posset,iure defendisse se, & impunè hoc fecisse traditur.ead.q.ampl.2.

Inuasorem suum occidens defendẽdo se non incurrit irregularitatem.ead.q.amplia.3.

Bannito an liceat se defendere contra aggressorem suum, stante statuto,quòd banniti possint impunè offendi.q.2.

defensionem,vt quæ sit iuris naturalis,nõ posse tolli à principe.ibidem.

defensio inducta de iure naturali.ibid.

Facta potestate cuilibet occidendi bãnitum,quilibet offendens intelligitur in locum magistratus eo nomine subrogatus,& constitutus executor,ibid.

Offensione existente insta & licita,necesse est defensionem esse iniustam & prohibitam.ibid.

defensio naturalis,quandoque si maxima subsit causis,tollitur.ead.q.iuxta fi.

An & quando liceat occidere propter solas minas,non expectatis ictib.aut verberibus.q.3.

Consuetudinem &mores minitantis esse spectandos.ibid.

Interficiens alterum,cùm fugiendo euadere,& ingruens periculum vitare potuisset, an moderamen inculpatæ tutelæ seruasse videatur, & sic impunè aduersarium occidisse: an verò potius fugere debuerit.q.4.

Fugarę alium,seu terrere,iniuriam esse.ibid.

Fugam dare cùm liceat resistere,turpe esse &cum quadam ignominia coniunctum.ibid.

Nemo tenetur aut cogitur fugere à facie inimici.ibid.

Propulsandi verbum, quam vim habeat, & potestatem, in auertenda & propellenda iniuria.ead.q.in fi.

An & quatenus teneatur quis defendere alium penitus extraneum.quæstio 5.

Diuersa iuris canonici & ciuilis,in defendendo alium, obseruatio.ead.q.

An pro sola defensione rerũ,liceat hominem impunè occidere.quæstio 6.

Bona,& res,esse substantiam,& q.vitam hominis.ibid.

An & quando liceat impunè occidere furem fugientem, qui apprehendi non potest.ead.q.

Priuatum non priuata,sed publica vindicta vti contra inuasorem.ead.q.in fi.

Vtrũ pro simplici defensione honoris & famæ,permissum sit verbalem iniuriam,saltem verbis repellere.q.7.

Quibus,& qualibus verbis liceat propellere & refutare iniuriam verbalem.ead.q.

Ad excludendum crimen obiectum,vel iniuriam illatam, licitè dicimus, tu mentitis.ead.q.ad fi.

Ex verbis ad vnum,eundemque effectum tendentibus,nõ oriri diuersas iniurias.ead.q.in fi.

An pro qualibet iniuria personali liceat hominem occidere.q.8.

Dolo,vel ex proposito excedens moderamẽ inculpatę tutelæ,puniendus ne sit pœna ordinaria,an mitiori extraordinariè.q.9.

Dolũ malum non esse sine animi deliberatione.ea.q.in fi.

In prouocato ad irã,nõ esse certã animi deliberationẽ.ibi.

Magistratui,an,quando,& quatenus liceat resistere.q.10.

Iusta & legitima defensio an probetur, si testes deponant tertium occidisse ad sui defensionem:licet non dicant, ad defensionem necessariam.q.11.

QVAESTIO. I.

Defensio cuilibet permissa est.Ita probat tex.l.vt vim. & ibi Bart.Ias.& Doct.communiter.ff.de iust.& iur.& in l.1.§.cũ arietes.ff.si quadru.pauper.fecis.dica.l.qui aggressorem. ff.ad l.Corn.de Sicar.& ibi Hippol.de Marsi.Abb.c.olim.el 1.n.15. & ibi Doct.de restit.spol.

Ampliatur hæc cõclusio,vt locum habeat quoque in Cardinalibus.Namque pro defensione corporis licitum est offendere Cardinales,ita tenet gl.c.fi.verb.percusserit.de pœ.lib.6. & ibi Io.And.Ang.d.l.vt vim.ibi Ias.n.1.& Dec.n.7.Et hãc dicit ibi esse communem opin. Francis. Zoannet. Curt. Senior cons.20.num.39.Mathæ.de Afflict.c.1.§.porrò. quæ fuit pri. cau.in vsib.feud.

Ampliatur,vt procedat quoque in eo, qui cùm aliter mortis periculum euitare non potuit, iussus à Tyranno alium interficit.Namque impunè hoc fecisse traditur. Ita tenet gl. l.si familia.ver.agi poteri,ff.si fami.furt. quam sequitur Bald.c.1. §.iniuria.nu.19.de pace iur.firm.in vsib.feud.& in l.1.C.vnde vi.Dec.d.l.vt vim.& ibi Flor.de S.Petro,& Franc. Zoannet.q dicit cõmunem esse sentẽtiam,cum plurib.aliis relatis p Dec.

Ampliatur

Universidad de Deusto

Ampliatur tertiò, vt is, qui se defendendo, occidi suum inuasorem non incurrat irregularitatem. De hoc tex. est expressus in Clem. si furiosus de homicid. & ibi not. omnes Doc. vt firmat Pet. à Duen. in reg. 192. Ampliat. 6. dummodò occidat ad suam defensionem, non voluntariè neque ex proposito, idem voluit gl. c. in summa. 23. q. 1. gl. & Abb. c. sicut dignum. nu. 14. de homicid.

QVAESTIO II.

Quæro, Stante statuto, q̃ banniti possint impunè offendi, An bannito liceat se contra aggressorẽ suum defendere? Vtilitas huius quæstionis est maxima, si enim bannitus prohibẽte lege tueretur se, & occideret aggressorem suum, vt homicida puniendus esset.

Magna est in hoc art, inter luriscõsultos controuersia. Nã plerique existimant defensionem bannito nõ denegari, cùm inducta sit de iure naturali, & non positiuo. d. l. vt vim. & non possit tolli à principe, ita Bald. in l. 1. n. 15. C. vnde vi. & d. l. vt vim. nu. 3. Card. in clem. 1. n. 32. de homicid. & Fel. in c. dilecti. nu. 6. de exceptio.

Altera est opinio, q̃ bãnitus cum aggressoris sui læsione in casu permisso, non possit se tueri. Hanc sententiã firmat Bart. in d. l. vt vim. n. 4. & ibi Ang. Paul. de Cast. & Dec. Eandẽ probat Floria. in l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadru. pauper. Pau. de Castro cons. 194. Nellus in tract. bãnit. 2. par. 2. temp. q. 49. n. 49. Hippo. in pract. crimi. §. aggredior. n. 75. Et eam dicit esse communem Franc. Zoannet. d. l. vt vim. parte. 1. nu. 33. Cùm enim ex forma statuti cuilibet sit facta potestas bannitum occidendi, quilibet offendẽs intelligitur in locũ magistrat⁹ eo nomine subrogatus, & constitutus executor. Vnde non licet se defendere bannito in actu licito. Si enim offensio est iusta, necesse est defensionem esse iniustam & prohibitam. Placet tamen mihi sententia Pau. de Cast. in d. l. vt vim. dum notabiliter distinguit, an statutum dicat, bannitum posse offendi, vt tunc locum habeat communis opi. Secùs si dicat, q̃ occidens bannitum non puniatur, ex quo enim tunc non est permissa offensio, sed impunita, licita est defensio. Et sequitur Hippol. vbi s. n. 78. Puto tamen communem procedere, quãdocunque maxima subsistẽte causa tollitur naturalis defensio, quo casu nõ obstat fundamentum. Bald. Ange. l. si sic. ff. de leg. 1. Alex. in l. cùm mulier. n. 12. ff. sol. mar. Alber. l. omnes, qui. C. de epis. & cler. Et tenet expressè Deci. d. l. vt vim. num. 3. & 4. Floria. d. §. cùm arietes.

QVAESTIO III.

Quæro, An propter minas licitum sit hominem occidere? Resp. Multa circa hunc articulum cõflictantur Doct. Nam q̃ non sunt verbera expectanda, sed terror & minæ sufficiant, vt quis se contra ingruens periculum tueatur cum aduersarij læsione, tenet gl. l. 1. C. vnde vi. Idẽ tenet Bald. l. 1. C. quand. licet. se sine iudi. vind. dummodò præcedant signa & actus manifesti, q̃ percussurus erat aduersarius. Eandem opinionem, q̃ licet occidere minantem, si est in actu, & non aliter firmat Iaf. d. l. vt vim. n. 14. & l. 1. n 46. ff. de of. eius cui mand. iurisd. Ang. Perus. l. quemadmodum. C. de inoff. testa. Corset. sing. metus. Hipp. in pract. crimi. §. diligenter. nu. 87. & sing. 640.

Contrariam partem, q̃ propter solas minas aliquem occidere liceat, quando minans solitus est minas exequi, Docto. communi calculo approbarũt. Ita firmat Iaf. d. l. vt vim. n. 14. Et tenet Ang. de Perus. cons. 215. Cassanç. consue. Burg. ti. des iustices. Rub. 1. §. 1. n. 4. pro qua opi. est gl. c. cũ dilectus. verb. violentia. ext. qđ met. cau. & faciunt quæ not. Abb. ea. Abba. de his quæ vi metúsve cau. & per Bart. l. pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 5. 6. & 7. q. ff. de noui oper. nun. p Bald. l. 2. C. de his quæ vi met. cau. Consuetudo namque personæ minitantis & qualitas in id genus & similib. controuersiis, sunt considerandæ secund. Cy. & Pet. d. l. 1. C. vnde vi. Præterea cùm minator solitus sit, alter in periculo vitæ statim cõminas suas exequi, defensio tunc protinus rectè adhibetur, aduersus q̃ defensio tunc protinus rectè adhibetur, nec expectanda armata vi percussio. d. l. 1. C. quand. liceat se sine iud. Hæc communis conclusio mihi videtur vera, si intelligatur secundum Bald. vbi s. quandocunque minans est in actu percutiendi, vt quia gladium strinxit, & in aduersarium ferebatur. Aliàs non licere puto minatorem occidere, etiamsi aliàs minas exequi solitus sit. Ita quoque docet Barto. d. l. 1. Quippe tunc, cùm quis arreptis in nos armis mortem nobis aut vulnera minatur, potentia nocendi proxima actui, censetur in ipso actu adesse, meritò tunc differenda non est tutela, alioquin serò medicina paratur.

Hæc conclusio, q̃ minis liceat obuiare, extenditur, & quandocunque minator minas exequi solitus est, & est vir potẽs, præsumptio contra eum oriatur ad torquendum eum. ita tenet Spec. tit. de præsumpt. §. species. ver. sed pone. Alberi l. metum. C. quod met. cau. Bald. Io. de im. l. fi. ff. de hered. inst. Iaf. l. 1. C. de ser. fugit. Fel. c. cùm oporteat. n. 9. de accus. cap. afferte. n. 12. de præsump. Alber. Bru. tract. de indic. col. 13. ver. quęro vlterius. Ang. ibi August. Arimi. in trac. malefi. verb. fama publica. n. 39. Hippol. d. §. diligenter. n. 85. & cons. 3. n. 13. Steph. Bertrand. cons. 1. n. 7. vol. 1. cons. 127. n. 12. vol. 2. cons. 293. n. 17. vol. 3. Hanc opinionem dicit esse communem Marc. Ant. Bland. repet. l. fi. n. 183. ff. de quæst. eam sequitur Cassanæ. vbi supr. num. 11.

QVAESTIO IIII.

Sed quæro. Quid si fugiendo euadere & ingruens periculũ vitare potuisset. An impunè aduersariũ occiderit, vel potius fugere debuerit? Resp. pro parte affirmatiua, q̃ imò si quis fugere debuerit? Resp. pro parte affirmatiua, q̃ imò si quis fugiendo absq; vi armata ab inimico se defendere possit, fugere debeat, est gl. iunct. tex. in c. suscepimus. ver. interimeretur. extra de homicid. vbi dicitur quem potius fugere debere, quàm hominem interficere. Et gl. in clem. vnic. ver. nõ valens. de homicid. Bart. l. vt vim. dicit illud procedere in hominib. fugacibus & infamatæ nationis, secùs in magnanimis. Verũ cõis & recepta Doct. opinio est, q̃ nemo fugere tenetur, cuiuscunq; conditionis sit. Eam tenet Bart. d. l. 1. C. vnde vi. Bart. cons. 16. lib. 2. Bald. Iaf. & Dec. d. l. vt vim. Abb. c. olim. n. 7. ext. de restit. spol. Alex. cons. 14. vol. 10. Corn. cons. 17. lib. 1. vbi communem dicunt. Eam quoque tenet Fab. §. ius autem gẽtium. & ibi Ludol. Schrad. communẽ dicit, Instit. de iure natu. Hãc opinionẽ tenet quoq; Zenzelinus, Petr. de Anchor. cle. vnic. de homicid. Abb. c. significasti. el 2. vbi dicit eam esse de rigore iuris veriorem. Alex. de Imo. cons. 109. vol. 1. Et probatur hæc opinio expressè in d. l. sciẽtiam. Ad l. Aquil. & d. l. vt vim. qui textus generaliter loquũtur de vi propulsanda, quod verbum propulsare non fuga sed pugna illatam vim reiicere nobis licere denotat.

QVAESTIO V.

Quæro, An quis teneatur alium defendere penitus extraneum: In hac q. Doct. variant. Quidam volũt sequi gl. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. q̃ distinguit inter Ius Cano. & Ciuile, vt s. iure canonico quis alterũ, cùm honestè potest, defendere debeat, & verbis saltem iuuare. Iure autem ciuili si nolit, non teneatur, nisi ratione potestatis subiectus illi periclitanti quis esset. gl. l. vtrum. verb. consilij. ff. ad l. Pompei. de parricid. Dyn. c. non est sine culpa. de reg. iur. in 6. Hanc opinionem tenet etiam And. Sicul. c. 1. ext. de offi. deleg. Abb. c. 1. de rest. spol.

Cõtrariam opinionem, q̃ s. neq; Canonico neq; ciuili iure alterum quis extraneum defendere teneatur, tenet Barto. d. l. vt vim. & l. 2. §. sed in eo. ff. ad S. C. Sylleia. Bart. l. metum. §. sed licet. arg. istius tex. ff. quod met. cau. Eam opinionem sequitur Ang. d. l. vt vim. & ibi Bald. Dec. & Iaf. communem dicunt, & eam communem dicit idem Dec. d. l. culpa caret. Sali sequitur l. quisquis. §. id quod. C. ad l. Iul. Maiest. Abb. c. 1. de offi. deleg. Damhaud. in pract. crim. c. 80. n. 6. communẽ dicit. Zoannet. d. l. vt vim. part. 1. n. 97. communem testatur, licet ipse inclinet in ꝓriam partem. Et mouẽtur Doct. cõiter ea ratione, quia si pro eo, quod qs facere tenetur, pecuniam accipit, vt faciat id, turpiter facit, & reddere debet, sed pro iuuando alium, si quis accipit, eam p̃ mercede eximij laboris iustè accipit, neq; restituere cogit. d. l. metũ. §. sed licet ergò. Hæc cõis cõclusio intelligẽda est, quẽ nõ obligari vinculo efficaci, vt cõueniri possit, qa nõ legit actio, aut pœna in his specieb. ꝓstituta, sed humanitatis nexu teneri nõ dubito, quatenus hõ hõi officiũ debet.

QVAESTIO VI.

Quæro, An pro sola defensione rerum licear hominem impunè occidere? Resp. Gl. l. vt vim. ver. nam iure. ff. de iust. & iure. tenet q̃ sic, dummodò fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ l. iuxta l. 1. C. vnde vi. quã sequit Bart. as. Dec. Claud. de Seysello, qui communem dicit & Curt. ibi. Bart. l. 1. n. 7. C. vnde vi. & l. furem. ff. ad l. Corn. de Sicar. Zoannet. vbi communem dicit. d. l. vt vim. gl. l. itaque. verb. latronem. ff. ad l. Aquil. & doct. in c. 2. ibi, te tuaque. de homicid. eam tenet Iaſin prin. Instit. de act. n. 69. Chassanæ. in consuetud. Burg. vbi notabiliter examinat. tit. des iustices. Rub. 1. §. 5. fo. 42. col. 2. n. 11. Damhaud. pract. crimi. c. 78. num. 2. communem dicit. Ratio est, quia res nostræ sunt hominis substantia, & vita, secund.

gl. iunct

Universidad de Deusto
Biblioteca

gl.iunct.tex.l.aduocati.verb.vitam ibi Bald.tenet.C.de aduo. diuerſ.iud. Vnde ſicut pro defenſione corporis, ita & pro tutela rerum id permiſſum eſt.

Contrariam opinionem, q̃ ſ. pro ſola rerum tuitione non liceat hominem occidere, tenet Io.de Ana.Panor.&Fel.n.4.c. 2.de homic.& c.ſuſcepimus.etiamſi res aliter defendi nõ poſſint,cùm nuſquã iſtud iure probetur,imò tex.in gl.d.l.vt vim allegati ſolùm cõſiderant periculum perſonæ,& non rerum. Namque lex 3.§.cum igitur.loquitur,quando poſſeſſor in diſcrimen vitę venerat defendendi ſuam poſſeſſionem,à qua aduerſarius ſuus ipſum volebat armis deiicere,vt patet ibi, qui cum armis venit. Vnde cùm poſſeſſor defendendo ſuam poſſeſſionem cõſtituitur in vitæ periculo,quia arma in ipſum feruntur,impunè,ſi aliter defenſioni rerum intentus,vitæ periculum enitare non poſſit,inuaſorem occidit. Et ita textus ille rectè loquitur in diſcrimine perſonæ principaliter. Similiter textus in l. itaque. ſimpliciter loquitur de periculo perſonæ, dum dicit inſidiantem mihi.& in eadem l.§.duodecim tabularum.vbi ſimpliciter permittitur furem nocturnum impunè occidere,ſicque pro ſola defenſione. Dicendum eſt Caium ibi recitare nudam legis duodecim tabul.diſpoſitionem, quæ interpretationem prudentum admittit, vt ſc. ita demum furem nocturnum impunè quis occidere poſſit,ſi parcere ei ſine ſuo periculo non poſſit,aliàs non. Et ita interpretatur Vlp. l.furem.ff.ad l.Corn.de Sicar. Et Sextus Cecilius referẽte Gellio lib.20.noc.Attic.c.1.de perſonæ periculo principaliter. Secundum quem intellectum, non malè concordat ille textus cum l. furem, licet Iaſon dicat vix illos poſſe ad concordiam reduci.& ſeruat etiam ſuam naturam aduerſatiua,de qua Iaſ. d.l.vt vim. Namque in primo membro occido furem & eundem graſſatorem nocturnum,qui & rerum & ſalutis meæ inſidiator venerat: In ſecundo autem occido furem diurnum,q̃ mihi principaliter non venerat inſidiaturus,ſed volenti mihi eum comprehendere reſiſtebat armis.

In hac ardua q. Dec.quem ſequitur Zoannet.d.l.vt vim,diſtinguit: Aut quis defendendo res ſuas incurrit in periculum vitæ,quia aduerſarius reſiſtit cum armis,& impunè licet occidere.d.l.furem.ff.de Sicar.& d.l.itaque.d.l.3.§. eum igitur.& hoc caſu locus erit communi opinioni,quamuis impunitum magis ſit ob vitæ periculum,quàm rerum.

Aut verò ſolum agitur de periculo rerum,citra vitę diſcrimen,velut ſi fugientem cum rebus furem inſequor,& tunc impunè occidendi ius non eſt.d.l.furem. Sed contra hoc vltimum membrum eſt text.in l.ſed etſi.in fi. ff. ad l.Aquil. vbi ſi fur poteſt apprehendi, non poteſt occidi, ergò à contrario ſenſu ſi non poteſt apprehendi impunè occiditur. Vnde ſi vera eſſet concluſio, q̃ furem non liceret occidere, etiam ſi res aliter ſeruari nequeant,eſſet directè contra iſtum textum. fateor quidem,ſi fur ille notus ſit,non ita impunè fas eſſe tunc eum furem occidere, cum teſtimonio multorum cũ fure de furto iure agere poſſit,ſecundum Bart.d.l.furem.Secùs verò, ſi ſit ignotus. Namque tunc inſequendo ſi apprehendere nõ valeat, impunè occidere licet, & ita communiter intelligere Doct.refert Claud.de Seyſel.d.l.vt vim. ibi Curt. dummodò tamen res ſint nõ leues,ſed magni pretij l.ſi ex plagis. §.tabernarius.ff.ad l. Aquil. Ad quam opin. ego tenendam moueor, quia magiſtratus impunè furem propter res ſuſpendit,&ſi nõ ſit facultas priuato adeundi magiſtratum, magiſtratus porrigit gladium,vt poſſit ipſius officio fungi. Vnde ſi priuato hoc caſu id non liceret,nec magiſtratui permitteretur. Nam inuaſione vtitur priuatus non priuata,ſed publica vindicta.

QVAESTIO VII.

Quæro, Nunquid pro defenſione ſimplicis honoris & famæ, permiſſum ſit verbalem iniuriam ſaltem verbis repellere? Reſp. q̃ licet inter Docto.ſit concertatio:tamen communiter in eam proclines ſunt partem,quod liceat prouocato ad defenſionem honoris ſui, verbalem iniuriam verbis repellere.ita tenet Bald.d.l.j.C.vnde vi.n.16.Gul.de Cun.Pau.de Ca. & Iac.de S.Georg.l.ſi.ibi Alex.n.3.& Iaſ.n. 5.ff.q̃ quiſque iur. Albe.de Roſat.& Alex.l. 1.in prin.ff.de liber.& poſth. Alex.l. ſi quis extraneus.in prin.ff.de acq.hær.Abb.c.cùm te.nu.28. Fel.in c.dilecti.n. 10.ext.de except.Franciſ.Curt.l.vt vim. n.x. ibi Iaſ.& Dec.n.36.qui communem aſſerunt.ff.de iuſt.& iur. Eãdem opinionem firmat Iac.de Caſtello in tract.de duello. lib.4.c.1.n.2.& 3.Lucas de Penna.l.erat.C. de Caſtren. pecul. Schrad.conſ.40.n. 19.& 61.inter conſilia Doct.Germa.Deci. 487.n.4.& 5. Verùm hæc communis concluſio intelligenda eſt,ſecund.Doct. non omnibus verbis iniuriam verbalem repellere fas eſſe,ſed illis tantùm quæ tendunt non ad vindictã, ſed ad excludendũ crimẽ,vel iniuriam illatam. Ideoque eum qui vocauit aliquem furem,latronem,nõ permittitur rurſus vocare furẽ, quia hoc tẽdit ad vindictam, ſed licitè dicimus, tu mentiris,quia hoc tendit ad defenſionem, Bart.l.quæ omnia.§.1.ff.de procura.vel tu mentiris vt fur vel latro, cùm iſta verba,ad vnum eundemque effectum tendunt,& certum eſt quod ſecundum communem & receptam Doct.ſententiam ex illis verbis, quæ ad vnum eundemque effectũ tendunt, diuerſæ iniuriæ non oriantur. Bart.l.item apud.§.ait prætor.nu. 2.de iniur. Did.de Couar.varia.reſolut.lib.2,c.10.nu.8.Petr.à Placa in epit.delict.lib.1.c.1.nu.19.

QVAESTIO VIII.

Quero,An pro qualibet iniuria perſonali liceat hominem interficere? Reſp. q̃ ſic ſecundum communem & receptam Doct.ſentẽtiam,vt firmat Iaſ.d.l.vt vim.n. 10.& 36.& ibi Frãcif.Zoannet.licet ipſe in contrariam inclinet partem, & eam tenet Bart.in l.1.n.7.C.vnde vi.Ang.Aret.§. ius autẽ gẽtium. Inſtit.de iur.nat.Ang.l.is qui aggreſſorem.n.2.ff.de Siccar.& licet Dec.velit communem intelligendam eſſe,ſi talis iniuria perſonalis immineat,quæ cũ vitæ periculo coniuncta ſit: Tamen magis communiter Doct.loquuntur,etiam quando talis iniuria cum periculo vitæ coniuncta non eſt.arg.d.l.itaq;. Placet mihi tamen ſententia Decij,per c.ſignificaſti.el 2.&ibi gl.extr.de homicid.

QVAESTIO IX.

Quæro, An dolo vel ex propoſito excedens moderamen inculpatæ tutelę,ſit puniẽdus pœna ordinaria,vel miriori extraordinariè? Reſp. Hæc quæſtio mirificè controuerſa eſt. Nãque nonnulli exiſtimauerunt taliter delinquentem tantùm pro ſolo exceſſu puniendum eſſe. Bald.d.l.1.q.9. C.vnde vi. & c.1.in prin.n.7.de pace tenend. Alex.conſ.76.conſ.107.numer.7.lib.1.conſ.24.n.2.conſ.140.conſ.24.n.5.lib.2.conſil. 119.lib.7.Vbi dicit eam eſſe communem Hipp. pract.crimi. §.quoniam.n.85.eandem dicit eſſe communem Zoannet.repet.d.l.vt vim.2.par.nu.83.& ibi Iaſ.licet Dec.dubitet.

Alij verò contra cenſuerunt, pœna ordinaria puniendum eſſe,Bald.l.vni.nec verò C.de emend.ſeruo. Ant.de But.c.ſignificaſti.el 2.extr.de homicid.Dec.d.l.vt vim.& ibi Zoannet. Verùm à communi non eſt recedendum, cùm dolus malus eſſe non poſſit ſine certa animi deliberatione,quæ non eſt in prouocato ad iram.

QVAESTIO X.

Quæro, An magiſtratui liceat reſiſtere? Reſp. pro habenda veritate diſtinguo ſecundum communem & receptam Doc. ſententiam. Aut iudex procedit extraiudicialiter de facto ſ̃ ius,& tunc cuilibet etiam priuato licitum eſt de facto reſiſtere,& indiſtinctè ſiue grauamẽ eſt reparabile,ſiue irreparabile. l.prohibitum.C.de iure fiſc.& tenet Alex.&Doct.cõiter.l.ſed eximendi.§.item ſi quis.ff.ne quis eum,qui in ius.Abb.c.conquerente.de reſti.ſpol.& in hoc nemo eſt,qui diſcrepat,vt dicit Marant.in diſput.nu.1.14.cum pluribus per eum alleg.

Aut verò Iudex procedit iudicialiter,& tunc aut damnum eſt irreparabile,& tunc licet reſiſtere, ita communiter tenent omnes,& in hoc nullus diſcrepat,vt firmat idem Maran.d.diſput.1.n.35.licet contrarium velit Bald.d.l.vt vim.q.7. Aut dãnum eſt reparabile, & tunc aut non conſtat notoriè iniquitas,& debet ei obtemperari,quia conceſſa eſt appellatio.text. l.2.ff.de appel.Bar.& Doct.d.l. vt vim. & ibi communem dicit Zoannet.aut euidenter conſtat de iniuſtitia,& licet reſiſtere,ita tenet gl.&Doc.communiter,teſte Zoannet.d.l.vt vim. nu.43.ibi Iaſ.nu. 19.& Deci.nu.26.

QVAESTIO XI.

Quæro, An probetur defenſio, ſi teſtes deponant tertium occidiſſe ad ſui defenſionem,licet nõ dicant ad defenſionem neceſſariam? Reſp. Doc.variant. Namque alij exiſtimant,q̃ debẽt deponere,occidiſſe cauſa neceſſarię defenſionis,quoniã, ſcilicet,aliter ſe defendere non potuit,ita tenet Bald.l.vni.C. de confeſſ.quia neceſſitatẽ alleganti incumbit onus probandi. Alij verò contrà cẽſuerunt,ſufficere ſi teſtes ſimpliciter deponant,q̃ occidit ad ſui defenſionem,licet non dicant,ad defenſionem neceſſariam.ita tenet Bart.conſ. 100.lib.1.Bald.ſibi contrarius l.ſolam.n.11.C.de teſtib.Alex.conſ.110.n.6.li. 1.Zoannet.d.l.vt vim.vbi communem dicit.2.par.n.36. Defenſio enim neceſſitatem quandam in ſe cõtinet, quam teſtis potuit ex multis circunſtantiis colligere,& ex imminenti periculo,ideoque debet ſtari eius ſimplici dicto, & ab hac recedendum non eſt.

Cautius tamen facit teſtis ſi dicat,aduerſarium ei inſultum feciſſe,ideoque cauſa defenſionis interemptum. Namque ex eo,q̃ dicunt inſultum feciſſe,patet occiſorem in periculo vitæ cõſtitutũ,&ob id defenſionẽ ei pręmiſſam. Mich.Graſſius.

Defenſion

Universidad de Deusto Biblioteca

Defensionis propriæ iustum modū egressus, & alterius læsor non statuta, sed mitiori pœna plectitur, commune assero ex magna doctorum phalange in ordines digesta ab Ant.Gomez.de delict.c.3.nu.24. E.Suarez.

defensioni sui nec in proprij status causis, nec in criminalibus quis potest renuntiare,commune aio iuxta Hippol.in l.j. n.61. & leg.C.de rapt.virg.Ant.Gomez.de delict.c.1.n.66.fu se Did.à Couarru.de spons.2.part.c.vlt.§.vlt.nu.16.& qui rectè declarat Iul.Clar.in practic.& vlt.q.49.vers. quæro nunc. E.Suarez.

defensionem de iure,deque facto pollicitus nō tenetur armis defendere,commune inquit Cagnol.in l. non videtur.n. 6.ff.de reg. iur. delegatus iuri dicundo locum potest eligere, vt commune dogma ait Curt.iun.in rubr.n.22.ff. de off. eius cui mand.est iurisd. Suarez.

defensionis iustum modum trāsgressus, non pœna statuti, sed mitiori plectendus erit.communis est opi.Soarez in vers. defensio.nu.26. Bonacoss.

defensioni in criminalibus quis renuntiare non potest, vt est communis opi.de qua Soarez ver.defensioni.n.27. nisi vt s.Clar.q.48.ver.quæro nunc. Bonacoss.

defensionis excedens modum,mitius punitur,vt est cōmunis opi.Soarez vers.defensionis.n.26.Marsl.sing.100.Alex.cōsi.119.in vlt.vol. Bonacoss.

defensionem pro amicis extraneis suscipere,&quandoque per consequens occidere,communi Doc.sentētia receptum est, quia si licitum est pro rerum defensione quem occidere, ergò multò magis pro corpore humano tuendo.arg.l. sancimus.C.de sacrof.eccle.Item si potest quis conuocare amicos vicinos ad recuperandam rerum suarum possessionem, ergò etiam ad defensionem hominis.l.3.§.eum igitur.ff.de vi &vi ar.Ita Bar.scribit in l.vt vim.n.7. quem reliqui Doc.communi vōto sequuntur.ff. de iust.& iure.Bal.in l.j.n.21.C.vnde vi. Ias.in d.l.vt vim.n.29.vbi ipsi hoc temperamentum adiicīt, præsertim si auxilium petitum fuerit.Bart.Romul.ibi.n.142. Licet ipse à communi sententia recedat. Kirchouius.

defensionem allegatam vt quis probet, non necesse habet vt ista necessitas defensionis in specie probetur,sed sufficit qꝺ simpliciter probet se fecisse ad sui defensionem,communem attestatur Pract.Carer.n.126.quem refert Plaza in lib.1.delictorum,c.28.n.20.Dec.in l.vt vim.ff.de iust.& iur.n.17. & ab hac opinione dicit Clar.non esse recedendū,licet Menchiaca in c.28.n.6.illust.controuers.dicat contrariam receptiorem, refert Clar.d.§.Homicidium,vers.sed quomodo.Et ad probā dum aliquē fuisse in periculo vitæ,sufficit probare, qꝺ eius aduersarius veniebat armatus contra eum,ita tenet glo.in l.1.in verbo Moderatione. C.vnde vi. quam dicit communiter approbatam Bertrandus in cons.128.n.3.Claud.in l.vt vim.ff.de iust.& iur.n.54.Gramm.cons.59.n.9.Riminal.cons.13.n.39. Plaza in d.c.28.n.15.Non.n.tenetur quis expectare qꝺ ab alio prius percutiatur,sed si quis ipsi mortem minetur,potest ipse statim minantem percutere,commu.dicit Barr.inter consilia crimin.diuers.cons.97.n.21.lib.1.Io.de Amicis cons. 16.n.5. Refert Clar.d.vers.sed quomodo. P.Fichard.

defensionem quoque extranei suscipere licet, ita vt si quis alium insultantem occidat,non incidat in pœnam homicidii ordinarij,commu.dicit Dec.in l.vt vim.ff.de iust.& iur. n.32. ver.subiicit Alc.cons.475.Bart.in d.l.vt vim.n.7.& in l.si quis in seruitute,num.3.ff.de furt.Clar.d.§.homicidium, ver.Item locum. P.Fichard.

defensione honoris sui causa licet alium occidere, nam periculum famæ æquiparatur periculo vitæ,l.iusta. ff. de manu. vindict.communem teste Bolenco in repet.l.capitalium. §.famosos,num.161.de pœnis.refert Clar.d.§.homicidium. ver. idemque. P.Fichard.

defensionibus autem competentib. de præsenti bene quis potest renunciare generaliter in iudicio.& hac practica vtuntur hodie assessores,cum faciunt damnādos ad mortem renūtiare termino,adiecta causa, quia nullam habent defensionē. ita Ang.in l.sed si quis.§.quæsitum.col.2.ff.si quis cautio.Caueant tamen(inquit)ne super se & eorum filios conuertatur, si iniquè facerent.vide eundem Ang.in l. pactum inter hæredes.ff.de pactis.si autem antequam fiat executio,ipsum pœniteat,potest reuocare talem renunciationem, & se defendere, per iura allegata per Cast.vbi s.vide Ias.in l.iubemus.nu.7.C. de iudiciis.Bene verum est, qꝺ licèt expressè quis nō possit in criminalibus renunciare appellationi,&defensioni,nec valet pactum,tamen tacitè non appellando potest renunciare. Peru.in c.interposita.§.ille denique.n.23.de app.&statutum tollens defensionem reo non valet, cū nemini sit auferenda defensio neque bannito,neque excommunicato,& cuicunque criminoso.c.cum inter.de excep.Abb.in c.dilecti.n.13.eo.tit. limita,vt ibi pulcherrimè per Abb.vbi defensio negatiua,defensio naturalis,defensio ciuilis,vt est ꝓscriptio statutaria toli potest.Et plures casus in quibus reus potest renunciare defensioni in criminalibus,ponit Fel.in c.querenti.col.2.n.3.de foro comp. Et potest renūciare defensioni statutariæ ipse reꝰ criminis,vt per Fel.in c.si diligenti.de foro comp.& plura idē Fel.in c.cum dilecti.n.1. de accusa.& not. qꝺ si quis promittat aliquem sistere in iudicio,etiam in causa criminali,si eum prę sentare non potest.eum tamen defendere tenetur,& tunc excusatur à pœna,vbi,s.non requireretur rei præsentia persona lis.Ang in l.si eum.in prin.ff.si quis cautio.& no.etiam qꝺ defensio etiam Diabolo non est deneganda, secundum Bal. de quo Fel.in c.qualiter.§.2.de accusa. etiam si esset Diabolus in iudicio.nec Papa,nec alii possunt tollere defensionem reo,vt ibi per Fel.n.15. Et defensio est permissa etiā illi, cui illata est iniuria tanquàm prouocato,vt est cōmunis opi.Grassus communium opi.lib.1.c.2.q.7. Bonacoss.

Defensionem allegatam vt quis probet non est necesse, vt ista necessitas defensiōis in specie probetur.sed sufficit,qꝺ simpliciter probet se fecisse ad sui defensionem,vt est communis opi. à qua non debet recedi.Clar.in d.§.homicidium.ver. sed quomodo. & ad probandum aliquem fuisse in discrimine vitæ,sufficit probare, qꝺ eius aduersarius veniebat armatus contra eum.vt est communis opi.Cum quis non teneatur expectare,quod quis eū offendat. Sed si ipsi mortē minatur, mortem illi dare potest,vt est communis opi.Clar.in d.§. homicidium.ver.sed quomodo. Bonacoss.

Defensionem quoque extranei suscipere licèt,ita vt si quis alium insultantem occidat,non incidat in pœnam homicidij ordinarij,vt est communis opin.Clar.in §.homicidium. vers. item locum. Bonacoss.

defensione honoris sui causa licèt alium occidere, quia periculum famæ æquiparatur periculo vitæ, vt est communis opi.Clar.in §.homicidium. ver.idemque. Bonacoss.

defensionem quis suscipere pro alio non tenetur,vt est cōmunis opi.de qua fusius Dec.in c.quia quæsitum.n.7. de offi. deleg.etiam de iure canonico, vt est communis opi. de qua ibi per Dec.nu.8.Soarez isto verbo.nu.23. Bonacoss.

defensioni reus renuntiare potest, vt est communis opi.& practica,vt per Bened.de Vado, de foro Sēpro.in repert.Feli. in ver. reus in criminalibus.quod procedit, quando reus spōte confessus est delictum, & iudex dedit sibi terminum octo dierum ad faciendum suas defensiones,deinde renuntiauit tali termino.Certè iudex potest eū facere iustitiari, quia renuntiat solum dilationi,ex quo constat,qꝺ nulla sibi competat defensio.& ita practicatur.Immo totus mundus seruat,qꝺ sponte & solenniter cōfessus delictum in iudicio,potest renuntiare defensionibus in causa capitali,& nō curatur,si extra iudicium fuit confessus per tormenta. Vnde se latro, qui nullam potest habere defensionem,vel homicida confiteatur malefi cium, & iudex dat ei dilationem octo dierum ad faciendum suas defensiones, postea die sequēti facit eum renunciare dilationi,& postea eum cōdemnat ad mortē, qꝺ licitè facit. Adde qꝺ si aliquis est confessus, & non obstāte confessione petit à iudice terminum ad se defendendum, qꝺ iudex potest ei denegare terminum,quia maleficium est notorium,& potest ꝓcedere ad condemnationem. Adde etiam qꝺ reus repertus in flagranti crimine, potest renuntiare dilationibus & defensionibus.Immo nulla sibi dari debet dilatio, vel defensio, idem si reus diceret se nullam habere defensionem Benedic.vbi suprà. Bonacoss.

Defensor qui allegat causam absentię debet promittere eū præsentare Ias.in rub. ff.in ius voc.vt eatur.ità etiam si allegat impedimentum, vt per eum,& Castr.in l.filiusfamil.ff. qui satisd. cog. Et quid teneatur promittere defensor necessarius, vide l.si cum vno.vbi gl.& doct.ff.si ex nox.caus.agat.&ibi an possit fieri pro parte:Et quādo pater teneatur satisdare de defendendo causam filij,vide Castr.&Ias.d.l.filiusfamil.ff.qui satisd.cog. Put.

defensor qui nō ad plenam causam sed tantùm allegādam causam absentiæ admittitur,perinde atque procurator ad certum tantùm actum datus,non tenetur appellare,l.libero.§.ff. ff.de neg.gest.secundum Bart.in l.inuitus,C.de procura.l. maritus,C.eodem,& c.non iniustè,&ibid.Goff.Io.Andr.& post eos D.Ant.ita communiter teneri refert Bened.Capr.reg.65. nu.17.& seq.

PRO.defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.l.si quis percussorem.ff.ad l.Corn.de sic. Bellon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

defensor vnius articuli & non totius causæ absentis, nõ tenetur satisdare, secundum gl. singularem, in l. in eo, la 2. in verbo nemo. circa med. ff. de reg. iur. Item quando defensio quæ allegatur ad totam causam, apparet ex actis: quia tunc etiã inhabilis, vt minor & mulier admittitur ad defendendum sine satisdatione. l. exigendi. C. de procu. quam ita intelligit Inn. in c. veniens. ext. de accusa. quod sequitur Ang. & do. Cato in l. filiusfa. ff. qui satisd. cog. nam & iudex talem defensionem apparentem ex actis adducere potest nullo defendente. l. planè. & l. fin. ff. de peti. hæred. glos. in l. vbi pactum. C. de transact. Balb. decis. 246.

Defensorem alienæ litis Quod dicitur non admitti, nisi satisdet, intelligi debet si petatur, aliàs si omittatur, tenet iudicium, & excluditur talis exceptio lite contest. l. ita demum. C. de procur. nisi interueniret defensor post litem cõtest. vt per gl. in l. 2. C. de consor. eiusd. li. Ita notabiliter Ang. in l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procu. dicens idem tenere Iac. Bu. ibi, & ita fuisse iudicatum Bononiæ in causa per regem Hispaniæ transmissa. Balb. decis. 288.

defensor potest allegare causam absentiæ saltem, vt est cõmunis opi. Cap. reg. 65. nu. 19. Bonacoss.

PRO. definitum non debet latiùs patere, quàm ipsa definitio, & econuerso. l. 1. §. dolum. ff. de dolo malo. Bellon.

Defuncti ordinatio in feudo non admittitur in c. 1. ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente de suc cess. feu. c. 1. §. donare. Qualiter olim feud. alie. poter. Quod adeò generale est, vt vasallus non possit legare vel mortis causa donare feudum, sine consensu domini, Matth. de Afflict. in 6. §. donare. n. 1. nec pro anima relinquere ibid. ibi, iudicare p anima. & Fe. in c. quæ in ecclesiarum. n. 70. atq; Dec. n. 32. ext. de constit. vbi ab illis limitationes & declarationes adiiciuntur. Quia prohibitus testari, prohibetur etiam feudum legare vel donare, idem Phil. Dec. in cons. 144. n. 2. ver. nam dato quod concessio inuestiturę & venditio valuissent. & Cur. iun. in tract. feuda. in 4. part. ex quibus cau. feu. amit. n. 125. §. pen. quæro an & quando vasallus possit de feudo testari. Quã cõclusionẽ adeò receptam esse inquiunt, vt legatario etiam nõ debeatur æstimatio feudi. Iac. de Sancto Georgio in tract. feuda. in verb. & cum pacto, quod de ipso feudo possint ipsi vasalli inuestiti testari. n. 5. Quod quoque procedit si legatum factum fuerit Ecclesiæ. Cur. iun. in d. 4. par. in d. § pen. quæro, vers. 5. videretur limitanda prædicta cõclusio. Vbi ipse dicit hãc esse communem Doct. sententiam, quam etiam refert Rol. à Valle, in cons. 41. nu. 32. in Tom. 2. con. Kirchouius.

Degradatio in clerico reo criminis læsæ maiestatis. non debet fieri actualiter sed verbaliter tantùm. commu. dicit Curt. iun. cons. 159. n. 1. Clar. d. lib. 5. §. fi. q. 36. vers. quæro nunquid Clericus. Similiter quoque propter assassinium non debet clericus actualiter & solenniter degradari, communem dicit Lãbert. in c. q. 11. n. 88. de hæret. in 6. Dias in prac. cri. cano. c. 91. Did. lib. 2. resolut. c. 19 n. 26. Pract. Conrad. ver. 18. fallit. Clar. d. §. fi. q. 36. ver. quæro, tu scis. P. Fichard.

degradatione verbaliter tantum facta, iudex laicus nullam adhuc habet in eum potestatem, nisi etiam illi tradatur, sed si actualiter facta, est, tũc potest eum iudex secularis punire absque aliqua traditione commu. dicit Alc. in c. cùm non ab homine, de iudic. nu. 108. Clar. d. §. fi. quæst. 36. vers. scias autem. P. Fichard.

degradatio licet auferat priuilegia clericalia, prout notatur in c. 2. de pœnis. tamen non tollitur character & votum continentiæ, quare degradatus non poterit matrimonium cõtrahere, 1. q. 1. vt notatur secundum Imolam d. c. 2. & D. Ant. in c. Ioannes, de cle. coniug. multò minus depositus ab officio. 81. dist. c. dictum, vt notatur c. 1. qui cler. vel vouent. communem refert Bened. Cap. reg. 97. num. 4.

degradatio ab inferiore Episcopo neque verbaliter neque actualiter fieri potest, c. degradatio in pr. de pœnis, c. trãsmissam. de elect. & Doct. communiter teneri refert Bened. Capr. in c. at si clerici de iudiciis, reg. 84. nu. 37. plura ĩ. nu. 22.

degradatione verbaliter tantum facta, iudex laicus nullam adhuc habet in eum potestatem, nisi etiam illi tradatur. Sed si actualiter est facta, tũc potest eum iudex secularis punire absque aliqua traditione, vt est communis opin. Clar. q. 36. vers. scias autem. Et duplex est degradatio, verbalis & actualis. Verbalis si Episcopus pronunciat sententiam contra clericum, p quam remanet priuatus ordinibus clericalibus. Actualis quãdo actualiter degradatur personaliter, & spoliatur ecclesiasticis beneficiis. Clar. q. 74. in prin. Et clericus non debet degradari, nisi propter graue crimen, vt est communis opi. Cla. ibi. ver. regulariter. Bonacoss.

degradatio autem hodie ex Concilio Tridentino actualis potest fieri à solo Episcopo adhibitis prælatis. Cla. ibi. ver. sed quæro. vbi dicit, quod verbalis degradatio fit aliter, vt ibi per eum. Bonacoss.

degradatio potest dici pœna corporalis in clericis, cum tradantur curiæ seculari, & postea ad mortem corporaliter puniuntur. Clar. q. 70. ver. credo etiam. Bonacoss.

degradatur etiam laicus Doctor propter delictum, & miles, quia in signibus priuantur antequàm suspendantur. Clar. q. 74. ver. scias autem. Bonacoss.

degradatus licet amittat priuilegium immunitatis personalis, non perdit potestatem cõficiendi Eucharistiam. Sed potest conficere Eucharistiam, vt est communis opi. de qua Soci. senior. in cap. si quis presbyter. de cler. excommunica. n. 15. Bonacoss.

degradatus ab ordine ecclesiastico, non ideo est excõmunicatus, & celebrans ipso facto non incurrit excommunicationem. Sed si præmissa monitione persistit in cõtumacia, debet excommunicari, & sic requiritur sententia, vt est communis opi. de qua Soc. senior in c. si quis presbyter. nu. 5. de clerico excommunicato vel deposito. Bonacoss.

delegare potest Princeps causas meri, & misti imperij. Cur. iun. in d. l. 1. nu. 73. communem dicit. Villalob.

Amplia ad delegatũ Principis qui potest subdelegare causas meri, ac misti imperij. Curt. in d. l. 1. n. 74. & Alc. in d. c. p se dem. nu. 81. communem dicunt.

Amplia secũdò, in ordinarium propter infirmitatem. Cur. iun. in d. l. 1. nu. 81. communem dicit.

Nota istas communes cum sequentib. ad intellect. l. 19. tit. 4. par. 3. dicentis delegatum à principe posse subdelegare.

Restringe istam ampliationem ad infirmitatem grauem, non tamen ad leuem, idem Curt. iun. n. 81. communem dicit.

Amplia tertiò, in ordinario propter absentiam necessariã, idem Curt. iun. nu. 68. communem dicit.

Nota p absentia necessaria præsumitur, idem nu. 69. communem dicit.

Nota istas omnes cum aliis quatuor sequẽtibus ad intelle. l. 5. tit. 15. lib. 1. ord. quæ assumpta est à l. 2. tit. 56. lib. 1. For. ll. vbi disponitur, p propter infirmitatem, vel etiam ex aliis causis prætores quos vulgò dicimus *aldens*, possunt committere alteri exercitium iurisdictionis: dũmodo locum tenens sit bonus vir: & iuret se administraturum ius & iustitiam. Et nota p iste locum tenens potest omnem iurisdictionem exercere, non potest tamen ad mortem quenquam condemnare, licet possit absentes pronuntiare esse cõfessos, vt habetur in l. 129. styli. licet. 18. tit. 4. par. 3. excipiat etiam mutilationem membri, & causa status. Tamen per l. styli sola mors excipitur. Aduerte, p iudex ordinarius datus à Rege, ex istis causis potest alteri committere iurisdictionem lege hac permittente: aliàs non de iure communi, cùm isti iudices, ordinarij sint solũ ad ministratores, vt per Bald. in c. cùm vigesimum. n. 3. de off. de leg. & vsuarij non potest dare vsurarium alium vt in l. 2. de vsur. quæ etiam per plura comprobat Alc. in paradoxis. lib. 2. c. 6. nõ possunt vicarios constituere in iurisdictione, vt per Author commentar. in consuet. Paris. 1. in mate. feuda. tit. 1. §. 1. gl. 5. ver. *le fief*. n. 57. cum sequente. ex quibus possumus cõcludere iudices ordinarios creatos ab inferioribus recognoscẽtibus superiorem, non posse constituere vicarios: nisi de mandato domini: quod cogita hodie, correctoribus ciuitatum p regem datur facultas ponendi vicem gerentem cùm creatur corrector in casib. permissis quem aliàs non poterant ponere per l. 10. ti. 16. lib. 2. ordi. sine expresso mandato. Et de istis vicem gerentibus vide Pet. Nun. in ca. 3. correctorum. de exequen. mand. regum.

Nota secundò, p ordinarius non potest Delegare ea, quæ sunt meri, & misti imperij, propter multitudinem causarum. idem Curt. iun. in d. l. 1. n. 83. communem dicit, de off. eius cui mand. est iurisdict.

Fallit prima ampliatio, si in commissione Principis est appositum verbum, præcipimus. Fel. in c. eam te, de referip. & in c. pro debilitate. de off. deleg. Cur. iun. in d. l. 1. nu. 80. communem dicit.

Fallit secundò, si est onerata conscientia delegati: quia non potest subdelegare. Soc. cons. 95. vol. 1. communem dicit.

Fallit tertiò, si est electa industria personæ delegati. idem Soc. communem dicit.

Fallit quartò. quando delegantur ea, que sunt concessa in signum supremæ potestatis, Curt. iun. in l. 1. de iurisd. om. iud. ff. nu. 8. communem dicit.

Fallit quintò, in actuali missione in possessionem: quia licet possit

Universidad de Deusto Biblioteca

possit subdelegari cognitio de mittendo in possessionem, nō tamen ipsa missio. Cur.iun.in l.1.de iur.om.iud.ff.n.36. communem dicit.

Amplia istam quintam limitationem ad missionem in possessionem ex primo decreto. Ias.in Liubere.n.70. ff. de iurisd. om.iud.communem dicit.

Fallit sexto, quando agitur de remotione actuali tutoris vt puniatur, quia solus præses cognoscit: secus tamen ad remotionem ciuilem. Curt.iun.in l.cognitio.n.7.ff.de offi. eius cui mand.commu.dicit.

Fallit septimò, in causa criminali, Alber.in l.1.ff.de off.eius cui mand.communem dicit, sed Ias.ibi tenet contrarium esse communem. sed Boer.in decis.6.n.8.9.& 10.concordat opiniones dicens ꝙ tota causa non potest subdelegari: sed articulus causæ tantum sic.

Fallit octauò, in subdelegato Principis, Curt.iun.in d.l.1.de of.eius.nu.80.communem dicit. Idem.

Delegari causa criminalis meri &mixti imperij à iudice delegato ab inferiore quàm principe, nō potest, & licet Netius de los corregidores.dicat communem esse (vt eum refert Villalobos in comm.opi.litera D.n.34.) ꝙ post litem cōtestatam possit delegari, Clar. tamen non credit verum esse, negando Nunium id dicere.d.§.fi.q.61.versi.si verò. In delegato verò principis magna est doct.controuersia vt Pau.Cast. in l.vnica C.qui pro sua iurisd.dixerit magis communem esse ꝙ possit delegare, vt eum refert ac sequitur Vantius de nullit.n.26. Contra verò Alber.in l.1.de officio eius, nu.21.dixerit magis cōem esse ꝙ non possit, vt Ias.ibi.n.64.ver.contra viam, eum recte dixisse putat, prior tamen opinio magis communis est, sed posterior æquior videtur Clato.d.q.41.vers.in delegato. vbi addit Boerium in decis.6.in fi.dicere, eam etiam in Frācia seruari. In casu tamen ꝙ merum & mixtum imperium possit delegari, poterit delegatus procedere vsque ad vltimum supplicium, vt commu.dicit Alc.in c.ꝙ sedem.n.83.de offi.ordi. maxime si periculum esset in mora, vt in signi latrone. vt communem esse dicit Curt.iun.in d.l.1.n.65.de offic.eius. Clar.d. q.41.ver.sed nunquid. P.Fichard.

Delegati causæ criminales à iudice ordinario non possunt, intellige quæ sint meri, ac mixti imperij, & in ordinario inferiore qui princeps.com.dicit Dec.in l.1.ff.de off.eius.n.26.& Curt.iun.ibid.n.21.quia censetur tunc electa industria ipsius personæ, vt commu.dicit Claud.in d.l.1.n.2. Clar.d.§.fi. q.41. P.Fichard.

Delegans Quamuis possit etiam post litem contest.delegatum à se reuocare, trahendo ad se causam vt ipse cognoscat, non tamen vt alteri committat sine causa legitima, secūdum Guil.de cu.Sali.do.Cato,& Sandilia. ac communiter doct.in l.more.ff.de iuri.om.iud. Balb.decis.390.

delegari hodie possunt de iure canonico omnia, quæ sunt meri & mixti imperij delegabilia, vt est communis opi. Vantius de nullitatibus processus.fol.129.n.86.Cap.reg.79.n.13. D.m.Alc.in c.quod sedem.de off.ordi.nu.82. communem dicens. Ant.de Tremolis in practica Bonacursij, tit. de impe. & excep.quæ contra rescrip.fol.63.in gl.merum.litera à.& communem dicit Pet.Rauen.in suo aureo Alphabeto.in ver.delegatio. Vantius de nullitatibus processus.fol.153.n.50. nisi in commissione dicatur, præcipimus tibi. Fel.in c.cum te.de rescript.& in c.si pro debilitate.de of.deleg.communem dicens. vel si sit delegatus, cui oneratur conscientia, quia non potest subdelegare. Soc.conf.95.vol.1.col.3. communem dicit. vel si sit electa industria personæ. Socin.ibi. communem dicens. Bonacosi.

delegari possunt hodie ex generali consuetudine indistinctè omnes causæ meri &mixti imperij, etiam quò ad pœnam vltimi supplicij. Clar.q.40.in prin.de iure canonico etiam,& de iure ciuili per Principem, Bal.in c.decernimus.n.18. de iudi. Delegatus autem Principis potest delegare causas criminales. idem in delegato ab inferiore, vt est cōmunis opi.ibi. ver. si verò iudex.& ver.in delegato. fallit in casu necessitatis propter absentiam iudicis. Pau.de Cast.in Liudices.n.1.C.de fide instrum. Bonacosi.

delegare non potest Episcopus laico causas criminales clericorum, etiam ꝙ sit adiunctus clerico. vt est communis opi. Clar.q.41.ver.quero nunquid. Etiam clerico coniugato delegare non potest Episcopus, vt est communis opi. Clar. versic. sed an. Bonacosi.

delegare potest causas criminales laicis summus Pontifex etiam meris laicis. vt est communis opi. Non autē causas criminales clericorum Principibus puniēdas, vt est communis opi. Cla.q.40.ver.sed quid dicendum. Bonacosi.

Delegari causa criminalis meri &mixti imperij à iudice delegato ab inferiore quàm Principe, nō potest. In delegato verò principis secus est, quia delegare potest, vt est magis communis opi. Clar.q.41.ver. In delegato. Et in casu, in quo merū & mixtū imperium delegari possit, poterit delegatus procedere vsque ad vltimum supplicium, vt est communis opi. maximè si periculum esset in mora. vt in insigni latrone. vt est communis opi. Clar.d.q.41.ver.sed nunquid. Bonacosi.

delegari causæ criminales à iudice ordinario non possunt, quæ sunt meri & mixti imperii. Et in ordinario inferiore quā Princeps, quia censetur electa industria personæ. vt est communis opi. Clar.q.41. Bonacosi.

delegatus post tempus datum ad cognoscendū potest proferre sententiam, si pœna est apposita iudici non determinanti. Fel.in c.de causis.de off.deleg.communem dicit. B.Villa.

delegatus post sententiam latam, non habet cognitionem. Fel.in c.ex literis.de off.deleg.communem dicit.

Fallit primò si non obseruauerit formam mandati: quia etiam post sentētiam potest reuocare acta, & de nouo cognoscere. Fel.in c.qualiter,& quando.de accusat.communem dicit,& Ripa.in l.quod iussit.nu.66.ff.de re iud.

Fallit secundo, quia potest mandare executioni suam sententiam. Panor.in c.significasti.de of.deleg. Ant.de Tremo.in addit.ad Bonac.in pract.exce.in rub.de refer.n.4.comm.dicit.

Amplia dictam limitationem, non solùm quo ad suam sententiam, sed etiam illius qui vice sua iudicauit. Ias.in l.cū specialis.nu.5. C.de iudi.communem dicit.

Restringe istam limitationem, & ampliationem in delegato principis: nam delegatus inferioris non potest mandare executioni suam sententiam, tamen admonere & excommunicare potest. Fel.in c.significasti.de of.deleg.com.dicit. Idem.

delegati iurisdictio nō perpetuatur per actum citeriorem citatione, vt est commissio de citando, &c. Ista est sententia communis cōtra Bart. vt refert Ias.in l.more.n.58.circa med. ff.de iurisd.om.iud. Sed per citationem bene perpetuatur, vt ibi, quæ sententia similiter communis est vt ibid.num. præced.57. I.Fichard.

Delegatus Principis, siue ante, siue post litem cōtestatam, potest facere citationem realem, seu personalem. Curt.iun.in l.2.n.39.ff.de iur.om.iu.& in l.cui iurisdictio.n.22.ff.e.ti.communem dicit. B.Villal.

Delegatus inferioris non potest, siue ante, siue post litem contestatam facere citationem personalem. Curt.iun.in d.l.2. nu.19.communem dicit.

Fallit si timetur de fuga. idem ibi nu.30.communem dicit. Idem.

delegatus datus sub nomine dignitatis, nō trāsit ad successorem, quando quis habet dignitatem non nomine proprio. Ias.in l.more.n.65.ff.de iurisd.om.iud.communē dicit. Idem.

delegatus non potest minuere, nec augere quadrimestre quod datur iudicatis ad soluendum. Ias.in l.qui tribunali. n.5. ff.de re iud.communem dicit. Idem.

delegatus potest sibi eligere locum, vbi ius dicat, Curt.iun. in rub.ff.de offi.eius cui man.est iurisd.num.22. communem dicit. Idem.

delegatus iudex appellationis si pronunciat causam appellationis legitimam, an possit de principali negotio cognoscere, & deniq; Abbas post antiquiores.in c.vt debitus.de appel. concludit ꝙ sic: quia dictum negotium accessoriè venit ad ipsam appellationis causam, quæ cōmittitur. Et cū in ipsa causa principali ēt accessoria includātur c.prudēriam.in fi.de offic. deleg. Rō th ista videtur dubitabilis, quia illa accessoria tantū cēsentur commissa, & veniunt, sine quib. causa expediri, & cōmissio adimpleri nō potest. l.2.ff.de iurisd.om.iud.not.in c.ꝑterea. & in c.ex literis.e.ti.de of.deleg. sed causa principalis n̄ est necessaria ad causam appellationis, cùm sine illa possit ipsa appellatio expediri. Inn.in d.c.vt debitus. alleg.gl.in c.solet in ver.per superiorem.de sent.excom.in 6.quæ dicit, ꝙ nec etiam veniūr ea, cum quib. causa facilius expeditur. Dec.tamē in d.c.vt debitus. dicit primam opinionem magis communē.

Delegatus nō tenetur citato mittere originale suæ cōmissionis, sed satis est tenorem inserere citationi, secundum cōmuniorem. per tex.in c.2.& ibi Docto.de dila. refert Minsing. obserua.1.Cent.3. I.Fich.

delegatus quando est periculum in mora: vt in insigni latrone, potest imponere pœnam mortis. Curt.iun.in l.1.ff.de off.eius cui.n.65. communem dicit Alc. Et plus dicit in c.ꝙ sedem.n.83.de off.ord. esse communem opinionem ꝙ delegato mero imperio in casu in quo delegatio subsistit, delegatus potest procedere ad vltimum supplicium. B.Villa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Delegatus non potest mittere in possessionem ex primo decreto.Ias.in l.iubere.num.18.ff.de iurisd.om.iud. communem dicit. Idem.

delegatus inferioris à Principe post litem contestatam potest subdelegare tam in ciuilib.quàm in criminalib.Petr.Nuni.de exeq.mand.Regum c.1.communem ait ex gl.in l. vnic. C.qui pro sua iurisd.

delegatus etiam à principe, non potest subdelegare cũ potestate subdelegandi: qtamen potest ordinarius.Maran.in tracta.de ord.iud.parte quarta.n.38.communem asserit ex Ias.in l.1.de off.eius. B.Vill.

delegatus ab eo,qui infrà principẽ sit,non exequit suã sententiam, quamuis admonitionis, & excommunicationis ius habeat,commune autumat Fel.in c.significasti.de off. deleg. at delegatus à principe, & exequendæ sententiæ copiam hãbet,commune iuxta Ias.in l.vlt.nu.5.C.de iudic, post Alex.in l.2.n.10.ff.de iurisd.om.iud.Fel.n.1.Dec.n.2.in laudato c.significasti. Ant.de Tremor.ad Bonacur.in prag.excep. in rubr. de restit.nu.4. E.Suarez.

delegatus à principe subdelegat(vt interpretũ ore loquar) illa etiam,quę meri imperij sunt,commune iuxta Felinum n.82.Alc.n.81.in c.ꝙ sedem.de off.ordi.Excipe primò,cũ commissio verbo præcipimus facta est,commune dicit Fel.in c. si pro debilitate.de offi.deleg.& in c.eam te.de referi.Curt.iun. in l.1.n.80.ff.de off.eius,cui mandat. Excipe secundo, si delegati conscientia onusta sit,commune testatur Soc.cons.95.li. 1.Excipe tertio,vt id in criminum causis haud procedat,commune inquit Alb.in d.l.1.ff.de off. eius, cui mand. vbi in contrarium ab interpretibus itum frequentius scribit Ias. quos conciliat videndus Boer.decis.6. E.Suarez.

delegatus duntaxat à principe seu ante,seu post litis contestationem ius personalis citationis habet,vt frequenter placitum scriptis produnt Ias.in l.cui iurisdictio.n.22.Curt.iun.in l.2.n.18.& nu.39.ff.de iurisd.om.iud. E.Suarez.

delegatus meri imperij iure constitutus ad vltimum suppli cium rectè progreditur,commune ait Alc.in c. quod sedem. nu.83.de off.ord.ac Villalob.in sua collecta. E.Suarez.

delegatus subdelegandi, ac subcenturiandi ius non habet si eius industria sit electa.commune fatur Soc.cons.95.lib.1. alioquin contestata lite delegatus ab inferiore etiam ꝙ principe,id ius habet quà in ciuilibus,quà criminalibus causis. vt commune ait Petr.Nun.de execu.mand.regum.c.1.videbis tamen quæ s.ver.delegatus à principe obseruantur. E.Suarez.

delegatus Licet ordinarij regulariter subdelegare non possit,tamen potest delegare,& alteri cõmittere ea, quæ sunt nudi ministerij,vt testium receptionem,& similia,secundum gl. fi.in cle.1.de off.deleg.quæ reputatur singularis.Quod procedit secundum Panor.in c.cum causam,extrà,de ap.& do.Præpo.ibidem,quando iudex ipse prius approbauit capitula & testes examinandos:aliàs non. Balb.decis.212.

delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare authoritatem præstandam in manumissione.Cur.iun.in l.mãdata.nu.7.ff.de off.eius communem dicit. Villalob.

Episcopus potest delegare causas clerici laico.Curt.iun.in rub.ff.de off.eius.cui nu.20.communem dicit. Idem.

delegatus iudex fungitur vice delegantis tantùm, non autem suã.l.1.§.fi.& l.si prætor.ff.de off.eius cui man. est iurisd. l.solet.ff.de iurisd.om.iud.in c.sanè,de off. & potest.iud.deleg. Bellon.

PRO.delegatus iudex delegare non potest.l.à iudice. C.de iud.&l.fi.ff.de off.eius cui man.est iurisd.Ratio ponitur in l.j.§. fi.ff.de of.eius cui manda.est iurisd.iuncta l.more maiorum.ff. de iurisd.om.iud. Idem.

PRO. delegatus iudex sententiam suam exequi nõ potest. l.à diuo Pio.ff.de re iud.

OB.contrà de c.quærenti.extra de off.& post.iud.dele.

SO. Ibi per annum tantùm exequi potest de iure canonico. Bellon.

delegatus ab ordinario non potest subdelegare,nisi ei subdelegandi facultas expressè concessa fuerit.Est communis opi.secundum Ias.in l.à iudice.C.de iudi. Chærian.

delegatus papæ vel principis ad vnam, vel certas causas po test contumacem mulctare.c.de causis,ext.de of.deleg. & ibi Bur.& Panor.c.pastoralis.circ.fi.ibi,puniat,iuncta gl. ordinaria ibid.ext.eod.Inn.&Host.in c.1.eo.tit.Secus in delegato inferioris,secundum gl.in l.fi.C.de modo mulcta.Bart.in l.1.ff. si quis ius dic.non ob.nisi in casu l.2.C.de sport.& ibi ipse delegatus inferioris non posset aliter suam iurisdictionẽ defendere,secundum Panor.in d.c.& Ang.in d.l.1.Licet Inn. & Panor.vbi s.voluerint etiam delegatum inferioris posse mulcta re,sed nõ tantam mulctam imponere,sicut delegatus à Papa. Delegatus autem ad vniuersitatẽ causarum bene potest mulctare extra dictos duos casus,licet sit ab inferiore, secundum gl.communiter approbatam in d.l.2.cùm sit ad instar ordinarij,iuxta gl.in l.fi.C.de iudi.in c.cum causam.in verbo, delegatus.in fin.ext.de appel.in l.Pomponius.in §.si vni.ff. de re iud. Balb.decis.155.

delegatus principis vel papæ,cui est commissa causa per seipsum terminãda,non potest eam subdelegare,etiam partib. cõsentientib.secundùm Ang.& do.Cato in l.more.ff.de iurisd. om.iud.per c.cum dilecta,extrà,de rescr. Balb.decis.59.

delegatus non potest causas criminales subdelegare,nisi à principe datus esset,iure ciuili. Iure canonico autẽ potest eas delegare indistinctè,nisi electa fuisset industria psonę,quo casu iure Canonico subdelegare eas non posset, licet datus fuisset à principe. Ordinarius quoq; inferior principe causas criminales subdelegare nõ ꝓt nisi in casu absentiæ vel infirmitatis,cões refert Bfid.Cap.reg.76.n.2.3.5.&13.vide ꝙ.ordinari⁹.

delegatus iudex ferens iniam nullã,dicitur functus officio suo,& necesse est recurri ad delegãtem, nisi fuisset nulla quia non seruasset formã mandati,quo casu iterum posset pronũtiare,In eo.n.qui alieno iure habet potestatem indistinctè,lata semel sentẽtia licet nulla,finitur potestas, præterquã in beneficiis principum,in quib. per actum nullum nõ expirat potestas delegata, secundum communem opi. vt refert Bened. Cap.reg.26.nu.12.& 49.vide ꝙ.in verb.Iudex.

delegatus principis ad causam criminalẽ potest eam subdelegare secundũ gl.Guil.de Cu.Bart.Bald.& Sandilia.in l.1.C. qui pro sua iurisdi.per rex.ibi,nullo causarum habito tract.Et quia princeps,cuius vices tenet,potest tales causas delegare: & qa principis delegatus est maior omni ordinario.c.studuisti.ext.de of.lega.contrarium opinio.tenent Cy.Pet.Iac.But. & Salic.in d.l.1.durum esset recedere in iudicando à dicta gl. à tantis docto.approbata. Balb.decis.342.

delegatus ordinarij causam subdelegare nõ potest,etiam lite coram eo contestata, per text.cum gl.communiter approbata in c.cum causam,ext. de appel. tenent communiter Docto.in l.à iudice.C.de iudic.quicquid contrà senserit glos. in verbo,lex.ad fi.in l.& quia.ff.de iurisd.om.iud.in l. legatus.in vna sua solutione.ff.de of.proconsul. Balb.decis.328.

delegatus ab ordinario potest per nuncium citare, nõ per edicta,sicut etiam arbiter.l.sed & interpellatur §.1.ff.de arbit. secundum Bart.& cõiter doct.in l.sancimus.C.de iudi. quicquid contra senserit Lotha.vt ibi refert Odof.Balb.decis.319.

delegatus principis mulctam imponere potest, sm sententiam Doct.cõiter approbatam,referentib.Panor.n.12. Fel.n. 9.& Phil.Dec.n.13.ver.successiuè. Abb. quærit an delegatus mulctare possit.in c.4.inci.de causis.ext.de of.deleg.Licet alij aliter censuerint,tamen prior sententia receptior est.Alex.de Imo.in l.vni.n.13.& 14.ver.extrà,gl.& ver.secundò fallit.Ias. n.20.ver.limita tamen istam conclusionem,nisi sit delegatus principis,& Cagn.n.58. volentes indistinctè recipi(non cõsiderato eo,ꝙ multi fuerint in ea sentẽtia,delegatum principis de iure ciuili regulariter non posse mulctare per l.2. arguẽdo à specialib.C.de sportul.)cum in causa delegata maior sit quocunq; ordinario.c.sanè.2.ext.de of.& potest.iud.dele.Sed tamen delegatus principis maiorem,aut nõ ita grauem mulctã imponere nõ posset, ꝙ imponeret ordinarius,l.eos.C.de modo mulctar. & Alex.de Imo.in rub.n.8.ver.4.per l.2.ff.de off. eius cui mãdat.est iurisd.Atq; hanc communem Doct.sniam esse referũt Gas.Valasc.in l.imperium.n.221.ver.vlt.pro complemẽto.ff.de iurisd.om.iud.in 1.vol.repe.&Rol.à Valle,in cõsi.47.n.74.in 2.Tom.con.idq; etiam de iure canonico procedit,ꝙuis Dec.ꝓriam sentẽtiam defendat in d.c.4.incip.de causis.n.13.Illius trn rationib.benè respõdet Cagnol.post alios in in d.l.vnic.n.58. Nõ obstãte eo, multas & aliquas differẽtias delegationis inter ius canonicũ & ciuile receptas esse,cũ quo ad impositionẽ mulctæ nõ reperiatur cõstitura differẽtia. Id circò à iure ciuili perspicuè determinante recedere nõ est integrum,per c.1.& 2. & quæ ibi à Doct.notantur.extr.de noui ope.nunciat. Kirchouius.

delegatus ex maioribus magistratibus potest minuere pœnam reo delicti.vt est communis opi.Dec.in c.de causis.n.18. de offi.deleg. Bonacost.

delegatus iudex ecclesiasticus potest impetrare brachium seculare iudicis secularis ad executionem sentẽtię.Etiam si is non habeat id expressum in sua commissione,vt est communis opi.de qua Menochius in suo de retinen.possessio.in 3.remedio.n.360. Debet tamen iudex laicus animaduertere ante quam concedat hoc faum auxilium,an is delegatus& iudex,

qui pro

qui protulit sententiam, fuerit iudex competens, quia si fuisset incompetens, orachium esset denegandum, vt ibi. Bonac.

delegatus meri imperij constitutus ad vltimum rectè progredietur supplicium, cõis est opi. Soarez. in verb. delegatus, n. 18. Clar. q. 40. vers. sed nunquid Capr. reg. 79. Alc. in c. quod sedem. nu. 83. de iudi. Bonacoss.

Delegatus regulariter (vt dixi) non potest delegare causas criminales, vt est communis opi. Cap. reg. 79. n. 1. fallit in delegato Principis. ibi. n. 3. communem dicit. Et ordinarius eas delegare non potest, vt est cõis opin. ibi. n. 5. fallit vt per eum. Et de iure canonico delegari possunt indistinctè causæ criminales, vt est communis opi. ibi. nu. 13. Bonacoss.

delegati iudices licet habeant iurisdictionem seu habitum iurisdictionis insolidum, cùm ipsa iurisdictio sit indiuisibilis. 24. quæstio. 1. capit. loquimur. tamen exercitium, sicuti ordinarij non habent insolidum, cùm vnus sine aliis eandem exercere vel cognoscere non possit, sed debent simul cognoscere vt patet ex ca. prudentiam, de of. dele. & si aliter fieret, factum non teneret, c. causam matrimonij, de of. dele. & c. vno delegatorum, & c. cum causa, eo. tit. l. duo ex tribus, ff. de ar. iudic. quod tamen fallit quãdo dati fuerint delegati ad vniuersitatem causarum, quia tunc perinde atque ordinarij iurisdictionem habent insolidum, licet exercere sine fraude non possint, arg. l. 1. §. fi. ff. quis & à quo. & hoc voluit gl. in l. 1. si vni alius ff. de re iud. quam sequitur Bart. ibi. & in l. 1. §. si plures, ff. de exercitor. & D. Floria. in d. c. prudentiam. cum quibus communiter Doctores asserit transire Bened. Cap. reg. 27. n. 21. & seq. per ea quæ not. Bald. in l. à iudice, C. de iudic. licet dubitationem ac restrictionem id habere ibid. Capra teneat quem vide. Similiter fallit quando dati essent cum clausula, ꝙ si non omnes, & c. vel cum clausula alternatiua, videlicet. vt omnis, vel duo, vel alter, tũc enim si vnus solus procederet, valeret, gl. in c. cùm plures, de off. dele. lib. 6. l. qui res, §. area, in fi. ff. de solut. idem Capra. ibidem. nu. 5. & seq.

delegati iurisdictio non expirat per legantis præsentiam, secundùm gl. notabilem in l. cunctos. C. de meta. lib. 12. quæ allegat ad hoc §. nulla. in auth. de defen. ciui. quod posset limitari, nisi fuisset delegatus propter absentiam futuram delegantis, nam tunc cùm per præsentiam eius esset causa delegationis, cõsequenter ipsa delegatio. arg. in l. 1. in prin. ff. de of. eius, cui manda. est iurisd. & §. 1. auth. de iudic. Balb. decis. 489.

delegati iurisdictio per citationem decretam & emissam dicitur cœpta geri, vt non expiret ea per mortem delegantis. c. gratum. extrà, de offi. & potest. iud. dele. Licet huic decisioni tex. in c. relatum. eo. ti. obstare videatur. Bart. in l. more maiorum. n. 13. ff. de iurisd. om. iud. Et hanc sententiam communiter approbatam, & communem opinionem esse, referunt Panor. in d. c. relatum. n. 4. Io. de Imo. n. 2. in fi. Fel. nu. 11. Alex. in d. l. more. n. 15. Ias. n. 57. ibi. Hæc vera & communis sententia est, ꝙ per solam citationem perpetuetur iurisdictio delegati. Et idem Ias. in Rub. n. 1. in fi. C. de in ius voc. & Zas. noster in d. l. more. n. 59. ver. tertia opi. quia citatio est inceptio causæ iudicialis & iudicij. vt ibi latiùs per Doctores traditur. Kircho.

delegati plures si sint dati cum clausula, vos vel alter, tunc altero subdelegante, collega non tenetur admittere subdelegatũ, etiam absque collega impedito, quocunq; etiam impedimento. cap. cùm plures, de of. dele. lib. 6. Si verò sint dati cũ clausula, ꝙ si non omnes, vel ꝙ si ambo. & tunc collega subdelegare volens impeditus est perpetuo impedimento, tunc, licet subdelegare possit, c. fi. de of. del. & c. ii pro debilitate, eo. tit. tamen collega talem subdelegatum similiter non tenebitur admittere cum purificata sit clausula data tali impotẽtia, vt voluit glos. in c. coram, de of. del. & ibid. Goff. & Io. And. & ita communiter teneri argumento, c. quod super iis, de votõ. dicit ac sequitur Bened. Capr. reg. 29. n. 12. & seq.

delegati cognitio lata sententia terminatur, commune ait Fel. in c. in literis. de of. del. excipe cum mandati formam non seruauit, nam tunc & acta circunducere, & denuo cognitionẽ ordiri poterit, commune ponunt Fel. in c. qualiter, & quando de accus. Rip. in l. quod iussit. nu. 66. ff. de re iudi. E. Suarez.

delegati nõ veri sententia nulla est, licet is, qui delegare potuit, eam ratam habeat, commune effero ex Paul. in l. licet. ff. de iudic. Fel. in c. nõnulli. §. sunt & alij. n. 39. de reseri. Barb. in clem. j. de sequestr. Guid. Pap. decis. 286. nu. 2. E. Suarez.

delegato nec minuendi, nec augendi quadrimestris temporis iudicatis concessi copia est, commune aut. Ias. in l. qui tribunali. nu. 5. ff. de re iudic. E. Suarez.

delegata iurisdictio potest prorogari de loco ad locũ, modò partes consentiant, c. statutum, §. in nullo, de rescrip. libr. 6. quam extra dubium apud omnes communem refert Bened. Capr. in tract prorog. post conclus. 53. posito nu. 82. qua de re plura vide infrà in verbo. iurisdictio.

delegatio potest fieri vt petat consilium alicuius tertij. etiã si sit delegatio rei in c. si pro debilitate. de off. deleg. communem dicit. B. Villal.

delegatio dicitur quando aliquis dat debitorem suum, vel expromissorem, etiam non debitorem, per quem delegans liberatur, Aret. cons. 5. n. 1. & Afflict. decis. Neap. 353. n. 4. communem dicit ex Bar. in l. delegari. ff. de nouatio. 12.

Delegatione facta. cẽsetur facta nouatio, etiam de iure nouissimo, dato ꝙ non sit expressum, & sic l. fi. C. de nouat. non procedit in delegatione, ideò delegans campsorem, qui sit debitor suus, concurrentibus duobus requisitis, primò ꝙ ille, q delegatur sit debitor delegantis. & secundò ꝙ interueniat stipulatio inter debitorem delegatũ, & eum cui fit delegatio. ꝙ delegationem ipsam sit vtique nouatio, quamuis non sit expressè dictum, secundum gl. 1. in l. 3. C. de noua. Bar. Ang. Im. Pau. castren. Rapha. & cæteros omnes, in l. delegare. ff. de nou. Bal. in l. pecuniam quam. ff. si cert. pet. scribent. omnes cõmuniter, in l. qui vsumfructum, ff. de verb. obl. Dec. cons. 107. sub n. 1. & cons. 421. n. 16. Pau. castren. Aret. Ias. n. 37. Cagnolum, n. 167. cum aliis seq. Bolognetũ. n. 93. & seq. cæterosque Moder. omnes, in l. singularia. ff. si cert. petat. vbi ostendunt illam communem opinionem fore.

In contrariam verò sententiã inclinauere complures Docto. prout refert Pau. castren. in d. l. delegare, adeò ꝙ ob hoc Ang. ibi falsus est iltum passum decisione cassarea iudigere, & huic vltimæ opinioni videtur inhærere quoque consulendo Iacobus Mandellus cons. 2. nu. 10. & 13. tamen quicquid istri Doct. suadeant, & in dubium reuocent noli discedere aliter à communi præmissa, cùm re vera rutissima veri simaque appareat, & contra eam difficiliè, imò impossibile foret obtinere in causis decidendis. F. Vivius.

Delinquens confugiens ad statuam principis, nõ debet inde auelli. com. dicit Remig. immun. eccles. ampliatione. Clar. d. §. fi. q. 29. in fi. P. Fichard.

delinquens debitor potest quãdocunq; dare de bonis suis insolutum suis creditoribus. communem dicit Picus in l. post contractum. nu. 41. ff. de donat. Clar. d. §. fin. q. 78. versic. fcias etiam. P. Fichard.

Delinquens permutans bona aliqua post delictum. vel vẽdens, si bona permutata, vel precium vẽditorum reperitur in bonis fiscatis. non debent molestari possessores eorum bonorum quæ delinquens alienauit communem dicit Quemada. quæstio. fiscali. septima Clar. d. §. fi. q. 78. ver. contingit. P. Fich.

delinquens potest non solùm à iudice loci vbi deliquit, sed etiam à iudice domicilij sui tempore commissi delicti. puniri. communem dicit Salic. in l. 1. nu. 3. C. vbi de crim. agi oport. Gramma. cons. 27. n. 6. Afflict. super tertia par. consti. Regni. rub. 55. n. 18. idque non solum si reperiatur in loco domicilij, sed etiamsi absens sit, tunc n. citari potest, vt comm. dicit Abb. in c. fi. n. 41. de for. compet. Clar. d. §. fi. q. 39. ver. sortitur. P. Fichard.

delinquens regulariter nõ potest nec debet de sociis interrogari, per tex. l. fi. C. de accus. & est communis. vt dicit Io. de Amicis. cons. 27. n. 1. præterquã in quibusdam criminib. propter eorum immanitatem exceptis, quæ recensetur glo. in d. l. fi. quos tamen casus August. ad Ang. de malefi. in ver. & Sẽpronium. n. 5. dicit non sufficere, quia etiam alij traduntur plerique. Bart. autem in l. repet. §. 1. ff. de quæst. distinguit, dicendo: Aut agitur de crimine ꝙ principaliter cõmittitur in propriũ commodum, vt moneram falsam cudere, furari, &c. & tũc interrogare licet de sociis, aut agitur de crimine ꝙ committitur tantũ in offensam & odium alterius, vt est homicidium, &c. & tunc non potest deliquens etiam contra se confessus interrogari de sociis & dicit Aug. ad Ang. de malefi. in verb. fama publica. n. 106. ꝙ hodie assessores cõiter videntur obseruare hanc doctr. Bart. Sal. tamen in d. l. fi. inter alia tandem ita consuluit, ꝙ in iis criminibus quę regulariter non solent commiti absq; sociis, delinquens possit interrogari de sociis, & hanc cõem dicit Ant. Gom. c. 12. deli. n. 16. in fi. & dicit Bos. in ti. de indic. n. 374. ꝙ illæ considerationes Sal. seruantur in practica. Alij verò dicunt, quicquid sit de iure, hodie de consuetudine non seruari, sed delinquentes in omni casu interrogari de sociis, vt attestatur Blanc. de ind. n. 374. Fulg. cõs. 173. n. 2. Pract. Cason. n. 6. & 9. Not. tamen, si delinquens interrogetur de sociis, non facit indicium ad torturam sed ad inquirendum tm, cõem dicit Publi. super consue. Aluer. n. 3. Hæc Clar. in d. §. fi. q. 21. ver. dictum socij. de vltima tamen communi, vide plura in d. q. 21. ver. si verò. & ver. succedit. P. Fichard.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delinquens si confugiat ad sacerdotem portantem sacram eucharistiam in manibus,gaudet immunitate ac si ad ecclesiã confugisset.communem dicit Gomes.in §. pœnales.nu. 50.In stit.de actio.Cagn.in l.vinum.n. 54.ff. si cert. pet.Did.in c.20. lib.2.resolutio.n.6.Remig.de immunit,ecclesia.Ant.Gomes. c.10.delictor.n.1.Clar.d.§.fi.q.30.ver.vlt.quæro. P.Fichard.

delinquens si persequatur à familia sui iudicis in aliud territorium,& ibi captus fuerit,non debet ab illo iudice qui capturam ordinauit retineri,sed relaxari & dimitti: Ita communem dicit Barbat.cons.26.in fi.lib.1.quem refert Boss.in ti.de captura.n.34.& idem Boss.in tit.de fauoribus defensionis,n. 7.ita etiam practicari attestatur Ant.Gomes.c.9.delictor.n.5. non enim hoc casu attendi debet principium sed finis ꝺrium tñ in facti cõtingẽtia decisum fuisse,refert Paris.de puteo.de syndicat.ca.4.num.2.Clar.d.§.fin.q.29.in fin. P.Fichard.

delinquenti opem vel auxilium præstans,licet teneatur ratione qualitatum quæ insunt delicto puta ratione loci,tẽporis,vel personæ,quæ delictum exaggerant & augent,perinde atq; ipse delinquens.id tamen fallit inter cætera etiam in casu,l.raptores,C.de rap.virg.& communiter tenetur,Similiter fallit,quando in præstante opem adest qualitas quæ aggrauat pœnam,& quando propter qualitatem delinquenti inhærentem pœna præstantis opem cui talis qualitas non inest augeretur.vt communiter teneri refert Bened.Capr.reg.80.n.44. & 48.vide §.Auxilium.

delinquens captus in loco commissi delicti potest puniri secundum statuta & iura illius loci,est communis opi. relata per Gandin.tit.de pœn.n.16.per Vital.tit.de inquisit. n.52.in prin.& aliqua ponit Alex.cons.166.lib.7.pro qua vide etiam quæ scribit Bursat.cons.77.col.1.lib.1.

delinquens mandato alterius,mandato expresse vel tacitè reuocato,ex tali delicto mandans non tenetur,vti communiter teneri refert Bened.Cap.reg.8.n.9.vide ꝺ.Mandatum.

delinquere assuetus quomodo puniatur: Abb. in c.1 extra de pœn.Grammat.voto.9. Et de reiterante delictum,vide Aret.in c.cum non ab homine.vlt.not.de iudic.

delinquens,qui est in pœnis vtriusque fori obligatus,accusatus in vno foro & punitus, potest & in atrocioribus criminibus ab ecclesiastico etiam iudice nihilominus plecti. vt est communis opi.Soarez verbo.delinquens.nu.45. Bonacoss.

delinquens & in loco delicti,& in loco originis,potest puniri pœnis , quas eius loci statutã imponunt,vbi delictum sit perpetratum.communis est opi.Soarez ver.delinquens.Bon.

delinquens alibi agens ad delicti locum tunc omnino remitti non debet,cum vterque locus,& in quo agit,& ad quẽ remitti postulatur,in eisdem Principis ditione non est. communis est opi.Soarez verbo delinquens,nu.47. Bonacoss.

delinquens potest puniri in loco delicti,& in loco originis secundum statuta loci,vt est communis opi.de qua D.m.Alcia.in c.pernicioſam.nu.67.de off.ord. Bonacoss.

delinquens confugiens ad statuam principis,non debet in de auelli,vt est communis opi.Clar.q.29.in fi. Bonacoss.

delinquens debitor, potest quandocunque dare de bonis suis insolutum suis creditoribus, vt est communis opi. Clar. q.78.ver.scias etiam. Bonacoss.

Delinquens,qui iuris Cæsarei,ac pontificij pœnis est obnoxius non expeditur pœnis à legibus Cæsarum statutis,ꝙ accusatus, ac punitus apud iudices ecclesiasticos in iis atrocioribꝰ delictis fuerit,commune infit Ant.Gomez.de delict. c.1.n.4. & vide infrà ver.pœna. E.Suarez.

delinquens & in loco delicti,& in loco originis pœnas dare cogitur,quas eius loci statuta infligunt,vbi delictum ꝑpetratum est,communeait Alc.in c.pernitiosam.n.67.de of.ordi.& qui copiosè hac de materia agit Iul.Cla.in pract §.vlt.q. 85.ver.tertius est casus. E.Suarez.

delinquens alibi agens , ad delicti locum tunc omnino remitti nequit,cum vterque locus,& in quo agit,& ad quem remitti postulatur,in eiusdem principis ditione non est,vt communem praxim latè testantur Did.Couarru.in pract.q.11.n. 11.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.38.ver.sed certa.& ver.hoc tamẽ, quem semper in materia cõsule,ac Viuium,qui praxis rerum magistræ,ac gubernatricis nõ admodum memor,doctorum commenta tractat.lib.1.opi.187. E.Suarez.

delinquens potest puniri in loco delicti,&in loco originis secundum statuta loci delicti,Alc.in cap.pernitiosam. nu.67. de off.ord.communem dicit. B.Villal.

ADDITIO:Quando autem hoc procedat.vt puniri possit in dictis locis,videat dicta per Ant.Rosel.in trac.de indulgen. nu.248 cum tribus sequent.

Nota istam communem ad declarationem l.32.tit.2. part. 3.vbi ponitur locus vbi reus delinquens potest conueniri:& etiam ad intellectum l.1.& 2.tit.17.lib.8.ord.loquentium de remissionibus faciendis per iudices ad requisitionem iudicis procedentis.Et circa dictas remissiones vide l.18.tit.1. par.7. per quam approbatur opi.Bart.in l.si cui.§. cùm sacrilegium. ff.de accus.dicentis remissionem esse necessariam:& per d.l.j. reprobatur gl.in l.à diuo Pio.§.sententiam.in verbo in prouinciis.ff.de re iud. dicens in ciuilibus non habere locum remissionem quæ communiter approbatur.& per d.l.disponitur ꝺ rium:tamen d.gl.potest adaptari ad intellectum l.5.tit.2.libr. 3.ord.vbi disponitur,ꝙ absens ex contumacia potest citari etiam in alieno territorio:quod planè intelligendum est in criminalibus,secus tamen in ciuilibus,ratione contractus.iuxta tex.in c.Romana.§.contrahentes.de foro comp.lib.6.&d.l.1. titul.7. & l.5. est intelligenda in iudice delictum cognoscente.& non in iudice domicilij,vt per Pan.in c.fi.de for.compe. ex quibus limitatur nostra communis in hoc regno. Et vide dist.Panor.in d.c.fi.distinguentem inter crimina grauia,& leuia,& secundum eius distinctionem intellige dictas leges.

delinquens permutans bona aliqua post delictum,vel vendẽs,si bona permutata,vel precium venditorum reperitur in bonis confiscatis, non debent molestari possessores eorũ bonorum,quæ delinquens alienauit,vt est communis opi.Clar. q.78.ver.contingit. Bonacoss.

Delinquens potest non modo à iudice loci,vt ibi deliquit, sed &à iudice domicilij sui,tempore commissi delicti puniri, vt est communis opi.Idque si reperiatur in loco domicilij,& etiam si sit absens.tunc enim citari potest.Clar.q.39.ver. fortitur. Bonacoss.

delinquens regulariter nõ potest,nec debet de sociis interrogari,vt est communis opi.præterquàm in certis casibus ob immanitatem exceptis.Distingue tamen.Aut agitur de crimine,quod principaliter committitur in proprium commodũ, vt monetam falsam cudere,furari,&c.Et tunc interrogare de sociis licèt aut agitur de crimine,quod committitur tantum in offensam & odium alterius,vt est homicidium, adulteriũ, &c.Et tunc non potest delinquens etiam contra se confessus interrogari de sociis.Et hodie assessores communiter videntur obseruare.Sed in his criminalibus quæ regulariter nõ solẽt commiti absque sociis. delinquens potest interrogari de sociis,vt est communis opi.Et ita seruatur in pract. Aliqui verò dicunt,ꝙ quicquid sit de iure,hodie de consuetudine non seruatur. Sed delinquens in omni casu de sociis interrogaretur.Et si delinquens interrogetur de sociis,non facit inditium ad torturam, Sed tantum ad inquirendum, vt est communis opi.Clar.q.21.ver.si verò.& ver.succedit.vbi fusius.Bonac.

delinquens si persequatur à familia sui iudicis in aliud territorium,& ibi captus fuerit,non debet ab illo iudice,qui capturam ordinauit retineri.Sed relaxari & dimitti,vt est cõmunis opin.Non enim hoc casu debet attendi principium sed finis.Clar.q.29.in fi. Bonacoss.

Delicto obuiare nemo tenetur de iure ciuili secundum gl. in l.culpa caret.ff.de reg.iu.quam sequitur Bart.in l.1.§.sed in eo.ff.ad Sillania.in l.metum.§.sed licet.ff.quod met. caus.in l. vt vim.ff.de iust.& iur.Salic.in l.quisquis.§.id quod de prædicti.C.ad l.Iul.maiest.Rom.cons.117.Fel.in c.qui alios,de hære.& in c.1.de of.dele.vbi etiam Dec.& Barb.Anchar.in c.dilecto.de sent.excom.lib.6.Aret.in §.iuris.in fi.instit.de iust & iur.& Ias.in d.l.vt vim.& istam scribit esse communem opin. Dec.in d.l.culpa caret,n.4.&Hieronymus.Chucalõ,ibi in addit.in principio , & Franciscus Consicius decanus Senensis in c.1.n.78.de offi.del.de iure vero Canonico tenetur quis si potest obuiare delicto,tueriq́ue offensum vt per glossam in d.l. culpa caret,&ad hoc facit tex.in d.c.dilecto.Tamen Andreas Sycul.in d.c.1.affirmat opinionem d.gl.non esse veram.quia etiam de iure canonico nemo tenetur alium iuuare.& hoc in foro conscientiæ esse dicit,& ita iura citata secundum eum intelliguntur,& idem tenet Ant.de But.in d.c.quantæ. Abb.in c.1.de restit.spol.Bald.in l.1.C.de fer.fugit.Io.de Anan.in c.2. de hæret.Sali in d.§.id quod. Legistæ omnes in d.l.vt vim. & Canonistæ.in d.c.quantæ,videlicet quod dictæ gl.intelligantur in foro conscientiæ,& ista est communis opi.vt constat ꝑ supra allegata,& attestatur Consicius in d.c.1.n.84.& seq.vbi etiam Dec.i.& Ias.in d.l.vt vim, licet in præcitatis locis ipsi teneant contrariũ,videlicet quod de iure canonico quis teneatur aliquem iuuare.Ego verò semper hortarer omnes homines, vt obuiare deberent delictis propter periculum animæ, & conscientiæ,quæ cunctis rebus præferenda est,quãdo posset tutè & absque aliquo vitæ discrimine,& haberent secum arma apta ad obuiãndum delictis,& non aliter,Nam vbicunque quis

Universidad de Deusto Biblioteca

que quis defenderet extraneum, & eum tuendo alium occideret,nõ veniret puniendus,ita Iaſ.in d.l.vt vim.vbi ait iſtam eſſe communem opinionem,& D.Phil.in d.c.1.Sed iſta communis nec enucleata & explicita interpretatur non habere locũ in caſu ſo, qui profectò tenetur offenſioni dñi ſui obuiare ſecundum ac Leo conſi.107.n.18.quod reperitur poſitum inter conſi.feudalia Albert.Bruni,& ita tenent Doct.in d.l.vt vim.l.imaginatur quoque iſta communis in nonnullis aliis caſibus traditis per Bart.& alios in d.l.vt vim,per Anch.in d.c.j. & Dec.in d.l.culpa caret,nu.5.cum aliis ſeq. F.Viuius.

delictum commiſſum in offenſam Principis dicitur publicum.ita refert ex Ant.Gomez.c.1.delictorum.Clar.lib.5.§.1. ver.2. P.Fichard.

Delictum non probatur per inſtrumentum.communem dicit Boer.in c.at ſi clerici.n.14.de iudic.Cur.iun.in auth.ſi qs in aliquo.n.34.ver.4.aduerte.C.de edendo & dicebat Dy.qđ hæc opin.tenetur & ſeruatur pro euangelio,quẽ refert Gãdi. de malef.in tit.de pœna.n.15.Intellige qñ crimen,conſiſtit in facto ſeparato ab inſtrumento,vt homicidium,furtum,adulterium,&c.ſed ſi crimen conſiſteret in animo,prout eſt hæreſis,vtique per inſtrumentum in quo aliquis aſſereret aliquid hæreticum,poſſet crimen ipſum probari.item ſi quis ratificet per inſtrumentum delictum commiſſum ab alio vel ſi aliquis faceret inſtrumentum contractus vſurarij,poterit delictum vſuræ probari per inſtrumentum.Hæc Clar.d.lib.5.§.ſi. q.54. in prin. P.Fichard.

Delictum omne quod principaliter fit in offenſam Dei,dicitur publicum,& quilibet de populo poteſt accuſare.cõmuniter tenent doct.in l.Manichæos.C.de hæreti.teſte Ant.Gomeſ.in c.1.delictorum,num.1,vt refert Clar.in lib.5.ſent.§.1. verſ.1. P.Fichard.

Delictum quod committitur faciendo grauius reputatur quàm quod committitur omittendo,communem eſſe dicit Alber.in l.præſcriptione,ver.Item ex prædictis.C.ſi cõtra ius vel vtil.publi.& in ead.l.Iaſ.n.9,quem refert Anto.de Padilla in l.tranſigere.n.107.C.de tranſact.Clar.in lib.5.ſent.§.1.ver. Eſt etiam. P.Fichard.

delictum ſine dolo commiſſum vel extra propoſitum & intentionem ipſius delinquẽtis, meretur mitigationem pœnæ, ita vt reus non debeat corporaliter puniri. Ita poſt Bart. in l. quid ergò.§.pœna grauior,poſt n.11.de iis qui not.infam. dicere omnes ſcribentes atteſtatur Cæpol.in d.conſ.36.verſi.& poſtremò.Clar.d.§.ſi.q.40.ver.ſunt etiam. P.Fichard.

delictum quodnam ſit leue,ſeu atrox, ex pœnæ qualitate & quantitate cognoſcitur.& iſta eſt communis opin. vt dicit Soc.in conſ.157.n.5.& 6.in 2.vol.Clar.in §.1. ver.ſunt etiam. vbi etiam ponit exempla de hoc.&de delictis atrociſſimis ponit exempla. Bonacoſſ.

delictum eſt grauius quod committitur in faciendo quàm in omittendo.vt eſt communis opi.Clar.in §.1.ver.eſt etiam. Bonacoſſ.

delicti qualitas eſt probanda.vt eſt communis opi. Burſat. conſ.20.nu.12.D.Brunorus conſ.vnico.nu.52. Bonacoſſ.

delictum de noctè à teſtibus non probatur,non deponentibus de Luna,vel de accenſo lumine,vt eſt cõmunis opi.Burſ. conſ.34.nu.6. Bonacoſſ.

delictum patris non nocet filiis in feudo. communis eſt opi.Burſ.conſ.91.nu.14. Bonacoſſ.

delictum ſine dolo, culpáue in committendo non eſt criminale,nec punibile,vt eſt communis opi.Burſ. conſ. 59.n.1. Bonacoſſ.

domicilij etiam iudex punit reum,quem alibi deliquisse constat.& contra reum potest ex officio inquirere,& ad instā tiam offensi accusantis poterit, vt est communis opi, Soarez verbo domicilij.n.188. Bonacosi.

PRO.dominium à naturali possessiōe cœpit.ff.de acq.possess. Bellon.

PRO. dominium & iurisdictio,dignitas quoque & status, æquiparantur.l.qui furere.& ibi Bald.ff.de sta hom. Idem.

dominium non transfertur ex simplici traditione sine titulo & causa q̄uis illa causa non subest, nec re, nec spe: secus tamen,si speratur quod reuiuiscat,Ant.Gomez.in l.45.tau.nu. 30.communem dicit ex Barto. in l.sub conditione.in fi.ff.de solu.nu.9. B.Villal.

dominium per contractum habilem,sola traditione simplici transfertur.Idem Ant.Gomez.in d.l.n.91. communem dicit ex gl.& Doct.in l.si fundum.ff.de fund.dota. Idem.

Nota q̄ licet sola pollicitatione obligatur quis ecclesiæ,& pio loco,vt in l.1.ff.de pollic.non tamen ex sola pollicitatione,sine traditiōe acquirit ecclesia,vel pius locus Dominium. idem ibi nu.91.comm.dicit ex gl.& doct.in l.si quis rem.§.res etenim.ff.de polli. Idem.

dominium ex pluribus causis prouenies post acquisitum, non retinet:secùs si à principio concurrant plures tituli. Ant. Gomez.in l.45.taur.n.98. communem dicit ex gl.in l.numerationibus.§.ex pluribus.ff.de solu. Idem.

dominium rei transactæ non transfertur per transactionē, & sic renuncians liti per transactionem non tenetur de euictione.idem Gomez.n.71.communem dicit ex Doct.in l.pe. de vsu.pro empt.& Azo. in summa de vsucapio.pro empt.n. 29. Idem.

Restringe istam communem ad rem deductam in iudicio, si tamē detur alia res diuersa,vt à lite discedatur,si res erat dātis,dominium transfertur,sin autem dat causam vsucapiendi. idem in d.n.71.communem dicit ex Bart.& Paulo de Cast.in l.1.ff.pro empto.& sic dicit intelligēdam.l.pen.C.pro empto.

Nota q̄ si ista res quæ traditur, vt renuntietur, euincatur à tertio,tenetur de euictione tradens.idem ibi nu.73.communem dicit:ex Doct.in l.si pro fundo.C.de transactio. Idem.

dominium probatur per com. opi.vel famam. Cassa.in cōsuetud.Burg.rub.1.§.2.& gl.n.15.communem dicit. Idem.

ADDITIO.Limita veram esse in antiquis.Gab.Sarap.in a nota.ad Sing.Mathes.12.n.23. Sed quia probatio dominij solet esset difficilis, an quando,& quomodo probetur vel præsumatur,vt per instrumētum locationis pro Marc.Ant.Bard. in tract.de temp.vtil.& contin.in c.18.n.2.vbi de aliis probationibus dominij.

dominium transfertur per sententiam.Ias.in l.ex hoc iure. n.45.ff.de iust.& iure.communem dicit. Idem.

dominium rei legatæ transit in legatarium à morte testato ris fictè:ab adita tamen hæreditate verè.Ant.Nice.in concor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gl.93.communem dicit. Idem.

Dominium non amittit confitens habere in emphiteusim rem suam. Io.de Ripa.in l.conditionis.n.23.C.de pact. communem dicit.& vide supra in verbo conducens. Idem.

dominium non probatur per instrumentum locationis inter conductorem & locatorem, quando agitur actione reali contra conductorem, Alex.cons.21.volu.4. communem dicit. Idem.

dominium rei non est necesse probari per actorē agentem cum vendente,vel hærede eius, Mathe.Affli.in Neapo.decis. 40.communem dicit. Idem.

dominium tribus his concurrentibus, videlicet titulo vacuæ possessionis,traditione & pretij numeratiõe probari voluit Placen.in l.cum res.C.de proba.Gl.tamen ibi,in verb.vēditam. contrarium concludit. Mouetur quòd ex istis tribus necessariò non inferatur emptorem dominum fore,cùm possibile sit venditorem dominum rei venditæ non fuisse.l.traditio.ff.de acquir.rerum do.oportereque necessariò probare q̃ venditor fuerit dominus,aliàs obstat regula, quæ sumitur ex l.neque natales.C.de proba.& ideò Bart.in d.l.cùm res sequitur d.gl.quam dicit communiter teneri, F.Turzan.

dominij translatio contra venditionis naturam est, vt cõmune dicunt Alex.n.3.Ias.nu.1.in l.vlt.ff.de condict.sine causa.Soc.in l.certi condictio.num.22.ff si cert.pet. quod tamen per quam ridiculum esse obseruat meritò,cum mulris,Arius Pinel.in rubr.2.par.c.3.n.15.de rescind. vendit.vbi etiam nu. 16. multos subsannat, qui saltem de venditionis natura illud non esse receptum scripserunt. Suarez.

dominij probatio ab eo exigi haud debet,qui vel cum venditore,vel cum illius hærede agit.commune põnit Mattheus de Afflict.decis.40. E.Suarez.

dominium rei siue non transfertur in alium quando licet quis permittat de re sua inuestiri,nisi tribus concurrentib.de quibus per Burs.cons.46.n.18.& 20.lib.1.

dominium ab vsufructu differt, secundum communem per Burs.cons.12.n.33.lib.1.

dominium directum præscribitur spatio cẽtum annorum sine titulo & aliis requisitis,secundum communem per Burs. cons.27.n.5.lib.1.

dominium quæsitum ex contractu cum priuato vel cum principe, non tollitur ab eo sine causa, secundum communem per Burs.78.n.13.lib.1.

dominium rei meæ an ciuitas vel vniuersitas sine causa auferre possit? dic vt per Bart.in prooem.fforum, verb.omnem. col.3.vers.item quæro quid de ciuitate,in l.toties.in fin. ff.de pollicitat.vbi quando id fieri possit per statutum. Bartol.in l. pen.C.de fid.instrum.& iur.hast.fiscal.li.10.& in l.neque Dorotheum.eod.tit.& in l.fi.C.de iur.reipub.lib.11.

dominium rei in contractu nunquã ex solo cõtractu,& sic ex solo titulo in aliquem transfertur,nisi interueniente traditione vel quasi. l. traditionibus.C.de pact.§ per traditionem. instit.de rer.diuis.etiam si sit contractus omnium bonorum, & sic contractus vniuersalis: secus in vltimis voluntatib.Rationem diuersitatis inter contractus & vltimas volũtates ponit Ias.in l.si sorori. C. de iur.deliber. vbi plura de dominio & possessione. Put.

dominium probatur per instrumenta antiqua ex fama publica.Et quid si agatur cõtra tertium,& plura in materia probationis dominij,vide per Burs.cons.27.n.7.& sequentib.lib. 1.vbi de communi opi.

dominio in tradendo sicut attenditur solus animus tradentis:an idem sit in transferenda possessione,not.Ias.in l.1.§.per procuratorem. nu.9. ff.de acquir.possess.vbi concludit quòd sic secundum communem. Adde quòd dominium transfertur ex contractu principis absque traditione, teste Ruin. cõs. 32.libr.1.& ibi quid in donatione seu priuilegio eiusdem, & quando vtitur clausula motu proprio. Put.

dominij exceptio non obstat agenti interdicto vnde vi, vt not. Bald. qui dicit communem in l.1.col.fi.n.6.C.de appell. Et an obstet agenti possessorio,vide per Ias.in §.nihil commune.n.41.& seq.ff.de acq.poss.Alex.cons.78.libr.3. Quid in remedio recuperandæ,Nat.consi.14.col.7. Quid in retinendæ, Nat.cons.411.col.2.in fi. Quod autem exceptio dominij vel hypothecæ non admittatur in possessorio recuperandæ, not. Alex.cons.78.lib.3.pro quo vide Afflict.decis.7. Quid in interdicto,quorum bonorum?dic quòd non impeditur per exceptionẽ dominij,sed reseruatur in petitorio, teste Dec.cons. 424.nu.20.pro quo vide Rip.in l.1.ff.quor.bon. vbi disputat quomodo excludatur agens eo interdicto. Quãdo autem & quibus casibus agenti opponi possit exceptio dominij, vide per Doct.in apostil.ad Bart.in l.commodare.ff.commod. vbi plura notant. Put.

dominium, vel communi opinione, vel fama probabitur, vt commune inquit Cassan.in consuetud.Burg.rubr.1.§.2.gl. & la prouue.numer.15.non tamen inde probatur,quod rem sibi traditam vacante possessione, ac pretium à se numeratum quis ostendat, nisi & venditorem fuisse dominum commostret.commune affirmat Turzan.opi.116. E.Suarez.

dominium sine possessione quæri nihil vetat.vt commune aio ex Aret.num.1.Ias.num.8.in rubr.ff.de acquir. poss.Aret. rursus in l.certi condictio.§.si nummos.num.36. ff.si cer.pet. Alex.in l.venditor.n.9.ff.de acq.poss.Ias.& Dec.in l.traditionibus ad fi.C.de pact.Ant.Gomez.de contract.c.vlt.num.29. E.Suarez.

dominium quibus casibus sine traditione transfertur,non solùm vtile,sed & rectum tranferri intelligitur.commune autumo ex Aret.quamuis vario in leg.1.ff.de leg.lib.1.Ias.& in l.vltima.numer.26. C.de sacr.sanct.eccles.& in leg.1.C.commun.de leg. Gomez. in §.sic itaque.nu.26.institut.de action. E.Suarez.

dominium & si nuda traditione non transferatur, transferetur tamen,cum vel inutilis contractus præcessit.vt est gl.opin.in l.contractum.in ver.vel id.C.de fide instr.recepta iuxta Salic.illic n.11.Negus.de pign.4.par.n.39.& si non immeritò alicui aqua hærere isthic possit ex l.si ego. ff.si certum pet. atque ex iis, quæ ad illam illic tradunt Ang. Rom.Ias.& Alc.in prin. E.Suarez.

Dominium & in corporeis censetur. commune elicio ex Alex.numer.4.& numer.6.Socin.numer.1.Rip.num.26. Berens. capit.2.numero 12. in l.naturaliter.§. nihil commune. ff.de acquir.possess.Roderic.Soarez.in maioratus quæst.189. E.Suarez.

dominium non transfertur à simplici traditione, si nec reapse,nec spe titulus, aut causa subsit. commune dicit Anton. Gomez in l.quadragesimoquinta Tauri. numer. trigesimo. quod & ij asserunt,quos supra retuli,verb.dominium & si nuda. E.Suarez.

dominium rei legatæ à morte testatoris fictè,ab hæreditatis additione verè ad eum,cui res legatur,commeat. commune ait Ant.Nicel.in concord.gl.92. E.Suarez.

dominium & per sentẽtiam transfertur. commune ait Ias. in l.ex hoc iure.n.45.ff.de iust.& iur. E.Suarez.

dominium vtile quà à iure prætorio,quà à ciuili manat,nõ verò & à natura proficiscitur.commune ponit Iaso.in leg.ex hoc iure.n.40.de iust.& iur. E.Suarez.

dominij translatio,quæ fit ipso iure in pacto legis commissoriæ, & in diem addictionis non habet locum in aliis pactis resolutiuis,etiam per verba directa conceptis.Est communis opinio secundum Alexand.consil.10.videtur.in princ.vol.1. M.Chærian.

pactum l.commissoriæ,vel æquipollens,nunquam operatur translationem Dominij ipso iure in venditorem, nisi appositum fuerit in ipso contractu,ante ius ex contractu quæsitum.Est communis opi.secund.Alex.in d.cons.10.in fi.ver.5. confirmatur.vol.1. Idem.

Licet modus acquirendi Dominij sit ciuilis, tamen dominium iurisgentium est, secund.com. opi.vt per Crauet.cons. 103.visis. Idem.

dominium quid sit & quotuplex,vide Bart.in l.si quis vi §. differentia ff.de acqui.poss.& quomodo probetur?not.idem Bar.in l.Rem alienam.col.3.circa med.ff.de pig.pact.Spec.ti. de emphyteu.§.nunc aliqua.ver.lim.6.vide no.in l. officium. ff.de rei vend.in l.rem quæ nobis. vbi Bar. Alex.& Ias.n.18.& Rip.nu.33.& 40.ff.de acq.poss. Rol.de ord.iud.c.6.cuius dominij probatio difficilis est, cum non solum titulum? Sed authoris dominium probare oporteat,aliàs in causa obtineri nequit, teste Alexan.consil.98.lib.2.consil.11.libr.4. Afflict. decis.40. & est communis, secundum Bar. in l. cum Rem C. de proba. pro qua probationis difficultate: vltra prædictos Doct. vide Rot. decis.15.de re iudic. in no. Boer.quæst.42. numero 32. Ias. in §. omnium numero 71. institu. de act.datur tamen casus in quo non tam difficilis ea sit probatio, vt puta,in factis antiquis,in quibus probatio per famam sufficit, iuxta not.per Dec.qui refert.communem.in cap.1.de appell. quam sequitur Aym.de antiq.temp.par.1.n.3. Dec.cons.42. 428.Cur.iun.consil.17. Hypol.sing.505.in Rub.C.de proba. numer.104. Fel.in cap.veniens 1.de testi.quam communem concl.per famã probari dominium in antiquis intellige procedere,quãdo factũ est adeò antiquum: q̃ 100.annorum metã excedat,vt per Aym.loco supra alleg.Aret.cons.37.Barb.cõsi.6.col

Universidad de Sevilla Biblioteca

fcō.col.5.conſ.18.col.antep.lib.2.poſt Cy.& alios in l. ſi quidem C.ſol.matr. & ideo quando agitur de probatione dominij annorum 40 ſola fama non ſufficit,ſecundum communē per Rip.d.l.rem quæ nobis.n.37.poſt Alex.conſ.15.col.1.lib.5.de qua per eundem Alex.conſ.159.col.3.in fi.nu.10.lib.5. Dec.conſ.42.col.9.conſ.428.Nat.conſ.378.col. fi. vbi docet practicam capiendi in probando dominio in antiquis: de quo dominio probando ſingularem practicam docet Alex. conſ.4.col.6.n.10.lib.2.& habetur per prac.pap.for.poſ.actoris.ver.item ſpacio per Azo.in ſumma C.de proba.in l. eū te. quæ eſt l.9.Anch.conſ.42.fr.Mar.decif.195.Iaſ.d. §. omnium inſt.de act.quomodo autem deponere debeant teſtes vt probetur dominium dic,vt per Rol.conſ.46.n.17. vſque ad 25. lib.3.quid de libello concepto ſuper rei vendicatione?& dic, non ſolum venire directum dominium, ſed vtile, ſecundum Abb.in c.cæterum nu.18.de iudi.vbi doc. in apoſtil. plura ad praxim docent notab.& ipſe Abb.d.c.n.20.

ad probationem quaſi Dominij,requiritur titulus, & traditio poſſeſſionis vacuæ.Eſt communis opi.ſecundum Alex.in conſ.182.viſo ,proceſſu.ver.nec etiam puto.vol.7. M.Chærian.

ad Dominium probandum non ſufficit titulus vēditionis & interuentus pretii,& poſſeſſio,vacuæ traditio:ſed etiam requiritur, & venditor tempore contractus fuerit dominus rei vendite.Eſt communis opi.ſecundum Alex.in conſ.182.viſo proceſſu,circa prin.vol.7. M.Chærian.

dominia iuregentium primo diſtincta non fuerunt. commune fantur Galeatl.in rub.n.168.ff.de verb.oblig.Iaſ.in l.1. n.43.ff.de acq.poſſ.Arius Pinel.in rub.par.1.n.11.C. de reſc. vend. E.Suarez.

dominia etiam iure ciuili,atque etiam principum conſtitutionib. quæſita princeps, vel ex plena poteſtate negt auferre, vt commune ponit inſignis Pinel.in rub.par.1.c.2.n.9. C.de reſc.vend.ea tamen vel ex iuris gentium contractu parta auferre poterit, ſi publica vtilitas ita exigat, vel iuſta cauſa ſubſit,vt frequentius placitum ait Alex.conſ.361.n.10.lib.2.quē alicubi retulit Turz.ac poſt eum latè Viuius lib.1.opin.242. E.Suarez.

domina cum ſeruo ſe commiſcens capite punitur, ſeruus autem comburitur,vt eſt communis opi.Cla.in §.fornicatio. verſ.mulieris. Bonacoſſ.

Domina cum ſeruo ſuo concumbens, capite punitur, ſeruus autem flammis comburitur.l.pen.C.de mul.quæ propr. ſer.ſe iunx.comm.dicit Ant.Gomeſ.ſuper l.80.Tauri.nu.23. Non tamen econtrà ſi ancilla rem habeat cum domino,punitur,imò remuneratur,vt eſt tex.in l.fi.C.comm. de manumiſſ. Clar.lib.5.ſeut.§.fornicatio.ver.Mulieris. P.Fichard.

Dominus non tenetur pro delictis famulorum com. dicit Curt iun.in l.1.n.13.C.de ſer.fugit. non enim debet culpa ſeruorum vel quomodocunque ſubditorum nociua eſſe domino vt communem dicit ibidem Curt. Intellige niſi dominus teneret in domo viros notoriè ſceleſtos,ita totam iuriſcholam ſentire dicit Plaza.lib.1.delict.c.14.n.1.& 3.Tenebitur tamen dominus,ſi famulus eius occaſione vel eo ſciente aliqd faciat, quia cēſetur feciſſe eius voluntate comm. dicit Curt. ſen.conſ.41.n.10.Gram.conſ.crim.8.De delictis verò quæ famulus facit domino inſcio,& prohibere non valente, dominus non tenetur.com.dicit Cagnol.in l.culpa caret.nu.13.de reg.iur.Clar.d.§.fi.q.86.ver.hinc infertur. P.Fichard.

dominus alienans ſubditos ſuos cōtra iuris diſpoſitionem debet priuari proprietate ipſius feudi.cōmunem dicit Clar. §.feudum.q.28.verſi.ſed quæro.contr.Bald.in c.2.quo temp. mil. P.Fich.

dominus contra quem peccauit Vaſallus,ſi in vita ſua non querelauit,nō transfert illud ius querelandi ad heredes ſuos, intellige ſi dominus ſciuit culpam.communem dicit in §.feudum.q.64. Idem.

dominus emphyreuſeos qui poſt incurſam caducitatē recepit ſolutionem penſionis temporis præteriti tantum,ſ.elapſi ante caducitatem,& proteſtetur ſuper caducitate,non cēſetur remittere caducitatem emphyteutæ,ſecùs,ſi recipiat penſionem etiam pro tempore futuro, i. decurſo poſt cauſatam caducitatem,nam ēt ſi tunc proteſtetur, cenſetur proteſtatio contraria facto,& irreleuans.Si verò accipiat penſionem ſine proteſtatione,tunc ſiue de præterito ſiue futuro tempore receperit, cenſetur remiſiſſe caducitatem. communem dicit in §.emphyteuſis q.10. Idem.

dominus emphyteuſis non tenetur recipere penſionē pro tribus, vel pluribus annis futuris ſi nol. communem dicit in §.emphyteuſis.q.12.ver.ſed pone. Idem.

Dominus feudi ſi decedat relictis pluribus heredibus,Vaſallus non tenetur ab omnibus petere inueſtituram, commu nem dicit contra Zaſ.in §.feudum.q.49.ver.Quæro nūc.Idē.

dominus non habet cognoſcere, quando cōuentus negat ſe eſſe Vaſallum,ſed cognoſcet ordinarius.qui cauſa cognita, remittet ad Dominum,ſi conuentus ſuccubuerit.communē dicit in §.feudum.q.90.ver.ſed pone. Idem.

dominus nō poteſt cogere ſubditos ad molendum in ſuis molinis niſi id ius haberet ex conſuetudine vel priuilegio.cō mu.dicit.§.feudum.q.30. Idem.

dominus non tenetur Vaſallo iurare fidelitatem,vt Vaſallus Domino.com.dicit in §.feudum.q.70. Idem.

dominus poteſt aliquem inueſtire de feudo nondum aperto.com.dicit.in §.feudum.q.14. Idem.

dominus poteſt directum dominium etiam inuito Vaſallo pignori obligare.comm.dicit.§.feudum.q.28.ver.item quæro. Idem.

dominus poteſt emphyteutam poſt caducitatem propria auctoritate expellere.comm.dicit in §.emphyteuſim.q.11.in prin. Idem.

dominus qui expulit emphyteutam poſt declaratam caducitatem, ſi proteſtatus ſit ſuper iure ſuo petendi pēſiones pro annis ceſſatis,habet adhuc facultatem eas petendi,ſi vero nō proteſtatus ſit,vel ſibi reſeruauerit,tunc non poteſt petere pēſiones temporis præteriti.comm.dicit l.Clar.contra Bar.in §. teſt.q.10 ver.quæro nunc. Idem.

dominus recipiens à Vaſallo ſeruitium poſt ingratitudinē commiſſam,cenſetur remittere ingratitudinem,niſi ignoraſſet Vaſallum à feudo cecidiſſe.com.in §.F.q.61. Idem.

dominus, ſi propter aliquam culpam priuetur proprietate feudi, tunc applicatur feudum Vaſallo. communem dicit in §.F.q.72.Claro tamen non placet. Idem.

dominus ſi ſit laicus,& Vaſalli clerici, nihilominus remanet eorū iudex.com.in §.F.q.90.verſi.Sed quid ſi Vaſalli.Idē.

dominus tenetur defendere Vaſallum, vt Vaſallus Dominum.com.in §.F.q.27.etiam contra patrem,filium vel fratrē. com.d.q.27.ver.Sed nunquid. Idem.

Domino recuſante inueſtituram,nihil præiudicat Vaſallo, imò ipſe dominus debet in eo caſu priuari proprietate feudi. com.in §.F.q.49.ver.ſed quid ſi Vaſallus. Idem P.Fich.

dominus præſumitur per vim extraxiſſe Vaſallis ſeruitium in quolibet anno præſtandum,niſi dominus probauerit volūtariam præſtationem,Coua.in c.poſſeſſor.de reg.iur.in 6.§.4. par.11.nu.1.com.dicit ex Alex.conſ.1.nu.12.vol.4. B.Vitал.

dominus non poteſt cogere ſuos ſubditos venire ad ſuum furnum,vel molendinū.nec poſſet hoc inducere ſtatuto,nec valet.Coua.ibi.§.4.n.7.communē dicit ex Soc.conſ.27.,volu 1.& ſi valeret,tamen non ligaret Clericos,vel Eccleſiam.Idem ibidem communem ait ver. hāc. etſi promittatur ex Iaſ. in l.quo minus.q.25.nu.156.ff.de flumin. Idem.

dominus propria auctoritate pōt intrare in re emphyteutica, ſi emphyteuta ceſſauit à ſolutione per biennium, Deci. conſ.146.n.7.communem dicit.& Corne.conſ.271.vol.3.in litera B.magis communem dicit. Idem.

dominus poteſt ratificare ſententiam latam in fauorem fal ſi procuratoris.Iaſ.in l.licet.de proc.n.10.communem dicit.

Amplia etiam ad ſententiam latam in fauorem collegij, vel vniuerſitatis agentis ſine auctoritate ſuperioris:quia ſuperior poteſt ratificare.Franc.de Aret.c.cauſam quæ,de iudi. n. 34.communem dicit. Idem.

PRO.Dominus ,pbatur ex eo ꝙ percepit fructus,& diſtrahit bona.l.Titia.ff.de verb.obl.§.fi.inſtit.de hered.qualitate& differen. Bellonus.

Dominus inueniēs rem ſuam ſibi furto ſubtractam à fure, cū ea fugiēte, poteſt auctoritate propria de manibus furis auferre.vt eſt cōmunis opi. de qua per Iaſ.in conſ.20.vol.3.Pet. Rauen.in Alpha.aureo in ver.fur.Angel.in l.qui vas ff.de fur. Bonacoſſ.

dominus qui dixit famulo,vade & non redeas domum,niſi ſentiam aliquid de illo negotio,ſi famulus occidit, vel vulnerauit aliquem,præſumitur feciſſe mandato domini. tex.eſt in c.ex literis.de exceſſi.prælat.& ibi Abb.n.3.Ang.& Imo.in l.ſi quis mihi bona.§.ſi quis mādauerit.ff.de acq.hæred.Aug. de Anim.in Addi. ad Ang.de malef.in verſi Sempronium.21. q.n.42.& eſt communis opi.teſte Auguſtino ibi.& per Apoſtillantes ad conſ.29.nu.25.Pau.de Caſt. Bonacoſſ.

dominus regulariter non tenetur de his delictis, quæ facit filius,ſeruus, vel aliquis de domo &familia inſcio ipſo,vel ꝓhibere nō valente,vt eſt communis opi.de qua Corn.in conſ.40.lib.1. Cagnol.in l.culpa caret.n.13.ff.de reg.iur.ſequitur Clar.q.86.in princ.limita vt per Clar.ibi. Bonacoſſ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Dominus tenetur pro facto serui, si ex illo facto commodum sentit.aliàs non, vt est communis & recepta doctorum sententia.de qua Menochi.in cons. 53.nu.15. Bonacost.

dominus pro seruo,pater pro filio,Abbas pro monacho,ciuitas pro ciue,pro interesse proprio ad iudicem venire,& defendere potest,communis est opi.Rol.à Valle in cons. 47.nu. 32.in 3.vol. Bonacost.

dominus vnus ex dominis,vel consortibus castri,vel villæ delinquens, ibi alius condominus, vel consors potest punire quasi delinquendo, quasi se submiserit consorti, vt est communis opi.de qua Iaffred.decis.116. Bonacost.

dominus aut pater licet cõtractus filij & serui etiam nõ suo nomine gestos ratos habere possunt,vt ex eo in solidum obligentur,& communiter teneri refert Bened.Cap.n.17.& 24. tamen si alius filij ver serui cõtemplatione negotia peculiaria gesserit,vel si ratum habeant,nõ vt pater,vel dominus,sed tãquam alius vel tãquam pater,& alius, vel dubitetur quomodo vel qualiter ratum habuerint,non obligabuntur vltra peculij vires, quia hisce casib.ratihabitio nihil operatur nec retrotrahitur,vt communiter teneri refert Bened.Cap.reg.54. n.6.22.24.& seq.Qua de re vide ſ. verbo Pater,& Ratificatio.

Dominus non tenetur pro delicto famulorum,vt est communis opi.Nisi dominus teneret in domo viros notoriè scelestos,vt est cõmunis opi. Vel nisi famulus domini occasione, vel illo sciente aliquid mali faciat.Secus si inscio domino aliquid mali faciat,quia pro famulo nõ tenetur dominus,si prohibere non potuit,vt est communis opi.Clar.q.86.versi.hinc infertur. Bonacost.

dominus etiam absque causa intra modum seruos verberare impunè potest.commune enuntiat Porc.in §.sed hoc tẽpore.nu.9.insti.de iis,qui sunt sui vel alieni iur. E.Suarez.

dominus nequit cogere in ipsius iurisdõne positos ad suũ. fornacem, pistrinumue,sed molendinum venire illis vsuros nec si id statuto caueat,quidpiam efficiet.cõmune effert Did. à Couarru.in c.possessor.§.4.n.7.de reg.iur.lib.6.ac Villalob. in sua collecta. E.Suarez.

dominus alicuius terræ cum mera & mixta omnimoda iurisdictione in perpetuum pro se,& legitimè descẽdentib.dicitur habere iura Principis,vt est celebre cõsilium Pau.de Cast. n.227.super primo dubio videtur dicẽdũ.in Antiquis.In nouis est cõsilium 34.vol.2.cum cõcordãtibus ibi alleg.per Decium in cõs.403.Quamuis in casu,&c.& per Curt.iun.in cõs. 61.habita,&c.n.6.Qui dicit,quòd de hoc est communis opi. Et secundum eam pluries consuluisse dicit Soc.iun.in cons. 1. nu.65.in 4.vol.vbi etiam communem ait. E.muscul.

PRO.Domini est terra & plenitudo eius. Psal.23.& c.tua. extra de decim. Bellon.

PRO. dominiappellatione, & dominum pro parte contineri posse certum est.l.1.§.domini.ff.de senat.Silla. Idem.

domino currente ad brauium,si cadit equus,& relicto sessore equus præ aliis cutrit ad brauium, dominus consequitur brauium.Raue.in alpha.Aur.in verbo brauium, communem dicit ex Cyn.in l.gallus.§.si eius.ff.de lib.& posth.B.Vill.

Dominum qui se simpliciter affirmat, si sibi vtile dominiũ competere probet,nõ succumbet.commune ato ex Ias. in §. sed istæ quidem.n.141.instit.de act.& in l.si domus.§.si fundus.n.9.ff.de leg.lib.1.& in leg.sed & si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiur.Feli.& in c.cæterum de iudic.& in rub.n. 7.de præscrip.quod etiam processurum arbitror,& si rei dominum dicat. quippe cum nullo modo alias dominium aut proferri, aut intelligi soleat. tametsi in contrarium doctores crebrius iuerint secũdũ Alex.Bolog.n.11.Alc.n.9. Horman. n.19.Rip.n.27.Claud.Marmer.nu.46. in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acq. possess. sed ea de re copiosius,& accuratius suo in loco. E.Suarez.

PRO.Domus tutissimum cuiusque refugium &receptaculum est.l.plerique.ff.de in ius voc. Bellonus.

domus si vẽdatur,& hortus vẽditioni eius accedet,ad quẽ per illam aditus patet aliter autem neutiquam.commune dicit Ias.in l.beneficium.n.14.ff.de constit.prin. Villalob.in sua collect.sed ipse contrahentium mẽtem, verba ac reliquas rei præsentis coniecturas inspiciendas arbitror. E.Suarez.

PRO.Domo translata cẽsentur venire quoque domui cõnexa.l.creditor.in §.fi.ff.de act.emp.l.prædiis. in §.qui domũ. ff.de leg.3.l.si quando.C.de bon.vac.lib.10. Bellonus.

domo vendita,cẽsentur venditus hortus si est additus per domum,aliàs secùs.Ias.in l.beneficium.ff.de constit.prin.nu. 14.communem dicit. B.Villal.

ADDITIO. Et hoc ratione cõnexitatis,quia cõnexitas operatur,vt vnitas censeatur,cum connexorum idem sit iudicium vulg.iurib.prout in alio casu vendita domo intelliguntur vẽditæ statuæ si domui cohærent,& sint affixæ &cõnexe. l.nemini.C.de ædif.priua.l.senatus ff.de contrah. emp.cum aliis,&ita fuit iudicatum in vrbe in sacro Rotę audirorio,Cor. Iac.Cardi.de Puteo tunc And.vt refert.M.Ant.Bard. in Trac. de Temp.Vti.& contin.in c.18.nu.20.

domo contigua vendita vel legata,debẽtur ab alia domo, licet non dicatur,seruitutes habentes causam continuam,secundum magis communem per Burſat.cons.57.nu.12.lib.1.

Domum insultãtis pœnam luit,qui insultum ad porticum fecit,vt est communis opi.Soarez in verbo domum.nu.144. Bonacost.

domum insultãtis pœnas luit,qui insultum ad porticũ domus fecit receptũ attestatur Iul.Clar.alia ad hanc rem apposita commemorans in pract.§.vlt.q.82.statut.10. E.Suarez.

domo ex sua quando quis ob pecuniæ debitum extrahi possit,vide suprà ver.carceri. E.Suarez.

Donans propter merita tenetur de euictione, secundum communem per Burſat.cons.31.nu.5.lib.1.

Donare qui nequit.nec gratis remittere potest.communiter est receptum:vt apparet ex allegatis Hipp.de Rimi.in §.1. nu.302.Inst.de dona. Ioan.Fich.

donare nõ potest filius familiàs causa mortis patri ipsi cuius consensus requiritur.communem dicit Cornæ.cons.294.refert Durand.de Arte test.tit.1.cons.1.nu.4. I.Fich.

donari ac concedi potest ius patron.religiosis per Laicum patronum sine cõsensu Episc.ea.licet.vbi Abb.de iure patro. & in c.illud,eo.tit.&est tex.in c.vnico de iure patron.in 6.per quem tex.hodie sublata est omnis dubitatio,quæ de iure anti quo inter gl.& Doct.an patronus posset donare loco religioso ius patrona.absque cõsensu Episcopi,quia aliqui volebant quod sic,aliqui vero qđ nõ,vt habetur in d.c.illud,hodie autẽ emanauit dispositio d.c.vnici ad præcidendum dubium istud: sed vbicunque(nota)laicus donaret ecclesiæ vel pio loco,ecclesiam de cõsensu Episcopi, eo casu ex huiusmodi donatione transfertur nõ solum ius patronatus, verum etiam dominii proprietas,& omnia iura temporalia,quæ habebat Episcopus in ecclesia transferuntur secun.gl.in cap.de Monachis.in ver.deprouentibus.de præb.quã sequuntur Car.But.& Abb. in c.illud.de iur.pat.gl.& Abb.in c.quod autem.eo.ti.Abb.in c.pastoralis.de donat.Host.in Summa de iure pat.§.quid competat patrono,& Domi.c.vnic.de iure pat.in 6.& ista est communis opi.teste Dec.in d.c.de Monachis.nu.24.cum aliis seq. & donatio hæc eo magis valeret etiam quo ad proprietatem & iurisdictionem temporalem,quãdocũque patronus laicus donaret ecclesiam cum consensu Episcopi loco religioso in casu,in quo patronus ipse occuparet de facto ecclesiam,& ab eius manib.ob suam potẽtiam aliter ecclesia eripi non posset, nisi mediãte donatione prædicta,ita tenet Abb.& omnes cõmuniter,& indifferẽter in d.c.illud.& in c.cura.& in c.nullus. de iure pa.& ita intelligunt communiter Doct.in dictis locis, rex.in d.c.quod autem,vt ibi refert Augusti.Beroius.n.51.sed ista cessant,qñ patronus Laicus donaret ecclesię seu pio loco absque Episcopi cõsensu ecclesiam,tũc quippe ea donatio facta sine Episcopi cõsensu nõ valet etiam quo ad ius patronatus,& per cõsequens ex ea nihil trãsfertur,secundum gl.Calderi.Abb.Dec.& omnes in d.ca.quod autem,& ista est magis communis opi.secũdum Dec.in d.c.de Monachis.n.27.circa medium.cõtrarium vero tenuit gl.in summa 16.q.2.quã sequitur Anch.Butr.& Imin d.c.de Monachis,quorum fundamẽtis sequẽdo, & attestãdo dictã cõmunem respõdet Aug. Beroius in d.c.qđ autem.n.40.cum 10.aliis seq.& tutum est ab ea discedere in actu practico per optimas rões citatas per relatos scriben.In præsentiarum vero vtiliter limitatur regula ista ita declarata nõ habere locum in priuata persona,& sic in laico,ad quẽ patronus absq; cõsensu sui Epi ius patronatus trãsferre,legare,vel donare nõ pt.d.c.nullus.& d.ca.illud. vbi Abb.aliiq; Doct.tenẽt & firmãt,& Abb.in sua disputatio inci.Augerio,& istã scribit esse cõem opi.Dec.cons. 541.sed vt valeat hoc legatum,testator debet obtinere,ac impetrare cõsensum Episcopi prius quàm leget: quia tunc valebit legatum,vt constat ex relatis per Cæsa.Lambe.in trac. de iure patro.lib.6.parte 2.q.6.prin.& eandem q.art.2.vbi refert istã esse com.opi.& Roma.sing.427.accidit mihi Romæ.F.Viuius.

donare tutores, caterive administratores possunt bona minorum remunerationis causa,atque in eos conferre,qui erga minores benemeriti fuere.l.qui filium.ff.vbi pupil. educari debeat:& l.filius,in prin.ff.de proc.& voluit gl.in c.fi.de off. vicar.li.6.Bar.in l.ambitiosa.ff.de decretis.Fulg.cons.cj.Rom. consil. 50. & Areti. consil. 24. vbi appellat istam opinionem

comm

communem esse, imò ipsi minores, etiam absque iudicis decreto possent facere huiusmodi donationem, secundum Roma. in l. si ante nuptias. ff. sol. mar. Marian. Soci. conf. 66. Bertr. conf. 203. vol. 2. & Alc. in l. creditores. ff. de verb. sig. Contrarium verò, & malè firmauit Iaſ. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & in l. cum filio. ff. de leg. 1. F. Viuius.

PRO. Donare est perdere. l. filiusfa. de dona. cano. pastor. 1. q. 2. Bell.

PRO. donari videtur quod nullo iure cogēte conceditur. lege. donari. ff. de don. Idem.

ex pacto nudo de Donando an oriatur actio, an verò ex lege propter pactum, vide 8. libr. 1. versi. actio quæ oritur ex l. si quis argentum. cui adde q̄ promissio de donādo obligat ad donandum. d. l. si quis argentum. §. si autem. vbi Bart. & doct. & in l. Aristo. §. Labeo. vbi quærit an donator teneatur de eui ctione. & tandem in locis prædictis concludunt, q̄ vbi quis promisit donare, ad implementum compelli potest, siue promissio fiat per stipulationem, siue per pactum nudum. Put.

Donatum sibi mortis causa accipiens non potest testamentum separatum ab ipsa donatione infringere, teste Rom. sing. 482. per tex. in l. si verò. ver. sed si mortis. ff. de bon. libert. Put.

Donata sponsæ per consanguineos & attinentes mariti & sponsi, soluto matrimonio per mortem vxoris, & sponsæ remanere debet penes maritum, & nō veniunt restituēda heredibus vxoris, secundum Bart. in l. sed, & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pup. quem sequitur Iaſ. ibi, & cæteri, quos ipse refert, & in l. vt liberis. C. de collat. Ang. Aret. in §. fuerat. instit. de actio. & Lupus, in repet. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 45. & est decisum per Rotam, in decis. 1. de don. inter vir. & vxo. in antiquis, vbi latè domini de Rota distinguunt, & ita cōcludūt in dubio, quam opinionem ostendit communem esse Cagnolus, in l. cōtractus. n. 38. ff. de reg. iur. & magis communem. Clarus, in tract. de don. q. 10. ver. sed nūquid ea. In cōtrariam verò partē, videlicet, q̄ nō acquirantur marito, sed vxori, quamuis à cōsanguineis mariti donatio processerit inclinauit Alc. cum aliquibus doct. illustribus signatis per eum, in trac. de præsump. reg. 1. præsump. 18. verùm ipse inhæreo cōmuni præmissæ, quæ roboratur, declaratur, tutaque redditur plurib. fundamētis per Lupū, in d. §. 45. ferè p totū. F. Viuius.

donata sponsæ non præsumuntur, quæ maritus, vel eius pater ad illam simpliciter mittit. commune aiunt Cagn. in l. contractus. nu. 35. ff. de reg. iur. Iul. Clar. latè de don. q. 10. F. Suar.

donata spōsæ à viri consanguineis, aut propinquis donata viri contemplatione censentur: at illi donata ab ipsiusmet necessariis, sua contemplatione videntur elargita. vt commune aiunt Iaſ. in l. vt liberis. n. 17. C. de collat. Cagnol. in l. contractus. nu. 38. ff. de reg. iur. E. Suarez.

donata sponsæ per cōsanguineos sponsi, sol. matri. sunt heredis mariti & non sponsæ. Cagno. in l. contractus, n. 48. ff. de reg. iur communem dicit, tamen per plura Alc. de præsumpt. re. 1 præsump. 18. tenet contrariam. quem vide, & tene communem. Idem.

de iure regio intellige istam in pretiosis, nō tamen in aliis, Ang. l. 32. tit. 11. par. 4. de qua in verbo vestes n. 33. & vide Io. Lupum in repe. rub. de don. inter vir. & vxo. §. 11. n. 3. & conf. 187. §. 44. nu. 1. & 2. qui contra communem inducebat l. 2. ti. 3. lib. 3. For. ll.

Donare causa mortis nō potest mulier, stāte statuto, quod non possit contrahere sine cōsensu agnati. Iaſ. in l. 2. ff. de leg. 1. ff. communem dicit: licet Alc. in l. 2. de verb. oblig. n. 10. veriorem dicat contrariam. B. Villal.

donatio inter virum, & vxorem regulariter, cōstante matrimonio, est inualida, & prohibita, vt in toto tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. Sed hoc fallit vbicūque donatio ista prohibita rōe personarum firmeretur iuramēto, tūc, quippe valet, prout tenet Bart. in l. Scius, & Augerius. ff. ad legē Falcid. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Feder. de Se. cōs. 150. Guli. & Alber. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. Maranta in tract. iudiciorum. in 6. par. n. 26. Abb. Imol. aliique Canonistæ in c. cū cōtingat de iureiur. Pau. Cast. & Iaſ. abūdè plures cumulans & decēs istam esse magis communem opinionem. in l. pacta quæ. C. de pact. Mar. in pract. crim. §. secūda quæst. n. 59. Boer. decis. 92. nu. 6. Deci. cōs. 232. Rube. cōs. 25. n. 5. & cōs. 54. Ruynus cōs. 179. n. 111. vol. 1. & cōs. 132. n. 2. vol. 4. Aret. cōs. 84. in 2. dub. Soc. iun. cōs. 44. vol. 2. Bertr. cōs. 215. vol. 4. cōs. 301. n. 3. & cōs. 327. nu. 4. vol. 1. & Parisi. qui pari modo supponit esse magis com. opi. cōs. 86. n. 46. vol. 3. Cotta in lib. memoralium in versi. donationes inter vir. & vxo. vbi dicit q̄ secūdum cōmunem sæpius vidit iudicari, & Crotus in repetiti. l. frater à fratre nu n. 72. & seq. ff. de cōd. indeb. respōdet omnib. Doct. cōtrarium asserētibus. Sed hoc certè nō procedit in donatione simulata, quia hoc casu videtur esse facta in fraudem, nō valet, nec firmatur iuramento, secūdū Bart. in l. Codicillis. §. Titia. in fi. ff. de leg. 3. & Ruynum cōs. 230. n. 4. vol. 1. & iuramētum hoc dicitur assertoriū, q̄ quidem nō valet, sed si esset promissorium de futuro s. quā- q̄ quidem nō valet, sed si esset promissorium de futuro s. quādo promitterem nō cōtrauenire nullo vnquam tēpore, tunc vigore istius iuramēti promissorij firmatur donatio ista, vt p Bald. Nouellum in tract. de dote. in 10. par. & Rip. in 3. li. de donationib. c. 6. Fallit 2. dicta conclusio, seu regula in donatione facta inter virum & vxorem ex causa benemeritorum, seu seruitiorum, quæ donatio vtique valet secūd. præcitatos Doct. tamē seruitia ista debēt probari aliter quàm per cōfessionem ipsorum cōiugum, secū. doctrinā Bart. in l. si fortè. ff. de Castr. pecu. communiter approbatam ab omnib. in l. si donatione. C. de collatio. de qua communi vltra scriben. ibi facit mētio. Soc. cōs. 65. & cōs. 66. vol. 1. & Gra. cōs. 175. n. 2. Fallit ternē cōtio dicta regula in rōe reciproca, videlicet reciprocè inter cōiuges hoc modo facta, q̄ si cōtingat alterum præmori, superstes habeat bona, valet, & tenet talis donatio, ita cōcludit Cy. Bald. & Sali. quos refert, & sequitur Iaſ. in l. si pater puellæ. C. de inoff. testam. & Soci. in tractatu fallētiarum, fallent. 204. in prin. versi. Limitatur quarto loco nō habere locum præcedēs regula, quotiescūque vxor marito donaret ius patronatus tā tùm, quia tūc valeret donatio, ex quo maritus nō efficitur locupletior. l. naturalis. ff. de præscr. ver. & l. planè. la 2. in fi. ff. de leg. 1. & ita tenet Alex. in l. cōstante. §. siue autem. circ. fi. ff. solut. mat. & Domini. de Rota decis. 11. in antiquis. sub rubr. de pactis inci. cōsuetudo. cir. fi. Limitatur quintò vbicūque plebeius acciperet mulierem nobilē in vxorem, & cōstante matrimonio, faceret instrumētum de receptione dotis, quam in effectu nō receperat, & quamuis ista dicatur donatio inter virum & vxorē, nihilominus valet, quia fit in remunerationē, ac recompēsationem, propter inæqualitatem eorum, ita eleganter cōcludit Bart. post gl. ibi in l. si volūtate. n. 2. C. de dot. promis. & in l. si diuortio. & ibi Iaſ. n. 9. ff. de verb. obl. idem tenet Bald. in l. 2. §. fi. ff. si cert. pet. Abb. in c. 1. n. 8. de adult. Iaſ. in l. fi. C. de verb. sig. & in l. ex hoc iure. n. 55. ff. de iust. & iur. Tira quel. in tract. de legib. cōnubia. in 4. l. n. 7. & in l. 5. nu. 18. & istā recitat esse communem opinionem Curt. iun. conf. 6. n. 20. & Bald. Nouellus in dicto tract. de dote in 10. par. nu. 7. Limitatur postremò hæc regula nō procedere, quādo vxor donaret pecuniā marito pro refectione ædiū, quæ incēdio cōsumptæ fuissent, vt in l. qd si vir vxori. ff. de don. inter vir. & vxor. F. Vi.

donatio facta priuato propter superueniētiam liberorum penitus reuocari solet. l. si vnquam. & ibi notāt omnes communiter. C. de reuoc. don. & in l. 1. C. de inoffi. donatio. Amplia hoc intātum, q̄ ceedere, q̄licet illius rei donatę dominium fuisset trāslatum in donatarium. per patrem ante natiuitatem filij, nihilominùs post natiuitatem filij reuertitur in dominio donatoris dicta donatio ante petitionem ipsius ipso iure, vt p gl. & alios Doct. communiter in d. l. si vnquàm. & Bar. in l. Titia. la 2. §. Imperator. n. 2. ff. de lega. quam cōmunem declarat, & citat Ripa in d. l. si vnquam. n. 103. simul cum aliis Mod. Sed fallit primò ista communis, vbicūque donatio esset facta ecclesiæ, tūc dūtaxat reuocatur vsq; ad legitimam, vt voluit gl. & Archid. in c. fi. 17. q. 4. Bart. in d. §. Imperator. & post eū Cuma. Roma. in auth. similiter. in 8. specia. C. ad legem Fal. Bald. Ang. Saly. & Pau. de Cast. in d. l. 1. Abb. & Imol. in c. fi. de donatio. Barba. in repeti. l. cū acutissimi. C. de fideicom. Iaſ. in auth. si qua mulier. C. de sacrosanctis eccl. & in l. generaliter. §. cùm autē. C. de insti. & substi. Fel. in c. in præsentia. de probat. Cornel. cōs. 11. vol. 3. & cōs. 30. vol. 4. Calca. conf. 13. Corset. sing. in ver. donatione, incip. licet donatio. Paris. conf. 73. n. 24. volu. 1. vbi recitat istam esse communem opinionem, idemque testatur Ripa in d. l. si vnquam. n. 115. & Tiraq. ibi. n. 66. Verū communis ista procedit in foro contentioso: in foro verò politico, ipsa Ecclesia tenetur propter superueniētiam filiorum donata restituere. tex. est in d. c. fi. 17. q. 4. quē tex. dicit ad hoc mēti tenēdum esse August. Beroius in c. 1. seu rub. nu. 217. de cōstitut. Limitatur secundò dicta cōis, q̄n facta esset per patrē vni filio, quæ quippe donatio nō posset reuocari post natiuitatē aliorū filiorū, vt sentit Bart. & omnes Legistæ cōiter in d. §. Imperator. & Canonistæ in d. c. fi. de donat. vt per Ripam in d. c. vnquam. n. 115. postremò quotiescūque donatio esset remuneratoria, tūc quātumuis sit facta priuato, non reuocatur, nec reuocari p̄t aliquo mō fm scriben. oēs cōiter in d. l. si vnq̄ vbi Moder. & Rip. n. 29. nōnihil istā cōem declarāt. F. Viuius.

Donationem stipulās Notarius absenti, ignorāti adhuc ex parte

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte absentis, & ignorantis, non est donatio, nec ei aliquod ius quæritur, nisi ratificatione secuta, & cõsensu cõcurrente, vt tradit Bald.cons.220.lib.2.Alber.in l.non enim.ff.de adop. Paul.Cast.cons.195.vol.2.Dec.leg.in l.certi condictio.§.si nũ mos.ff.si cert.pet.in l.1.n.22.C.de pact.in l.ꝟctus.nu.16.ff. de regu.iur.& consulendo cons.226.cons.247.cons.432. cir.fi. cons.586.n.13.& cons.661.Curt.iun.cons.52.n.12.cons.55. n.9.& cons.120.Bertr.cons.116.lib.2.& cõs.304.vol.3.Soc. in l.1.§.si iusserim.in fi.ff.de acq.posses.Ruy.cons.121.lib.1.& cons.174.co.li.Cassan.cons.7.&cons.59.Pari.cons.12.n.100. lib.Rube.in repeti.l.non solùm.§.morte.n.9.& 59.ff.de noui oper.nuncia.& cons.132.Gratus cons.12,cons.25.n.37.consi.67.cons.94.& cõs.127.li.1.Galliau.in rub.n.84.ff. de verb. oblig. vbi refert istam esse veriorem opinionem, Et Carolus Molineus in additio. Alex.cons.31.lib.6.scribit esse magis cõmu.opi.& ad hoc corroborãdum ômnes præcitatos Doct.cumulat Tiraq.in tract.de iure constit.possesso.in 3.par. limitatio.30.n.10. & seq. concludẽs ibi non valere generaliter stipulationem notarii pro altero, nisi eo ratum habente, prout voluit Salyc.in l.Gaius.ff.de vsu.Soc.iun.cons.126.nu.12.& Alc.in c.cum contingat.n.234.de iureiu.qui audacter recitat istam esse comm.sent.Cagnolus etiam in l.fi.n.273.C.de pactis.In contrariam verò partem inclinauit titubãter Dec.cõs. 293.Ruy.cons.119.ꝟs.126.n.10.vol.1.& cõsi.47.vol.5.Cor. cons.21.vol.4.Bertr.cons.156.n.5.vol.1.Soc.in cons.118.vo lu.2.& nonnulli alij Doctor relati per Tiraq.in præcitato tracta.const.possess.n.13.& seq.Sed quicquid isti Doct.suadeant contra istam communem, ob hoc factum foret ab ea recedere.quam quidem ita receptam tãquam verissimam intellige, vt non requirat expressam ratificationem, sed sufficiat, vt absens tacitè ratum habeat donationem istam, secundum Dec. in d.cons.586.Goza.cons.42.&Gratum d.cons.12.&quomodo, quib.modis,&signis videatur, seu colligatur tacitè absens ratificare donationem, vide Tiraq.latè declarãtem in d.tract. consti.possesso.in 3.par.30.limitatio.n.11.& seq.His accedit similiter, ꝙ in dubio præsumitur præsentia donatarij, licet nihil fuerit dictũ de præsentia ipsius. vt tenet gl.1.in l.1. in ver. inter præsentes,& ibi Bar.ff.de don.caus.mort.& gl.in l. optimam.in verb.ipso die,& in ver.seruus,& ibi Iac.But.C.de cõtrah.& committenda stipula.& tenet Io.de Imol.cons.7.sed Bald.videtur tenere contrarium in l.si quando, per illum tex. C.de statu.& imagi.vbi respondet ad d.l.1. & ad l. optimam. quòd ibi per scripturam apparebat partes fuisse presentes, sed vbi non apparet, non præsumitur. F.Vinius.

Donatio facta ablenti verbo tenus, si Donatarius adipiscatur postea possessionem rei donatæ, non tamen ideò dicetur contractus donationis perfectus, nisi etiã nuntius vel epistola interuenerit.cõmunem dicit in d.q.12.ver.sed pone.P.Fic.

donatio facta absenti, interueniente tñ Notario, q ꝓ absente acceptauerit, valet:& licet dõator postea antè, q̃ donatari eã ratificauerit simpl'r reuocauerit, tñ simplex illa reuocatio ñ obstat qn donatarius adhuc postea eã ratificare possit.Hãc magis communem dicit in §.donatio.13.ver.1.ergo casu.cõtra.tenet Cagnol.in l.quo tutela.§.nec paciscẽdo. de reg. iur. imò etiam si donator etiam rem donatam in alium transtulisset, nihilominus valebit prior donatio. Hanc magis communem ꝟ Decium & Cagnolũ dicit in d.q.13.ver.Cõtrariã. Idẽ.

donatio facta coniugi à marito ignobili, vel sene, propter ignorabilitatem vel senium, valet.communem dicit in d.q.9. ver.sed pone.Putat tamen Clar. procedere, si in ipso actu dotis constitutæ fieret donatio, secùs si post. Idem.

donatio facta Ecclesię non potest propter ingratitudinem reuocari.quia cẽsetur Deo facta, qui ingratus esse non potest. com.dicit §.donatio.q.21.ver.Item quæro, cum seq. Idem.

donatione facta præsenti hoc pacto, vt certo casu veniẽte, res donata perueniat ad tertiũ quendã absentẽ, non licet donatori tale pactũ in præiudicium absentis remittere, etiam si nemo ꝓ absente acceptauerit & ideò nec reuocari potest.Magis cõem dicit in §.donatio.q.13.versi.Secũdus.cũ seq.Idem.

donatio facta per patrem filio emancipato, valet.communem dicit in §.donatio.q.8.ver.Secundo. Idem.

donatio hereditatis alicuius, non valet, qa Hereditatis verbum nihil excludit.communẽ dicit in d.§.donatio.q.19.vers. sed quæro.contr.Purpura.in l.fi.C.de pact. Idem.

donatio ĩ dubio potius præsumitur esse inter viuos quam mortis causa facta, si in ipsa non sit facta mẽtio mortis, & ita non collata sit in tempus mortis.communem dicit in §.donatio.q.4.vers.Sed quæro. Idem.

donatio inter coniuges confirmatur morte donãtis. Intelligendum tamen si modò interuenerit traditio vera vel ficta, alias enim si sola promissio interuenit non confirmatur morte.communem dicit in d.q.9.ver.sed hoc intellige. Idem.

donatione immẽsa facta, si dicatur in instrumẽto, ꝙ donator velit cẽseri plures donationes non excedẽtes pro singula summam 500.solidorum, nihilominus cẽsebitur vna tantum donatio,& nullius valoris, tanquam clausula illa in fraudem legis apposita.cõem dt in §.donatio.q.17.vers.Sed pone. Idẽ.

donatio immẽsa iuramẽto firmata non eget insinuatione. Magis communem dicit in §.donatio.q.18.Intelligẽdum tamen hoc dicit, vt insinuationis renũciatum sit in specie, aliàs secùs. Item intelligendum vt valeat, si insinuatio debet interuenire in ipso actu donationis. Si autẽ esset lex, vel statutum ꝙ insinuatio deberet fieri intra certum tempus, eo casu iuramẽtum non firmat donationem, si insinuatio non esset facta intra præscriptum tempus.com.dicit.ead.q.ver.vlt. Idem.

donatio inofficiosa si facta sit vni ex filiis, tunc siue sit inofficiosa re tãtùm, siue re,& consilio, nũquam reuocatur nisi vsque ad legitimam aliorum filiorum. Si verò facta est extraneo, tũc si est inofficiosa re tãtùm reuocatur solummodo vsque ad legitimam, si verò est inofficiosa re & consilio, reuocatur in totũ. cõem dicit in §.donatio.q.24.ver.aut verò quis non agit. Et hæc quidem obtenent etiam in donatione iuramento confirmata.comm.ead.q.vers.Hæc autem. Idem.

Donationem inofficiosam in extraneum factã pater in totum non potest reuocare, si filio aliquid reliquerit.com.dicit in §.donatio.q.24.ver.Sed quid si pater. Idem.

donatio mortis causa inter coniuges facta non valet.§.donatio.q.9.ver.& hæc quidem. Idem.

donatio ob causam non potest reuocari propter ingratitudinem.com.dicit.§.donatio q.21.Sed quæro. Idem.

donatio ob causam, causa non secuta ipso iure reuocatur. com.dicit in §.donatio.q.24.ver.Præter has. Idem.

donatio omnium bonorũ, præsentium,& futu.non valet, com.dicit I.Cla.§.donatio.q.19.Si quis verò donat presentia sua bona tãtùm valet donatio.com.ead.q.ver.ex hac.Item valet donatio, si quis simpliciter donat bona sua. Imò etiam si quis vniuersaliter omnia bona sua donasset, quia eo casu non subintelliguntur bona futura. Similiter si quis donat omnia sua bona mobilia& immobilia.quia in tali donatione non veniunt iura & actiones, com.dicit.d.q.19.ver.eademque.cum seq. Valet tamen donatio omnium bon.præs.& fut.si mortis causa facta sit.com.ead.q.ver.sed quid si quis. In tantùm verò non valet don.om.bo.præs.& futu.vt etiam iuramẽto firmari non possit.com.dcit in §.donatio.q.20. Et nota quod talis donatio annullatur in totum, non pro parte tãtùm.com.ead. q.ver. Item quæro. Talis verò donatio facta Ecclesiæ valet,& est speciale in Ecclesia: quia etiam personam suam quis Ecclesiæ donare potest.ea.q.vers.vlterius. Valebit tamen eiusmodi donatio.si inter duos fratres reciprocè facta sit.ea.q. ver. sed pone.& valet non solùm inter fratres, sed inter quoscunque si post mortem collata sit. Idem.

donatio propter merita facta valet, etiam si de ipsis meritis aliter, quam per assertionẽ donãtis non constet. Intellige modò non fiat inter personas prohibitas, nam eo casu non statur assertioni donãtis, sed requiritur probatio meritorum. com. dicit in §.donatio.q.3.ver.sed hic occurrit. Idem.

donatio propter nuptias nõ constituitur ipso iure.& ideò si nõ fuit petita cõstitui cõstante matrimonio, nõ potest postea soluto matrimonio peti. potest autem peti vt cõstituatur cõstante matrimonio, licet tpe dotis promissæ vel datæ, non fuerit petita, neq; ꝟstituta, com.dt.§.donatio.q.11.ver.fi. Idẽ.

donatio pp superuenientiam filiorũ reuocatur etiam si appositũ sit iurm.com.dicit §.donatio.q.22.ver.stat ergo. Idem.

donatio reuocatur si post factã donationẽ ipsi donatori superueniant liberi.per dispositionẽ.l.si vnquam.C.de reuocat. don.com.dicit.§.donatio.q.20.in prin. Hinc infertur, ꝙ si Donator tẽpore donationis de liberis cogitasset, dispositio d.l. si vnquam non locũ habeat, nec donatio reuocari possit.com. dt.q.22.ver.ex qua. Sifr nõ reuocatur, si donatio esset facta in ꝟctu mrimonij, nã eo casu ꝑsumit donator de liberis cogitasse.com.dicit.eo.ver.Ex qua.q̃ tñ opi.ipsi Claro nõ placet. Idẽ.

Donatio omnium bonorum præsentium,& futurorum aliàs prohibita tanquam liberam testandi facultatem tollens nõ valet, nec tenet secund.Bar.& alios Doct.communiter in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig. quam nimirum communem sequuntur, declarant, & citant Mod. ibi. & Curt.iun.cõsi.21.num. 1. & infiniti cõsulentes variis in locis, sed fallit ista communis vbicunque donatio hæc esset facta ecclesiæ, tunc enim valet, & tenet, vt ponit Iaſ.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.nume.10.& latius in l.fi.C.de pactis, ibique

Universidad de Deusto Biblioteca

donatio filiofamil.facta, ita vt ipsi soluatur, per hoc dicitur facta prohibitio vsusfructus ipsi patri, idq̃ue tacitè colligitur ex eo, q̃ relinquens, vel donator voluit ipsi filiofam. solui: secundum doctrinam Bart.per illum tex.in l.si vsusfructus.§. si ita quis.ff. quando dies leg. vt per eum, cum quo transeunt communiter Doct. vt ait Soc.iun.cum cõcordantibus ibi per eam in conf.84.n.11.vol.4. E.Muscul.

donatio iuris præsentãdi facta à patrono cum cõsensu epiſcopi, valet. Et hãc communem Doct. sententiam esse referũt Philipp.Dec.in cõs.541.n.2.Rochus de Curte.in trac.de iure patro.in ver.pro eo.in 2.q.n.3.in 15.vol.tract. Quæ tamẽ sententia intelligitur, quãdo donatio de beneficio vacãte, secùs autem de beneficio vacaturo facta esset.c.fi.ext.de cõcess.pb. & ibi Abb.in vltimo notab.n.6.ait, q̃ sicut collator nõ potest promittere beneficium vacaturum, ita nec dare in specie alicui potestatem cõferendi antequam vacet.c.constitutus.c.2. ext.de cõcess.præb.sic & patronus nõ potest promittere præsentationem alicui, nec dare in specie alicui potestatem præsentandi cùm vacabit, quia ea ratio quæ est in collatione militat in p̃sentatione. nã sperãs se præsentãdũ desideraret mortẽ proximi. Quã cõclusionẽ plurib. authoritatib. cõfirmat Rol.à Valle, in conf.47.n.53.cum seq.in 1.Tom.conf. kirchouius.

donatio facta ecclesiæ alicui an valeat sine insinuatione, existimat gl.eam factam ecclesiæ excedentem summam quingentorum aureorum sine insinuatione non valere, & sic nisi fieret coram iudice, & probaretur in actis publicis gl.in l.san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cimus.in verb.ad quingentorum aureorum. C.de dona.glo. in verbo,si minus igitur. & in verbo, firma. in Authentic. de non alie.aut permu.rebus eccle.colla.2.Bal.in l.illud.n.3.ver si.tertiò quæritur,C.de sacrosc.ec.quia speciale est in donatio ne quæ fit pro redemptione captiuorum,vt illa valeat cuiuscunque sit quãtitatis sine insinuatione.l.si quis pro redẽptione. C. de don. ergò secùs videtur in donatione quæ fieret ecclesiæ aut piis locis.Hanc sentẽtiam sequitur And.Sicul.in c. adhæc.ext.de testam.Sed cõtrariam sentẽtiam,q̃ hodie indistinctè valeat donatio facta ecclesię sine aliqua insinuatione, defendit Bar.in d.l.illud.n.5.quem alij sequuntur, adiicientes rationem per tex.d.l.si quis pro redẽptione. sicut in donatione facta pro redemptione captiuorum est sublata solennitas insinuationis,ita eodẽ fundamento asserendum in donatione facta ad quamlibet piam causam,quia in cernentibus animam & fauorem religionis, cùm videatur esse eadem ratio, eadem etiam esse debet iuris dispositio.c.cum dilecta.extr.de confir.vtili vel inutili.Spe.in tit.de instr.edi.in §.porrò. nu.7. ver.itẽ no.in fi.lib.2.par.2.copiosè pro more suo D.Panor.in c.relatum.j.n.4.ver.sed quæro.ext.de testam.Et hanc opinio nem communem Doct.esse scribit Ias.in cons.169.nu.8.ver. breuiter in contrarium.in 4.vol. vbi plures rationes huic decis.annectit. Kirchouius.

donationem causa mortis nequit illa mulier absq; cognatorum auctoritate concinnare, cui facultas contrahendi absque illorum consensu adempta est.commune dicit Ias.in l.2. ff. de leg. lib. 1. & si verius contrariam opinionem veriorem censeat Alc.in l.2.ff.de verb.obliga. Suarez.

donatio sub modo:ob defectum modi resoluitur ipso iure teste Cast.cons.360.in fi.lib.2.Bal.cons.74.libr.1.qui modus facit condictionem,secundum Bal.& Saly.in l.fi.C. de reuoc. don.Bal.cons.448.lib.1.Aret.cons.17.col.9.de quo plura no. Nic.moron.trac.de fid.treug.& pace,par.1.q.20.n.3.& eo casu impeditur purgatio moræ,ex not.per Bertr.cõs.63. 74.lib. 3.vbi talem donationem ipso iure resolutam determinat, de qua moræ purgatione an eo casu admittatur vide quę scribit Rip.in d.l.fi.q.38. & seq. & sunt qui dixerint monitionem & interpellationem necciam: vt donatarius cadat ob modum non impletum,inter quos est Corn.cons.120.208.li.1.Aym. cons.59.col.fi.post Aret.cons.150.per l.si pœnam C.quando dies leg.ced. rationem ponit Moron.d.trac.q.præalleg.n.6.n. 7.& seq.vbi declarat,quid dicendum vbi modus est finalis,& dic,vt per Corn.cons.102.lib.2.Aym.d.cons.59.nu.8.

DONATIO.

Summaria.

Donationem omnium bonorum præsentium & futurorum,non valere:Et quæ sit huius ratio.q.1.

donationem omnium bonorum præsentium & futurorũ, ne quidem cum iuramento valere:reprehensa, atque reiecta opinione aliter sentiendum.q.2.

donationem omnium,tam futurorum,quàm præsentium bonorum,esse contra bonos mores,liberamq; testandi facultatem auferre.ead.q.

Iuramentum factum super donatione omnium bonorum, præsumitur factum in fraudem legis.ead.q.

An libera testandi facultas tolli possit per statutum, vel etiam iuramentum.ead.q.in fi.

donationem omnium bonorum, in totum vitiari, tam in præsentibus,quàm futuris.q.3.

donationem omnium bonorum ob dotis, causam factam valere propter fauorem matrimonij.q.4.

donatio omnium bonorũ ecclesię facta,vel monasterio,& pio loco valet.ead.q.

Causam dotis esse piam.ead.q.

An & quando donatio inter virum & vxorem,quam aliàs ius ciuile non agnoscit,per iuramentum interpositum facta, firmetur.& valeat.q.5.

donationem rustici,vel plebei,qui duxit nobilem, & constante matrimonio confessus est in instrumento se recepisse dotem,quam non recepit,valere tanquam remunerationem ad recompensationem inæqualitatis.q.6.

donationem à parte factam filiofam. quæ aliàs iure ciuili nulla est,nisi in certis casibus,iuramento firmari & corroborari.q.7.

Data filiofam. studiorum causa,à patre,vt sunt libri,&c.an censeantur filio donata,&an post mortem patris conferãtur. q.8.remissiuè.

Patre remittente vsumfructum filiofam,quẽ habet in bonis aduentitiis filij,valere donationem.q.9.

Quando quis mortis causa donare,censeatur.q.10.

Apposito pacto,de nõ reuocãdo,in donatione causa mortis,transire donationem in contractum inter viuos.q.11.

Ad cognoscendum qualitatem contractus,non attendi sonum verborum,sed effectum rei.ead.q.

Donationem excedentem quingentos solidos , sine insinuatione non valere. ead.q.

Si fiat computatio aurei, secundum valorem eius temporis,quo lata est.l.si qs pro redẽptione.C.de don.posse tũc hodiè consistere donationem vsque ad aureos 800.ead.quæst.

Aureos olim maioris põderis fuisse,quàm hodiè.Et nostra quidem ætate plures quàm centum & viginti constituere libram auri,olim autem 72.& postea.96.ead.q.

Remissionem esse instar donationis: Et ideò creditore remittente debitori suo debitum excedens quantitatem quingentorum solidorum,requirit insinuationem.q.12.

donationem remunerandi compẽsandíve vt causa factam & mutuam,nõ esse meram donationem:Ideoque valere absque insinuatione.q.13.

donationem iuratam excedentem etiam summam quingentorum solidorum,valere absque insinuatione.q.14.

Iuramentum seruandum esse,vbicunque potest seruari, sine periculo æternæ salutis.ead.q.in fi.

In donatione facta ecclesiæ, vel pio loco, non requiri insinuationem.Idemque esse in ea,quæ confertur scholari.q.15.

QVAESTIO I.

Quæro, An valeat donatio omnium bonorũ præsentium & futurorum?Resp.Bart.in l. stipulatio hoc modo concepta. & futurorum? Resp. Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff.de verb.obl. tenet q̃ non.Idem tenet Alex.& Ias.n. 20.qui dicit eam esse communem,& tenet idem Bar.l.fi.nu.12.C.de pac.Fel.vbi hanc communem dicit esse in c.præsentia.n.5.de prob.Eandem opinionem amplectitur Abb.consi.48.vol.2. &Bal.d.c.presentia.communem dicit Curt.iun.cons.23.n.1. Roma.cons.271.n.1.Et hanc dicit esse communem Deci.l.fi. n.30.C.de pac.Ratio est,quia per eam aufertur libera testandi facultas.Soc.iun.cons.21.nu.9.vol.2. Hanc dicit esse communem Gratus in cons.70.nu.1.vol.1.

QVAESTIO II.

Quæro,Quid si iurm interueniisset?Resp.Donatio etiamsi iurõ firmata sit, inualida est. Ita tenet Bar. d. l. stipulatio hoc modo.quem sequitur Panor.cons.48.n.2.vol.2.Hãc opinionem tenet Fran.Purpu.d.l.fi.n.240.&ibi Cur.iun.cõem dicit, n.57.Cagnol.n.220.C.de pact.Et tenet Corn.in cons.60.n.3. & cons.186.n.16.vol.2.vbi communiter dicit ita teneri.Hãc opinionem sequitur Claud.de Seysel.in l.licet.C. de pact.Rippa lib.3.Resp.c.14.& tenet Bal.cons.22.lib.1.Pau.Paris.cons. 26.n.59.& 60.vol.2.& cõs.72.n.15.vol.1.Rõ est,qa talis donatio est ꝓ bonos mores,cùm liberam auferat testãdi facultatem.Vnde succedit regul.non est obligatorium. de regulis iuris.in 6. Et tale iuramẽtum factum super donatione omnium bonorum præsumitur factũ in fraudem legis prohibẽtis talẽ donationem,ideò seruandũ nõ est. Eãdem opinionem tenet Zasius d.l.stipulatio hoc mõ.n.52.vbi dicit esse magis verã& cõem.Soc.iun.cons.44.n.35.vol.2.Crauet.cõs.139.n.9.vo.1.

Cõtrariam tñ opinionem tenet Dec.in cõs.655.n.12.& in l.pactum q̃ dotali.n.2.C.de pact.vbi dicit hãc opinionem esse veriorẽ.Hãc etiam tenet Corn.sibi ꝓrius in cõs.252.n.6.li. 3.Maria.Soc.iun.cõs 65.n.49.Gartz.i tract.de vlti.fi.illat.20. n.349.pro hac opinione Doct.allegãt dictum Baldi in l.cum Archimedoram.n.12.C.vt in possessionẽ legato.vbi tenet,q̃ hæc libera testãdi facultas põt tolli p̃ statutũ, ergò & p̃ iurm. Sed illud reprehẽdit Ale.ac respõdet d.l.stipulatio hoc mõ.n.7.

QVAESTIO III.

Quæro.An prædicta dõatio in totum vitietur tam in p̃sentibus quàm futuris?Resp.q̃ sic,ita tenet Bar.in d.l.fi. Idem tenet Aug.10.de Im.& Alex.d.l.stipulatio hoc modo.n.21.Docto.in l.1.§.sed mihi.ff.de verb.obl.Et eã dicit esse cõem Fran. Purp.d.l.fi.n.247.& ab ea nõ esse recedendum ĩ consulendo.

QVAESTIO IIII.

Sed quæro,Quid,si donatio omniũ bonorũ fit ob causam doris?Resp.Old.cõs.5.tenet,q̃ talis donatio valeat ob matrimonij fauorẽ.Eãdẽ opinionẽ tenet Boer.Dec.353.n.10.Cũ eñ dõatio oĩum bonorũ ecclię vl̃ monasterio facta,fm Bart. & Doct.l.fi.C.de pac.Itẽ pio loco,valeat,fm Bald.l.iubemus. C.de sacrosc.eccl.& dos dicat cã pia, idẽ dicẽdũ est in cã doris. Hãc opinionẽ tenet quoq; Fel.c.in p̃sentia.n.5.d̃ p̃b.Et eã d̃t eẽ cõem Fran.Purpu.i d.l.fi.n.242.& tenet Soc.reg.69.fall.4.

QVAESTIO V.

Quæro,An donatio inter virum & vxorem valeat,si interueniat iurm?Resp.Bart.in l.Seius & Augerius.ff.ad l.Falcid.tenet, quòd licet donatio inter virum & vxorem de iure ciuili non va

non valeat,tñ bene firmatur iuramẽto. idẽ Bar.ĩ l.si quis pro eo.n.17.ff.de fideiuſſ.Eandem opinionem tenet Fred.de Senis in ℘.140.n.3.Ab.ca.fi.n.9.de don.inter virum & vxorem.Et in c.cùm ℘tingat.n.30.de iureiu.ibi,Imo.n.85.Abb.cõſ.195. n.1.vol.2.vbi dicit hanc eſſe communem opi.Roma.cõſ.44. Com.cõſ.41.n.6.lib.3.vbi dicit ita communiter teneri. Idem tenet Alex.cõſ.8.& cõſ.158.vol.2.Franc.Aret.cõſ.199.Aret. Rub.Alex.conſ.25.n.5.conſ.130.n.6.Maria.Soc.iun.cõſ.44. n.6.li.2.Pau.de caſt.℘.49.vol.2.Cæpol.caut.122.Ant.Corſ. rep.Rub.de iureiu. priuil.25.Bald.l.j.lec.antiqua.ff.de don.in ter virum & vxorem. Eandem opinionem dicit eſſe commu nem Laur.Sylua.in conſ.40.n.20.Cagn.rep.l.fi.n.36.C.de pactis.Gomeſ.§.quædam.n.19.inſti.de actio.Cotta in memora. iuris,verb.donatio.el.5.Iaſ.l.pacta,quæ cõtra.n.5.C.de pactis. Ruin.conſ.137.n.2.& 1.vol.4.Roder.Zuarez.l.j.vt de las aras.lib.6.fori.3.9.Ant.Bauer.trac.de virtu.iura.n.38.Guid.Pa pa conſ.204.n.3.Cæpolla.conſ.8.in ciuili.Iac.de Sãcto Georgio.l.pfectitia.§.ſi pater.n.4.ff.de iur.dot.Fort.Gartz.d. tract. de vlt.ſi.illat.20.n.349.Eandem dicit eſſe opinionem Alex.d. l.Seius.Tom. Gram.deciſ.103.nu.73. & eam dicit eſſe magis communem Bertr.conſ.215.n.4.&conſ.301.n.2.Et vbi dicit ab ea in iudicando & conſulendo nõ eſſe recedendum,in cõſ. 327.n.4.vol.1.Hanc dicit communem Alciat.c.cùm contingat.n.204.licet ipſe velit contrarium.n.198.de iureiur.

contrariam opinionem,q̃ talis donatio non firmetur iura mento,tenet idem Bart.in l.1.per illum text.ff.de donat.inter virum & vxorem. Hãc opinionem ibi ſequitur Bald.Salic.& Fulg.&tenet Bar.l.cùm quis decedens.§.Titia.n.2.ff.de leg.1. Ang.l.ſi quis pro eo.n.2.ff.de fideiuſſ. Card.Clem.1.§.porrò. n.10.de iureiur.Bald.l.ſi quis inquilinos.§.1.ff.de legat.1.Eandem opinionem tenet Curt.Senior,in conſ.66.n.3. Soc.cõſi. 65.n.12.vol.1.Corn.conſ.223.nu.4.vol.3.Io. Andr.addit ad Spec.tit.de dote poſt diuort.reſtitu.in ſi.Salic.l.2.75.C.de reſcindend.vend.Hanc opinionem amplectitur Alciat.ſupradicto loco, dicens eam ſibi plus arridere, & eam communiorẽ eſſe tenet Chaſſanç in conſuetu.Burgun.vt des droitz.Rubr. 4.§.7.fol.167.n.27.Sed reuera Bart.& doct. per Chaſſanæum relati,ſi rectè inſpiciantur eorum dicta,hanc ſententiam non probant.Non enim loquuntur in donatione vera,ſed in confeſſione dotis receptæ,vt ſi maritus confiteatur ſe debere vxori ſuæ mille,quæ dicit ſe ab ea recepiſſe, & iurat, talis donatio nõ firmatur iuramento,ita loquitur Bar.d.§. Titia.& Doct.ſe rè omnes. Ratio eſt, quia talis confeſſio præſumitur facta in fraudem legis,& iuramentum tale interponit ſuper eo, quod eſt de præterito.Noſtra verò cõcluſio,de qua Bar.in d.l.ſi qs, loquitur in eo caſu,quando iuramentum interponitur ſuper eo,quod eſt de futuro. & tunc locũ habet.d.c.cùm cõtingat: & quæ ibi tradunt doct.ita diſtinguit Imo.ibi, & tenet Soci.l. 1.n.98.ff.ſol.mat.Cur.conſ.95.n.4.vol.2.

QVAESTIO VI.

Quæro, Si ruſticus vel plebeius duceret nobilem & conſtãte matrimonio faceret inſtrumentum,in quo confeſſus eſt,ſe recepiſſe dotem,quam nõ recepit,An valeat talis donatio tãquam remuneratoria, ad recompenſationem inæqualitatis? Reſp.Bart.l.ſi voluntate. C.de dotis promiſſione.nu.2.tenet, q̃ licet talis donatio dicatur ĩ effectu inter virum & vxorem, tamen valet.Idem tenet in l.ſi dmottio ibi,Iaſ.n.9.ff.de verb. obl.Eandem opinionem tenet Bald.l.2.§.fi.ff.ſi cert.peta.Iaſ. l.ex hoc iure.nu.55.ff.de iuſti.& iur.Tiraq.in Legib.connub. in quarta l.n.7.& in quinta l.n.18.& in repet.l.ſi vnquã.verb. donatiõe largitus.n.19.C.de reuoc.donat.Hanc dicit eſſe cõmunem Bald.Nouel.in tract.dot. 10.part.n.7.Curt.iun. conſ. 6,n.20.Couar.epit.4.lib.2.part.c.3.§.3.n.2.& tenet Abb.c. 1. n.8.de adult.Segura.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff. de vulga. & pup.nu.162.Neuiz.in ſylua nupt.lib.2.nu.28.

QVAESTIO VII.

Clarum eſt in iure donationem inter patrẽ & filium in poteſtate exiſtentem iure ciuili eſſe prohibitam. Textus eſt in l. donationes.C.de don.inter virum & vxorẽ. Quæro igitur an talis donatio firmetur iuramento? Reſp.Bal.in l.ſi.in fin.C.de vſucap. pro donato tenet q̃ ſic. Eandem opinionem tenent communiter Canoniſtæ,in d.c.cùm cõtingat.Iaſ.l.pacta,quæ contra.& ibi Docto.communi calculo approbant.C.de pact. Dec.conſ.216.n.2.Pau.de Caſt.in conſ.375.col.2.vol.1. Crauct.conſ.29.n.1.vol.1 Ferdi.Loazes,repet.l.filiusfamiliàs.§. ditui.n.95.ff.de leg.1.Alc.d.c.cùm contingat.n.207. Alex. l.ſi donatione.C.de colla. Eandem tenet opinionem Aret. l. placet.ff.de acq.hære.Pariſ.conſ.69.n.128.vol.3.& communem dicit Grat.conſ.63.n.23.vol.2.Io.Duran.in tract.de arte teſtãdi.ti.3.caut.Eandem dicit communem Anto.Capyc.deciſ.56. n.2.Dec. conſ.239.n.1.conſ.216.n.2. Intellige tamen ſupradictam concluſionem,q̃ donatio inter patrem & filium ſit in ualida,procedere in ſimplici donatiõe,ſecùs in donatione ob cauſam, vt que ſit propter benemerita vel ob cauſam remunerationis,quo caſu tales res donatæ fiunt peculij aduentitij. Namque talis donatio valet.Ita eſt glo.in l.ſi donatione.C.de collatio.quam communiter approbatam dicit Per.Duen.reg. 222.n.1.& tenet Bar.l.ſi forte.n.5.ff.de caſtr.pecul.Nec venit in legitima computanda,vt dicit d.gl.communiter approbata.verb.poſtulas.

Requiritur tamen hoc caſu,q̃ benemerita probentur,nec ſtatur aſſertioni partis.Ita dicit glo.& Bart.vbi ſuprà.Iaſ. rep.l. frater à fratre.nu.44.vbi cõem dicit.ff. de cond. vide tu Mar. Mãt.d.l.ſi donatiõe.& ibi Riminald.Ruin.cõſ.96.n.2.vol.5.

QVAESTIO VIII.

Quæro,An ſi pater tradidit filio libros ex cauſa ſtudij, cenſeatur illos donaſſe.& an poſt mortem eius conferre debeat, vel habeat præcipuos? Reſpon.dixi infrà c.23.q.18.

QVAESTIO IX.

Quæro, Quid ſi pater remittat vſumfructum filio, quem habet in bonis aduẽtitus filij,An valeat donatio? Reſp.q̃ ſic, nõ expectata etiam morte parẽtis.ita tener Bar.d.l.frater à fratre.n.57.quem communiter conſequuntur Doct.ibi,vt dicit Iaſ.n.44.Grat.fol.6.ver.fallit ergò concluſio præmiſſa.

QVAESTIO X.

Quæro,quando cenſeatur quis cauſa mortis donare? Reſp. q̃ donatio cauſa mortis cẽſeatur, ſi in ea de morte mẽtio facta ſit,aliàs donatio inter viuos.ita ẽ text.l.Seia.§.fi.ibi gl.verb. videri.ff.de don.cauſa mort. & ibi Bar.gl.l.fi.C.de dona.cauſa mortis.Hac opinionem tenet Bart.l.quę dotis.ff.ſol.mat.& ibi Guliel. Ponta.n.7. Iaſ.n.26.vbi communem aſſerit Bar.l.ſi. n.11.ibi,Dec.n.20.communem dicit.C.de pact.

QVAESTIO XI.

Quæro,quid ſi in donatione cauſa mortis apponatur pactũ de nõ reuocando,an tranſeat donatio in contractum inter viuos? Reſp.q̃ ſic, ita eſt tex.in l. vbi ita donatur.ff.de don.cau. mort. Et ita expreſsè cõſuluit Alex.℘.14.n.2.vol.1. Eandem opinionẽ tenet Iaſ.d.l.quæ dotis.n.31. Bald.l.2. C.de iur.dot. Ad iudicandum.n. qualitatem cõtractus,non attẽditur ſonus verborum,ſed effectus rei.Hanc dicit eſſe communem Dida. in Rub.de teſtam.2.par.n.12.licet contrarium teneat Bal.l.ſi. C.de pac.Alex.d.l.quæ dotis.

clari iuris eſt,donationẽ, quæ excedit q̃ngẽtos ſolidos,nõ valere niſi inſinuetur.tex. eſt expreſſus l.ſi quis ꝑ redemptione.§.cæteris.C.de don.per quem corrigitur.l.ſancim'.C.e.tit. Hanc opi.tenet Bar.l. Modeſtinus.ff.de don.Bal.l.ſi.C.de iure do.Pau.Pariſ.℘.25.n.53.lib.3. Ruin.cõſ.159.n.6.& 15.vo.4. Hodie tñ ſi fiat computatio aurei ſecũdum valorem iſſius tẽporis, quo lex iſta ℘dita ẽ,donatio ꝓmittitur vſq; ad octingẽtos ẽt aureos. Nõ enim hodiè tãti põderis ſunt aurei, ſed minoris.Cùm olim 72.faciebãt libram auri,poſtea 96.tñ, vt dicit Bar.in rub.C.de vete.numiſma. Ang.ĩ l.ſancimus.n.4 Nõſtris aũt temporibus plus quàm cẽtum & viginti ad librã auri conſtituendam requiruntur. Vnde ſi fiat computatio ad anti qua tempora, ſequeretur etiam donationem vltra mille aureos valere: vt dicit Duen.reg.224.limita.vltima.

QVAESTIO XII.

Quæro, an hæc concluſio procedat, vt requiratur inſinuatio in remiſſione facta per creditorem debitori? Reſp.q̃ ſic:& ita communiter teneri firmat Cagn.l.ſi quis obligatione.n.5. ff.de reg.iur. Eandem dicit communem Decius.l.creditori.n. 12.C.de pac.Iaſ.l.ſi mulier.n.1.C.de condi.cau.da. Alex.in ℘. 138.n.28.vol.2.& d.l.creditori.Roma.l.Modeſtinus. n.41.ff. de don.Remiſſio enim donatio eſt.

QVAESTIO XIII.

Quæro,quid in donatione remuneratoria & mutua? Reſp. q̃ abſq; inſinuatiõe valet,ita ẽ text.l.ſi pater.l.Aquilius regul'. ibi gl.verb.nõ meam.ff.de don.Hanc opi.tenet Bal.in l.illud. n.8 C.de ſacroſ. eccl. Iaſ.l.ex hoc iure.n.53.ff.de iuſti.& iure. Talis.n.donatio nõ eſt propriè donatio.ſed quædam compẽſatio.Et hæc eſt communis,vt dicit Cur.iun.conſ.81.nu.5.

QVAESTIO XIIII.

Quæro,quid in donatiõe iurata? Reſp.Guliel.de Cun.Alb. & Bal.in l.illud.C.de ſacroſ.eccl.tenẽt, q̃ donatio,ſi nõ ſit inſĩ nuata,nõ valeat,etiamſi iurata ſit. Hãc dicit eſſe cõem Barba. ℘.16.n.10.& 16.vol.2. Alex. ſibi ℘rius in addit.ad Bar.l.poſt mortẽ.ff.de adop. Barb.℘.22.vol.4.Ruin.cum multis p̃ cum relatis,in ℘.159.nu.6.vol.4.Crotus in repeti.l.nemo p̃t.ff.de leg.1.Soc.iun.conſ.69.n.39.vol.1.& plures alij relati per Tiraq.in l.ſi vnquam.in præfat.n.153.C.de reuoc.dona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contraria tamen opinio magis communis est, si authoritates numerentur,& tutior:eam tenet Io.de Imo.c.cùm contingat.n.90.de iureiur.Alex.cõs.4.n.x.vol.1.asserẽs hanc opinionem esse veriorem,secundum quam semper consuleret& iudicaret.Eandem opinionem dicit communem Paris.cons. 69.n.95.vol.3.Eandem dicit communem Ias.cons.51.vol.1. Dec.ꝯs.239.n.3.& cons.488.n.5.& hãc tenet Alex.d.l.nemo potest.ff.de leg.1.Fab.§.&cũ retrò.n.3.insti.de dona.Hãc quoque dicit communem Soci.iun.consi.67.n.20.vol.2.Matt.de Affli.c.j.n.36.de feu.dato in vicem leg.commissor.&eam tenẽt plures docto.relati per Tiraq.d.l.si vnquam. Posset tñ attẽtari prima opinio,ꝙ iuramentũ nullum effectũ haberet tãquam contra vtilitatem publicã, & ꝺ bonos mores:sed à posteriori nõ est tutum recedere.Vbicũque enim seruari potest iuramentum sine interitu æternæ salutis,seruandum est.

QVAESTIO XV.

Quæro,qd in donatione facta ecclesiæ vel pio loco? Resp. ꝙ valet absque insinuatiõe.Et est communis opi.vt dicit Fel. c.ecclesia sanctæ Mariæ.n.82.de cõst.Ripa.lib.3.Resp.c.11.n. 10.Paris.cons.70.nu.23.vol.4.Rebuffus de priuileg.Schola. priuileg.64. Vbi dicit idem in donatione facta scholari tanquam pia. Mich.Grassus.

PRO.donationes causa mortis legatis comparantur.l.1.ff. si quid in frau.patro. Bellon.

PRO.donationes inter virum & vxorẽ, sunt prohibitæ,ne mutuo amore se spolient.l.1.ff.de don.inter virũ & vxor.Idẽ. donationem factam per clericum concubinæ etiam interueniente iuramento nõ valere, secũdùm communem Doct. sententiam.duo insignes recentiores ꝯsulentes Aymon.Crauet.in ꝯs.229.& Rol.à Valle,in ꝯs.98.ĩ 1.Tom.multis fundamentis & doc.authoritatibus allegatis ꝯsulendo scripserunt. Licet alij ꝓriam sententiam secuti fuerint, quos recenset Ripa in l.miles.n.12.ff.de re iud. Sed & ipse ante Crauet.& Rolandum priorem sententiam defendit. kircho.

in donatione si talis clausula apposita fuerit,videlicet,quæ omnia & singula promisit attendere,obseruare & non cõtrauenire, &c.non dicitur factus transitus ad donationem inter viuos.Bald.in l.cum quis.ver.sed quid si dixi.ff.de cõdic. cau. data.communis tamen docto.sententia est in contrarium, vt Rol.à Valle, in d.consil.8.nu.26.& 37.in 1.Tom.sententiam Baldi post Boerium in Deci.353.in 2.parte explicãs, pulchrè & latè prosequitur. kirchouius.

donationem omnium bonorũ presentium & futurorũ nõ valere communi doc.voto receptũ est Bar.in l.stipulatio hoc mõ.n.5.addens rationẽ in primo mẽbro,aut promittit bona, & tunc aut omnia bona præsentia & futura,& nõ valet, quia auffert liberam testandi facultatem per indirectũ.nam nullus hæres eẽ vellet sine cõmodo. Pau.d Ca.ibid.n.3.Ias.n.10.ver. nã habeo.Zas.n.52.vers.tertia ꝯclusio.Hiero.Butigella.n.45. ff.de verb.obl.Bar.in l.fi.n.16.Ias.n.33.Dec.30.Hieron.Cagn. copiosè & eruditè n.237.cum seq. C.de pac.Pe.Phil.Cornæ. in ꝯs.60.n.15.vbi inter cæteras rationes ipse & hãc rationem assignat,quia vicem testamẽti obtinet.l.hæreditas.C.de pact. cõuentis.vol.2.cons.Licet multi doct.cõtrariam sententiam amplexi fuerint,vt liquet ex Alex.annotationib.in d.l.stipulatio hoc mõ.n.14.cum seq.& Io.Crotti.n.91.tamen Bartoli& aliorum sententiam receptã, eamq; cõmunem esse inquiunt Bal.in c.in præsentia.n.36.ext.de prob. Lud.Ro.in ꝯs.171.in prin.ver.tenentis talem donationem nullam fore. Et hæc cõmunis opi.confirmatur rationib.Panor.in ꝯs.47.& 48.nu.1. ver.sed his nõ obstantibus in 2.par. cõs.Ias.d.l.stipulatio hoc mõ.d.n.10.Io. Crottus d.n.91.& n.97.Dec.in d.l.fi.d.nu.10. quam doctrinam ẽt procedere volunt doc.cõiter in d.l.stipulatio.etiamsi iuramẽto fuisset firmata.Io.Franc.de Ripa in respon.3.n.1.& 2.tit.de dona. & gratiis perficien.& reuoc. pag. 84.li.mei.vbi ipse reprehẽdit Cornæ. ꝓriam sentẽtiam approbantem.in ꝯs.251.n.6.vol.3.ꝯs.quia iuramẽtum est ꝺ bonos mores. Et hanc sentẽtiam probabiliorem esse addit ibidem ipse Ripa.nam iuramẽtum nõ cõualidat dispositionem impedientem liberam testandi factionem,cũ id repugnet charitati proximi,& ꝺ bonos mores censeatur,ideò nõ firmari iuramẽto inquit Cagnol.in d.l.fi.n.262.ver.septimò limita.Sequitur quoque eãdem Rol.à Valle,in ꝯs.39.n.1.in 1.Tom.ꝯs.Et hãc decisionem nõ procedere addunt nõnulli docto.si facta fuisset cum reseruatione vsufructus Pau.de Ca.in ꝯs.101.inci.notandum est fm antiquam impressionem.& idẽ Pau.de Ca. in l.fi.n.10.C.de pact.sed Bart.in d.l.stipulatio hoc mõ.n.5. ver. idem pluto & aliorũ Pau.de Ca.ibid.n.3. Alex.n.18.Ias.nu.18. sententiam existimantium donationem valere reseruato vsufructu,per rationes ibi relatas quas multi alij sequuntur,quia donãs de fructibus testari pt idem Bar.in d.l.fi.n.11.vers.item de fructibus Lud.Ro.in ꝯs.26.in prin.& posset dici,qã de fructibus percipiendis donator testari possit, qa possit supersse de quo ipse testaret.Lud.Gozad.in ꝯs.87.n.11.Cagnol.in d.l. fi.n.240.vbi ipse egregiè latiùs hãc doctrinã prosequitur.addit;q; n.246.à sententia Bar.nõ esse recedendum.Cæterũ si facta fuisset donatio cum aliqua reseruatione alicuius quãtitatis,de qua posset donãs testari,admitteretur illa. Barth.Socy. in ꝯs.101.nu.1. affirmans hanc opinionem communem esse in 3.vol.ꝯs.sequitur eandem adductis pluribus cons.aliorum Rol.à Valle,in d.cons.39.n.3.etsi idem Rol.in cons.65.nu.5. eo.Tom.ex sentẽtia aliorum doct.ibi allegatorum voluerit, indistinctè donationem omnium bonorũ præsentium & futurorũ valere, si donator sibi reseruauerit vsumfructum. qa de fructibus percepturis poterit donans testari. nam licet vsusfructus finiatur morte.§.finitur.inst.de vsufruct.Fructus tamen percepti viuente vsufructuario pertinent ad eius hæredem.ita quoque asserit Socy.iun.in cons.153.n.20.cum seq. in 1.part.cons. kirchouius.

donator promittens non reuocare donationem ex quacũque causa,vel ingratitudine futura,nõ obstãte pacto hoc,supueniente ingratitudine vrique potest eam reuocare,& sic pactum ꝙ reuocari donatio nequeat ratione cuiuscũque ingratitudinis committendæ non valet.nec tenet,secundum Bart. Paul.castr.Ias.n.17.& Bolognettum,sub n.96.in l.fi.C.de pactis.Bald.in l.fi.C.de bonis que liber.Salyce.in l.pactum.C.de colla.Spec.ĩ tit.de donatio.§.j.ver.quid si actũ sit,Ant.& Imo. in c.fi.de donatio.Corn.cons.102.n.7.cum aliis seq.vol.1.Roma.cons.26.Alex.cons.40.vol.4.& in l. stipulatio hoc modo concepta,n.23.ff.de verb.obl. & ista est communis opi.vt per Mod.ibi,& Rubeum cons.64.n.1. hoc verò limitatur nõ procedere,vbicunque interueniret iuramentum, nam tũc,etiam ingratitudo futura posset remitti,& pactũ istud firmaretur dicto iuramento,secũdum Io. And.in add.Spec.in d.§.1.ver.qd si actum sit. Io.de Imo.cons.35.Alex.in d.cõs.40. Fel.in c.si diligenti.de for.comp.Ias.in d.l.fi.C.de pact.n.17.Alex.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.n.23.vbi ait opinionem istã veriorem,communem,& in practica seruari,& sequitur Soc.ꝯs. 53,vol.1.Aquen.in d.l.stipulatio. Bauer.in trac.de virtute iuramen.casu.38. Ripa,in repeti.l.fi. C.de reuoc.donatio.q.54. Tiraq.in l.si vnquam eodem tit.& Rubeus, in d.cons.64.n.3. vbi ita consuluit,& prædictæ opinioni inhæret quoque Bolognettus,in d.l.fi.C.de pac.nu.97.& seq.& istorũ assertio adeò clara,cõmunisque est & iure probatur,vt nefas sit eam in cõtrouersiam aliquam mittere.in cõtrariam verò partẽ,vt huic hæredi seu donatario indigno hæreditatem vel donationem testator adimere possit,& periurium nõ incurrat,ac committat,inclinarũt gl.in c.vltima volũtas.3.q.3.& ibi Arch. Corn. consil.224.vol.4.vbi appellat istam esse communem opinionem quam sequitur,& communiter teneri,ait Alci. in c.cùm contingat.n.39.de iureiu.Bar.in l.si duobus.§. idem respõdit. ff.pro socio.Cy.in l.1.in fi.C.de sacros.eccles.& Ang.de Gambel.in trac.de testam.in gl.& iurauit non reuocare,& licet primam opinionem Alex. & Soc.n.50.in d.l.stipulatio hoc modo concepta,asserant communem esse Legistarum,nihilominus ingenuè fatentur quoque contrariam præmissam esse communem sententiam Canonist.de qua per Mayner.& Cagnol.in l.nemo potest mutare.ff.de reg.iur.per Alci.vbi 8.nu. 77.per Moder. in tract.de testamen. par.2.n.15. & Cur.cons. 33.nu.21.Sed ipse inhæreo memoratæ opinioni Legistarum tanquam turiori,& communiori. F.Vinius.

donator habet priuilegium, vt nõ exigat nisi in quãtum facere pt habita ratiõe ne egeat.lege inter eos,& l.ne liberalitate.ff.de re iudi.vbi tex.assignat rationẽ,videlicet ne liberalitate sua inops factus periclitetur, declara hoc habere locum in donatiõe ex liberalitate donãtis emanata, secus verò in donatione facta ob causam,quippe qa illa nõ est propriè donatio, nec liberalitas.l.j vbi gl.Bart.in l.Aquilius Regulus,& ibi Rapha.Cum.ff.de don,quem sequit Ang.in l.sed hoc ita.in prin. ff.de re iudi.Roma.in d.l.inter eos.n.3.vnde si donator,aduerte,diceret se nõ habere nisi pdiũ,ex quo pcipit alimẽta,& si vltra,donatario asserẽti ꝓrium hoc casu incũbit onꝰ probãdi.l. fi.§.licet.C.de iure delib.&tenet gl.in l.cum de lege.ff.de iudi. quã sequit Ias.post alios relatos p eũ,Bal.ꝯs.60.vol.4.Roma. ꝯs.222.in fi.Pau.castr.ꝯs.72.& cons.212.vol.1.Alex.cons.41. in fi.li.3.cõs.71.lib.4.& cons.16.lib.5.& Gozadi.cons.94.& Cur.iun.cons.150.qui asserit dictam gl.in d.l.cum de lege.cõmuniter approbari,quæ gl.de plano procedit,quãdo præsumptio est pro negante aliquid de pluri esse secundum Ias.cons. 34.lib.1.& in l.ii constante.ff.sol.mat. F.Vinius.

Dona

Universidad de Deusto

Donator etiam ſi voluntatem ſuam mutauerit,in donatione cauſa mortis ,ſi tamen poſtea contingant illum decedere abſque hærede ex teſtamento , vel ab inteſtato, donatio non cenſetur reuocata.Hanc opinionem notat Clarus ex Didaco frequentius receptam.§.donatio.q.24.ver.in hoc tñ. P.Fich.

donator poteſt etiam ob alias cauſas quàm in l.ſi. C.de reuocan. donat.expreſſas, reuocare donationem.communem dicit Clarus in §.donatio.q.21.ver.huius. Idem.

donatori aſſerenti ſe ob benemerita donaſſe , plena fides adhibenda eſt,vbicunque donare eam rem,de qua agitur prohibitus nō erat,ſecundum Bar.reliquoſque omnes.in l.ſi fortè.ff.de caſtr. pecu. Pau.caſt.in l.Attilius Regulus.ff.de donatio.doc.omnes communiter,in l.ſi donatione.C. de collatio. Guidonem Papę.q.95.Bertr.conſ.3.& 154.vol.3.Barth.Soc. conſ.295.vol.3.& Deci. conſ.20.& conſ.531.& iſta eſt vera, communiſque opinio, ſecundum memoratos Doct. omnes. Sed donatori aſſerenti merita præceſſiſſe non creditur,quando donare liberum non erat,vt latè ſcripſimus,in 1.par.in opinio.75.exordiente donatio inter virum,& vxorem,in ſecũda limitatio. F.Viuius.

donatarius partis bonorum nō tenetur ſoluere debita donatoris in toto, nec in parte:ſed ad ea compelli poteſt hæres, niſi donator non eſſet ſoluendo , aut non habeat hæredem, aut donatio facta eſſet in fraudem creditorum, aut diſcuſſione facta ageret in tertios poſſeſſores,teſte Dec.conſ.237.poſt Rom.conſ.189.nu.3.vbi quòd onus æris alieni non ſequitur donatarium.tex.in l.æris alieni.C.de donar. Put.

donatarius rei Emphyteuticæ nō debet apprehendere poſſeſſionem ſine conſenſu Domini. communem dicit in §.emphyteuſis.q.15.ver.Arbitror tamen. P.Fich.

donatarius ſi donatori indigenti alimenta denegauerit,poterit reuocari donatio.com.§.donatio.quæſt.21.ver.quid ergo. P.Fich.

donatarij præſentia cum taciturnitate,conſenſum inducit: & donationis validitatem. Hier. Cagno. in l.ſemper qui non prohibet.n.5.ff.de reg.iur.communem dicit. Viuius.

donatariorum principis præfertur qui primò dono habuit in tempore, non cui fuit res tradita, ſecundum communem per Burſ.conſ.116.n.25.li.1.ex Iaſ.in l.quoties.C.de rei vẽdi. n.10.& vide quæ idem Burſ.ſcribit conſ.78.poſt n.6.eo.lib.

dormiendo crimen committens excuſatur, quia non cenſetur tunc cõpos mentis. intellige tamen quando aliàs ei dormienti talia euenire non ſolerent, nam ſi aliquando ipſi ſoleret contingere vt ſi à lecto ſurgeret.& enſem euaginaret, vel ſimilia faceret, tunc ſi ipſe nõ præcauiſſet claudẽdo hoſtium, diceretur eſſe in culpa, & puniendus eſſet pœna extraordinaria.com.dicit Didac. in repe.clem.ſi furioſus.n.6. Plaza lib.1. delict.c.31.nu.3.& ita quoque tenet Bart.in l.pe.ad l.Pompe. de parricid.Clar.d.§.ſi.q.60.ver.quæro etiam. P.Fichard.

PRO.dos nõ pt eſſe ſine matrimonio.l.4.ff.de iur.do. Bell.

PRO.dos eſt proprium patrimonium filiæ.l.pater filiam.ff. ad legem falcid. Bellon.

PRO.dos ſecũdum facultates mulieris, & dignitatem mariti & vxoris eſt conſtituenda, lege quæro. & lege inter ſocerum.§.gener.ff.de iur.dot. Idem.

PRO.dos ſuccedit in locum legitimæ.in l.quoniam nouella.C.de inof.teſtam. Idem.

PRO.dos à patre profecta ad patrem redire debet. l.dos à patre.C.ſol.matr.Hoc intellige,niſi ſuperſtitibus liberis filiæ. ita doct. communiter volunt.vt in l.inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pact.dotal. Idem.

dos vniuerſale, atque incorporeum ius dicitur.commune dicit Ripa.in rubr.nu.43.ff.ſoluto matrimonio.& ex eo tempore cenſeri incipit , ex quo nuptiæ celebratæ ſunt , & ſi nec matrimonium adhuc copula conſummatum fuerit,nec vxor ad viri domum deducta ſit : locũque ſtatutis inde faciet, quæ ipſius partem aliquam mortua abſque liberis vxore marito addicunt.receptunt effantur Corn.in leg. non ſine C.de bon. quæ lib.& conſ.84.lib.3.Bal.Nouel.de dote part.6.priuil.38. Rol.in tract.de lucro dotis q.16.nu.9.Viuius lib.1.opin.3 19. Tametſi cõtrarium receptũ aſſerant Soc. in l.cum fuerit.ff.de condit.& demonſtr. Dec.conſ.67.Fel.in rubr.de ſponſal.Rip. in rub.nu.68. ff.ſoluto matrimonio & ante eos ſibi aduerſus Corn.conſ.248.lib.2.c.quorum ſcriptis poſteriorem opinionem frequentius doctoribus probari , priorem verius efferri duco.& vide infra ver.maritus. Suarez.

dos cauta tantùm vel confeſſata,vbi nõ conſtat realiter eſſe numeratam,non habet priuilegium prælationis ,ꝓtra alios creditores.communem dicit Minſ.Obſerua.61.cẽt.1. I.Fich.

Fallit , niſi alij creditores ipſi quoque nihil habeant præter literariam cautionem,ſuper eorum creditis confeſſatis,quia tunc cum vtrinque par ſit conditio, mulier adhuc præfertur, etiam in cõfeſſata dote,tanquam fauorabilior ratione dotis, vt ibidem latiùs idem Minſingerus.

Item nota,ꝙ etiam ſi excedat hæc donatio quingentos aureos,& non ſit inſinuata.morte confirmatur.Secundũ magis communem opionem vt per Bellon. in d.conſ.4.nu.11.contra Cur.iun.conſ.95.in fi.& vide Bello.ibi de valore quingentorum aureorum,ad quorum numerationem eſſe attendendum dicit ꝙ72.aurei in tempore l.fancimus.C.de don.per gl. in l.fi.ff.de ĩius voc.& Iaſ.in d.l.fi.& in l.2.§.ex his ff.de verb. obl.faciebant libram auri,Et aurei moderni ſunt minoris valoris,quia 96.aurei faciũt libram vnam.& ſic libra variata eſt in 4.parte valoris:& ſic valebit donatio vltra ſeptingẽtos aureos vt per Paul.in l.fi.C.communia de leg. & ſequitur Fel.in c.conquerente.de of.ord.

de iure regio iuxta pragma.120.c.1.quingenti aurei de quibus in d.l.fancimus. ſunt mille aurei:de quibus nunc vtimur. Nam per dictam pragma. taxatur Marca auri in 75.aureis: & marca eſt medietas libræ,libra enim ex centũ & quinquaginta aureis conſtat qui computati iuxta d.l.ſancimus,excedunt millenarium.Sed nota verbum Alcia.in l.hæc enũtiatio.ff.de verborum ſignificationibus vbi dicit,nobis videtur aureum quo hodie vtimur ex generali omnium populorum conſuetudine,ſubrogatum eſſe illi veteri,& ideò que de ſolido,de iure ciuili ſtatuta ſunt : ad noſtrum vſum licet leuioris referenda ſunt.

Sublimita primam limitationem,ad præiudicium creditoris:quia licet præiudicet hæredibus matris, non tamen creditoris.Bello.cõſ.47.n.4.communem dicit,quem vide & nota.

Nota,ꝙ creditores,ad hoc ꝙ eis non præiudicet:debẽt opponere exceptionem non numeratæ dotis intra tẽpora iuris, aliàs præiudicat eis:& nocet confeſſio. Matthæ.de Afflict.de cif.402. communem dicit. licèt alij tenuerint contrarium vt per Coua.in reſo.lib.1.c.7.n.6.vbi nititur concordare:dicens ꝙ hæc communis opi.procedat cum cõfeſſio preceſſerit matrimonium:ſi tamen poſt matrimonium, cõfeſſio emanauit: non præiudicat creditoribus, quin poſſit etiam poſt tempus exceptionis non numeratæ dotis opponi. & dicit hoc eſſe ex mente Bart.& doctorum in l.ſi conſtante. ff.ſol.matr.qđ not.

dotẽ tenetur preſtare pater filiæ:etiam nuptæ,& poteſt cogi officio iudicis,Pau.de Caſt.in l.ſi ſocer.ff.ſolu.mar. Ant.de Tremo.in addit.ad Bona.in prac.excep. in rub.quib. mod.ciui.n.12.in verbo quaſi caſtren.communem dicit.

Amplia primò , etiam ſi contraxit matrimoniũ abſque ſua voluntate,etiam ante vigeſimum quintum:ſi contrahat cum digno.Cur.iun.in auth.res quæ,n.25.C. communia de legat. communem dicit.

Amplia ſecundò,etiam ſi maritus ſit diues,Frau.de Ripa in l.1.ff.ſol.mat.n.54.communem dicit.

Amplia tertiò,etiam ſi filia ſit dotata, & perdiderit dotem; non tamen ſua culpa,tenetur pater iterum dotare, Io. Lupus in repet.c.per veſtras de donat.inter vir.& vxor.§.27.n.6.cõmunem dicit exploſa gl.in l.2. verb.dos.ff.ſol.mat. quæ dicebat in quocunque caſu patrem teneri. Et nota ꝙ ſi pater præſtitit dotem priori viro:& filia ſecundo cõtrahat,& præſtetur dos per patrem:cenſetur animo compenſandi,& non dicitur de nouo præſtare. Boe.dec.137.communem dicit ex Bart.in quæſt.an mulier habens amplam dotem.

Nota iſtas communes ad intel.l.3.tit.11.par.4.mater tamẽ filiam dotare nõ compellitur l.fi.C.de iur.doti.quod fallit in matre hæretica,vel Iudæa.filia autem catholica.l.9.tit.2.part. 4.& Io. Lupus in reg.iur.de donatio.inter vir.& vxor.§.21.n. 4.pro quo adducit l.9.tit.2.par.4.

Amplia quartò,ad auum paternum:qui tenetur neptem dotare.d. Io. Lupus in repet. c.per veſtras.§.27.num.1.communem dicit.

Concor.cum l.8.tit.11.parte 4. quando filia non habet vnde ſe dotare poſſit.

Amplia quintò, ad fratrem qui tenetur dotare ſororem ex eodem patre natã.Io. Lupus ĩ rep.d.c.§.27.n.13.cõem dicit.

de iure regni videtur idem innuere l.18.tit.16.part.5.& ꝓ ea eſt l.4.tit.1.lib.5.ord. quæ loquitur de ſorore contrahente matrimonium ſine licentia fratris. B.Villalo.

dos profectitia,mortua vxore,nõ patri ipſius defuncti, ſed eius liberis competit.Eſt verior de iure opi.& communior de conſuetudine,ſecundum Soc.conſ.9.vol.1. M.Chærian.

Pater poteſt filiam in dote tantum à ſe profecta,& iam data,inſtituere.Eſt magis communis opi.ſecundum Alex. conſ. 176.viſo.vol.5. M.Chærian.

Dosper

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dos per actionem ex ſtipulatu exigi poteſt: licet nulla fuerit adhibita ſtipulatio, ſecundum nouam conſtitutionem, l. vnicæ. in princ. C. de rei vxo. actio. vbi Bart. & omnes communiter hoc firmant & ob talem conſtitutionem receſſum eſt à l. ad exactionem. C. de dotis promi. vbi dos nuda pactione cõſtituebatur, pariebatq́ actionem ea conſtitutio, qua dotem exigere maritus poterat, Paul. verò Caſtren. contra omnes conatur defendere poſſe per d. l. vnicam, nõ eſſe correctam, l. ad exactionem, tamen iſta Paul. opinio non videtur tuta, ſecundum præcitatos Doct. ideo inhærendum eſt dictæ communi: Aduerte autem quod quemadmodum mulieri, ſoluto matrimonio, datur actio ex ſtipulatu per d. l. vnicam. ita etiam in fauorem mariti conceditur ipſi eadem actio ad petitionem dotis promiſſæ, ſecundum gl. in l. ſi diuortio. ff. de verb. obl. & in d. l. vnica. in §. fuerat. cum qua ſentit Bart. aliiq́ue omnes communiter ĩ locis allegatis, & ĩ l. q liberos. ff. de rit. nup. F. Viuius.

dos dicitur eſſe ius vniuerſale, & incorporale, communem dicit Rip. in Rub. ff. ſol. mat. n. 43. B. Villal.

dos competens non dicitur: ſi ſit minus legitima. Decius ℘. ſ. 379. n. 4. & 181. n. 5. communem dicit. Idem.

dos eſt magis priuilegiata, quàm fiſcus. Alci. de præſump. re. 3. præſump. 23. nu. 4. & Goza. conſ. 97. num. 12. commun. dicit. Idem.

dotem permutare mulier poteſt cum marito: communem dicit Per. And. Gamma. in repet. c. 1. de permut. lib. 6. in princ. nu. 82. I. Fich.

dos propriè dicitur ante copulam, & traductionem vxoris, adeoq́ue vir habebit lucrum ex diſpoſitiõe ſtatuti, ℘ mortua vxore ſine liberis, vir lucretur tertiam partem dotis, communem dicit Corn. in l. non ſiũe. poſt Bald. & Fulgo. C. de bon. libe. idem Corn. conſ. 84. licet eleganter, libr. 3. & Bald. Nouel. communem quoque appellat in tract. de dote, in 6. parte priuileg. 38. Sed contrariam opinionem communem dicit Soc. in l. cum fuerit ff. de condit. & demonſt. Fel. in Rub. de ſpõſalibus. Decius conſilio 67. Corn. ſibi contrarius cõſ. 248. in præſenti conſultatione. lib. 2. vt per Rip. in rub. ff. ſol. matr. n. 68. B. Villal.

dos propriè dicitur, ſoluto matrimonio, cõmunem inquit idem Ripa ibidem n. 71. & 72. quæ intelligitur ante reſtitutionem, vt latè proſequitur Soc. conſ. 121. viſa contingentia. lib. 1. de quo per Ripam vbi ſuprà.

Amplia etiam ad hypothecam tacitam: Fanus de pigno. & hipo. in 2. par. mem. 4. n. 109. communem dicit.

Nota quòd priuilegium tacitæ hypothecæ competens doti, nõ tranſit ad extraneum. Fanus ibi n. 97. communem dicit.

Bona mariti, etiam minoris ſunt tacitè hypothecata pro dote. idem Fanus. n. 73. communem dicit. Idem.

dos data ab auo matri computatur nepotibus ĩ legitimam. Curt. iun. conſ. 180. n. 2. & Ripa lib. 3. de don. c. x. n. 3. & Alci. de præſump. re. 1. præſum. 16. n. 4. in fi. comm. dicit. Idem.

dos reſtituta, ſi alteri eſt reſtituẽda dicitur dos. ſi tamen nõ eſt reſtituenda, dos non dicitur, Laſ. in l. maritus. nu. 9. C. vnde vir & vxor. communem dicit.

dos nõ eſt reſtituenda mulieri: nec competit actio ei de dote durante matrimonio, niſi in caſu inopiæ viri, vel alterius obligati ad reſtituendam dotem. Fanus de pig. & hipo. part. 8. mem. 1. n. 1. comm. dicit.

Nota iſtam communem cùm ſequentibus ad intel. l. 29. ti. 11. part. 4. & vide quæ habes in verbo actio dotis, n. 18. cum ſequentibus.

Amplia etiam, ſi maritus ſit excommunicatus. Io. Cora. in l. qui liberos. n. 112. ff. de rit. nup. communem dicit.

Amplia ſecundò, etiam ſi dicatur dos inofficioſa: quia non repetitur à viro durante matrimonio. Io. Lupus in repet. c. per veſtras. de don. inter vir. & vxo. §. 24. n. 3. communem dicit, de qua per Coua. in epi. 4. c. 8. §. 6. n. 12.

Amplia tertiò, ℘ in tantũ eſt verà: quod ſi maritus reſtituit dotem ſine cauſa mulieri: non liberatur maritus, quin teneatur reſtituere iterum dotem hæredibus vxoris. Io. Cora. in d. l. qui liberos. n. 114. communem dicit. Idem.

dos à patre profecta, ſoluto matrimonio, debet apud filios remanere. Cur iun. conſ. 43. n. 9. communem dicit.

Amplia etiam, ſi per patrem ſtipulata ſit ſibi reuerti liberis ſtantibus, ſi liberi adſunt tempore mortis filiæ, ſtatim eſt dos ipſius matris: & filij ex ſucceſſione matri veniũt, & nõ aui. Io. Nic. in l. generaliter. n. 46. C. de ſecun. nup. cõem dicit. Idem.

dos confeſſata, durante matrimonio, non valet, nec confeſſio, Laſ. conſ. 32. vol. 3. communem dicit. de qua per Bello cõſ. 47. & Boe. deci. 330. & Io. de Ripa in l. fœminæ, n. 36. C. de ſecun. nupt. Et non aſtringit maritum. Lud. de Goza. conſ. 28. n. 22. communem dicit.

Amplia, etiam ſi ſit iurata talis confeſſio. Cur. iun. conſ. 95. n. 4. cõmunem dicit. de qua plenè per Coua. ĩ ſuis reſo. li. i. c. 7.

Limita primò, quo ad effectum donationis: quia licèt confeſſio nõ prę̃iudicet viro: tamen habet vim donationis: & cõfirmatur morte donantis. Io. de ripa in l. fœminæ. de ſecund. nupt. n. 36. C. communem dicit. de quo in verbo, confeſſio.

Nota, & intellige iſtam communem, in confeſſione facta poſt annum contractus matrimonij de iure regio: argumẽto l. 3. tit. 12. lib. 3. For. ll. vbi validatur donatio coniugum inter ſe poſt annum contractus matrimonij, ſi nõ ſint filij legitimi: & coniuges poſſunt poſt annũ facere inter ſe ſocietatem omnium bonorum: l. 9. ti. 6. lib. 3. For. ll. de quo per Io. Lupum in repe. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. cum cõiuges ſint ſocij in damnis, & delictis. l. 14. tit. 20. libr. 3. For. ll. Fallit tamen d. l. 24. ſi ipſa mulier renuntiet commodum ac damnum l. 227. ſtyli. cum qua concord. l. 60. in ordi. tau. Item ſi maritus, & vxor inſolidum obligentur: mulier tenetur, ſi cedit obligatio in fauorem illius, aliàs tamen non niſi obligatio fiat pro debito fiſcali: quia licet nõ ſit verſum in commodum mulieris, nihilominus tenetur l. 61. tau. Nec obſtat l. 25. tit. 12. par. 5. qa illa lex loquitur, quando maritus ſolus obligat. quia tunc bona mulieris non cenſẽtur obligata: ſecus tamen, quãdo ipſa obligatur. vt in d. l. 61. item nota dictũ ſolemne Petri de Anchara. conſ. 308. quod cõfeſſio dotis poſt 10. annos habetur ac ſi fuiſſet verè numerata.

Limita ſecundò, ſi præceſſit, antè quàm matrimonium cõtrahat, promiſſio dotis: & poſt ℘ctum matrimonij ſequat cõfeſſio ſtatim: valet confeſſio. & non opponi exceptio nõ numeratæ dotis: cũ præſumatur donatio, Bello conſ. 4. n. 7. communem dicit. ex Bal. Cyno, & Paulo in l. cõtractibus. C. de nõ numerata pecunia, & Matthæus de Afflictis deciſ. 402.

Item nota, ℘ in tantum hoc eſt verum, ℘ donatio hæc præſumitur ex confeſſione dotis: & ℘ non ſit ſub ſpe numerationis, ℘ etiam ſi non apponatur renuntiatio non numeratæ pecuniæ: non poteſt opponi. Soci. conſ. 79. volu. 4. communem dicit, & Rub. conſ. 78. magis communem dicit.

Item nota, ℘ confeſſio mariti de dote recepta habetur pro traditione. Bellonus conſ. 4. n. 10. communem dicit. Idem.

dos cõfeſſata à marito ſiue ante matrimonium, ſiue eo cõſtante, ſiquidem præceſſit inſtrumentum dotale, quo dos ipſi marito fuit promiſſa, verè numerata præſumit. ℘ tex. inſignẽ in l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non numer. pecu. Hanc ſententiam poſt multas allegationes communem dicit Couar. lib. 1. varia. reſolu. c. 7. n. 6. I. Fich.

Quæritur, an pater qui ℘ filio ſuo & eius nomine dotẽ nurus ſuæ recepit, ſi poſtmodum illã de ipſius nurus iuſſu & cõſenſu, ipſi filio ab ipſo patre, ſeorſum habitãti reſtituat, liberet ab actiõe de dote, ita ℘ mortuo poſtmodũ dicto filio, à nuru moleſtari nequeat, Bart. ĩ l. ſane. ff. de iur. dot. tenuit, ℘ adeò liberatur, ℘ amplius ab ipſo ſocero nurus petere nõ poterit. allegat Richard. Malumb. idẽ firmat Pau. de Caſt. ibidẽ. Sed aduertendum eſt, quia & Bart. & Caſtr. loquuntur qñ filius tpe reſtitutionis à patre emancipatus erat, & ſic reputabat extraneus, l. vnica. §. extraneũ. C. de rei vxor. actio. Nec reputat de familia, & agnatione, l. de tutela. ff. de ca. deminu. Bart. in l. i. §. domini. ff. ad ſenatuſcõſult. Syl. & tũc nõ vr̃ procedere regula l. de die, & l. Attilicin⁹, ff. de pact. dot. q̃ habet, ℘ mulier ex ſuo ꝺſenſu ꝺditionem ſuam, quoad dotem, deteriorem facere nõ ꝑt, quia procedit qñ cõditio deterior fieret fauore viri, ſecùs ſi extranei. Bal. Nouel. trac. ſuo de dote, priuileg. 34. ver. Vnde ꝑt dici. alleg. quod habetur in ſimili in l. 2. in prin. ff. ſol. matr. vbi legitur ℘ mulier à viro petere poteſt, vt dotem ſuam alteri, per viam delegationis reſtituat in euẽtum ſoluti matrimonij, & licet nõ cogatur vir qñ aliquod ſibi ex ipſa promiſſione contingere poſſe ſuſpicatur præiudicium, ſiue damnum, vbi tñ ſuſpicio ceſſat, cogit, vt probari dicit ibidẽ à ꝺtrario ſenſu, & nihilominus accidere poſſet ℘ ſic, reſtituẽdo ſoluto matrimonio, remaneret mulier ipſa indotata, nec cõſideratur, ℘ ex illo ſuo conſenſu, & hac ſua voluntate conditio ſua poſſet effici deterior, contra tex. in d. l. de die, & in d. l. Attilicinus. Poſſet tamen indicio meo reſponderi, ℘ hoc ideò ſit, quia iſto caſu ab initio mulieris conditio non fit, nec eſt in ſpe ℘ fiat deterior, quia aduerſa fortuna non eſt in conſideratione, l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verborum oblig. & ibi no. in caſu verò, l. de die. & l. Attilicinus, ff. de pact. dotal. ſtatim ab initio conuentionis dotis, ſiue mulieris conditio deterior redditur, cùm paciſcitur quòd dos ipſa longiori die, eſt quod à iure reſtitutionis ſtatutum eſt, videlicet in immobilibus ſtatim ſoluto matrimonio, in mobilibus verò infra annum à die ſolu-

matrimõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

matr.d.§.exactio,&c.reliqua apud F.Turzan.lib.opinionum.

Dos conditionaliter promissa filiæ non operatur eius exclusionem in terminis statuti. Corn. consil.40. colum. 5.libr. terio.litera i. Brun. de statut. exclud. fœmin.quæstione 7.art. secundo.memb.2.sexta parte princ. & filia non præsumitur dotata.Bald.in auth.res quæ.col.2.C.communia de leg. Cor. cons.94.libr.2.Bru.d.trac.q.8.art.4.Et per hoc facit,an dos designata filiæ sponsæ, vel ꝙ sequatur matrimonium ex ipsis spõsalib.vel non.an censeatur vti dotata excluſa per statutum?& videtur quòd sic, quantumcunque fuerit ex destinatione patris dotata, vel sibi de dote prouisum fuerit. Dec. consil.35. Brun.d.tract.6.art.q.7.secundum quam opi.decreuit ducalis senatus Sabaudiæ in causa de mafeis Bugellesi. Put.

dos solui promissa,quando præfixo tempore soluta nõ est, & post moram voris in soluenda dote maritus moritur,debetur augentum dotis pro rata ipsius dotis solutæ. & si nihil de dote solutum sit,nihil de augmento debetur:teste Afflict.decis.242. quod quidem augmẽtum debetur totum quãdo est promissum, etiam si tempus soluendi dotem nondum venerit:vt idẽ Afflict.scribit decis.333.de quo vide Neuizan.sylu. nupt.lib.1.pag.170.n.75.& Guid.Pap.q.430. Put.

dotali ex pecunia res empta,efficitur dotalis si ita actum sit inter virum & vxorem.l.ita constante.l.res ex pecunia.de iur. dot. Si verò expressè actum non sit, dotalis non efficitur.l.ex pecunia,vbi gl.C.de iur.dot.l.fi.C.de ser.pig.dat.manumiss.fallit in subsidium quando maritus non esset soluendo. quia tali casu posset mulier ad rem emptam ex ea dotali pecunia recurrere.l.vxor marito.ff.de donat.int.vir.& vxor.Bart. & alij in d.l.ex pecunia Corn.cons.170.in prin.Et procedunt prædicta quando maritus vel alia tertia persona emit rem vel feudum de pecunia dotali. vbi verò mulier emeret fundum de ea pecunia,fundus ipse dotalis efficeretur, si vtile esset mulieri,aliàs non.d.l.ita constante.de iur.dot.Rom.cons.201.in prin. Bart.cons.124.Castr.cons.360.libr.1.in nouis.Et sicut prædicta procedunt in cõtractu emptionis & venditionis,ita etiam in contractu permutationis.d.l.ita constante.l.fi.ff.eo.Bart.d. cons.124.circa medium. Put.

Dos consistens in pecunia,& si statim secuta morte viri nõ sit restituenda, sed intra annum. l.1.§.exactio. C. de rei vxor. act.etiam si hæredes essent diuites.Barto.& alij in l.diuortio. in prin.ff.solu.mat. Ias.in §.fuerat.col.8.insti.de act.licet interim sit alenda ab hæredibus si non habet vnde,Doct.in d.l.diuortio.in prin.Ias.d.§.fuerat.col.7. versic.restat.fallit tamen si dos fuit legata vxori:teste Rol.cons.10.nu.19.lib.1.pro quo vide quæ scribit Bartol.in l.1.in prin.de dot.præleg.Aret.d.§. fuerat.Dilect.de art.testand.tit.de legat.c.17.

dos confessata habet priuilegia dotis tam contra hæredem mariti, quàm contra creditores si fuit ante matrimonium, quàm etiam contra fideicommissarios.Alex.consil.26.libr.2. Cuman.cons.31.Aret.cons.86.Rub.consil.78.vbi dicit communem opin.Et licet confessio dotis constante matrimonio non præiudicet anterioribus creditoribus, & forsan non futuris, vt per Soc.in l.1.ff.solut.mat. tamen quando talis confessio fit pro receptione ab alio facta præiudicat marito & creditoribus,vt voluit Bald.consil.412.libr.30.quẽ sequitur Io.Lup.in tract.de donat.inter vir.& vxor.§.30.nu.11.& seq. Rub.d.consil.78.in fi.pro qua concluſ.vide quæ scribit Burſ. cons.32.nu.30.& 31.& 42.lib.1.vbi dicit communem quòd dos confessata post lapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ doris, omnia priuilegia doris & hypothecæ contra creditores habet.Declara vt ibi per eum. Put.

dos confessata post transactum decennium pro vera dote habetur, ita vt nec marit⁹ nec vxor aliquid excipere possint. auth.vt exact.dot.in prin.Anchar.cons.307.quinimo nec restitui ex capite ignorantiæ, secundum Burſ.cons.32. post nu. 30.lib.1.

dotis causa est adeo priuilegiata,quòd in omni dispositione,quamuis generali,maximè prohibitiua,semper excepta dicitur,secundum communem per Burſ.cons.56.n.1.lib.1.post Neuizan.cons.76.n.16.Cephal.cons.13.n.43.eundem Burſ. cons.32.nu.11.& 27.& cons.120.eod.lib.

pactum vel statutum de dote lucranda,locum etiam habet in dote non soluta: & hoc si maritus incipit sustinere onera matrimonij,quia vxorem duxit.idem videtur si non duxit, si tamen contractum est matrimonium per verba de præsenti: licet non sic lucretur fructus dotis: vt pulchre differit Castr. in l.si marito §.si pater.ff. solut.mat.vbi hoc inteligit procedere,si statutum dicat,vir lucretur dotem vxoris: quia negari non potest quin sit vxor. Sed quid si statutum dicat,lucretur dotem datam?vide ibi, cui adde quæ scribit Nat.consi.consil. 282. Put.

Dos quando consistit in pecunia soluto matrimonio mote viri,per hæredes viri statim non est restituenda,sed ī.annũ. l.1.§. exactio, C. de rei vxoriæ act. etiamsi ipsi hæredes essent diuites,& haberent facultatem statim eam restituendi.Bar.& alij in l.diuortio.ff.sol. matr. Ias.in §.fuerat.nu.28. versi.quod si maritus esset diues,& haberet pecuniam præ manibus.Vbi ipse reprobando Ang. qui contrarium dixerat, in campsore, mercatore vel alio pecunioso, affirmat hanc esse communẽ. d.nu.28. ver.Et ita tenet communiter Docto.licèt interim alenda sit ab ipsis hæredibus si non habeat vnde se alat, secundum receptam Doct.sententiam. Ias.in d.§.fuerat.numer.23. ver.restat.& in l.diuortio.num.18.vbi Ias.contrariam sententiam contra communem defendere conatus fuit,quæ tamen communis sententia fallit, & locum non habet, quando dos fuit legata à viro vxori.de qua quæstione videatur Rol. à Valle,in cons. 10.n.19.vol.1.cons. kirchouius.

dos mulieris nubentis in casu à iure prohibito scientis tamen factũ, licèt errauerit in iure,si matrimonium carnali copula fuerit consumatum applicatur fisco,vt est communis opin.Clar.q.80.ver.dos mulieris. Bonacoss.

dos mulieris simul cum reliquis bonis confiscatur, si delictum commissum fuerit per eam soluto matrimonio, vt est communis opinio. Constante autem matrimonio bona vxoris non publicantur,nisi in quinque casibus.Et in illis casibus ris non publicantur,nisi in quinque casibus,Et in illis casibus simul cum aliis bonis etiam dos cõfiscatur, vt est communis opi.Clar.q.78.ver.quæro si bona. Bonacoss.

dos propriè etiam dicitur soluto matrimonio,vt voluerũt Bal.Pau.Cast.& cæteri.in l.1.C.vnde vir,& vxor.Dec.in l.fi.e. tit.& Bart.in 3.oppo.Pau.casl.Soc.& Ripa,n.70.& seq.in rub. ff.sol.mat. vbi simul cum aliis Modernis perhibent istam cõmunem opinionem fore. F.Viuius.

Dos promissa licet nõdum tradita censetur propriè dos,& sic dos data, & promissa à pari procedunt, secundum omnes doc.communiter.in rub.ff.sol.mat.præsertimque Ias.& Ripã ibi, n.58.& seq. dicentes istam communem opinionem fore, quam sequitur, & approbat pariter viuis ratiõibus cum aliis relatis per eum Tiraq.in tract.de retrac.in §.fi.n.32.circa fi.d. tractatus. F.Viuius.

dos mulieris nubentis in casu à iure prohibito, scientis tamẽ factum licet errauerit in iure matrimonium carnali copula fuerit consummatum, applicatur fisco.com.dicit Abbas in c.& si necesse.nu.7.de donatio.inter virum & vxor.prout illũ refert Bello.cons.84.num.3.& ita tenet gl.in l.fin.in verb.nupsit.ff.de condit.sine causa.Clar.d.§.fi.q.80.ver.dos mulieris. P.Fichard.

dos mulieris simul cum reliquis bonis confiscatur, si delictum commissum fuerit per eam soluto matrimonio. com. dicit Nellus de bannit.in 1.par.2.temp.q.28.quem refert August.ad Ange.de malefic.in verbo & eius bona.num.29.constante autem matrimonio bona vxoris non publicantur, nisi in quinque casibus.commun,dicit Anton.Gomes.super l.78. Tauri. numer.1.& est text.in l quinque legib. ff.de bon.damnat.& in illis casibus simul cum aliis bonis etiam dos cõfiscatur.commu.dicit Nell.in loco prælegato,quem refert.Bos. in tit.de bon.publ.nu.73. Clar.d.§.fin.q.78.vers.quæro si bona. P.Fich.

dos si ob statutum aliquod filiabus à successione excluſis assignari propinquorum consensu debet,non minor portione illarum legitima assignari poterit. commune aiunt Grammat.dec.101.n.10.& copiosè Viuius lib.1.opi.113.& si contrarium mihi magis ac magis p̃batur, frustra enim statutum alioquin conditum esset.frustra eius,& propositum,& intentio habebitur.sed ea de re alibi. Suarez.

dos vbi marito liberis non superstitibus, vel superstitibus statuto defertur,quomodo,& quando,& quatenus delata intelligatur,vide infra verbo maritus. Suarez.

Dos confessata non habet priuilegia dotis, gl.in l. assiduis. C.qui por.in pig.Tiraq.de vtroq.retract.ti.2.§.4.gl.6.numer. 14. & an locum habeat quando non potest opponi exceptio non numeratæ dotis propter lapsum temporis? & Dic, quòd affirmatiuam tenet Rom.cons.445.numer.10.Fel.in c.si cautio.post num.84.vers.fallit vltimò de fid.instr.Negatiuam verò sustinet Bal. cons.456.1.dub.libr.1.Matheſ.ling.193.post Bar.d.l.assiduis.Alex.cons.90.numer.5.lib.3.cons.97.numer.2.lib.7.Gozad.cons.42.post n.13.Boer.q.330.col.2.Quæ posteriot opi.videtur communis per Rubeum Alex.cons.78.n. 9.Aym.cons.40.n.6.quibus adde, ꝙ stante renuntiatione primam opin.sequitur Ias.consil.32.lib.3.vbi dicit magis communem,quid.quando dubitatur an maritus confessus fuerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpe futuræ numerationis, an verò animo donandi? & Dic. q̃ ſi coniuges ſunt pares: q̃ tunc confeſſio facta præſumitur animo donandi. ex no. per doct. in l. ſi voluntate. C. de dotis promiſſ. per text. in l. qui teſtamentum. ff. de proba. l. cum quis decedens. de leg. 3. Alex. conſ. 26. n. 3. li. 2. 145. n. 9. lib. 6. Soc. q̃ſ. 82. lib. 3. & magis communem dicit Alex. conſ. 45. n. 6. lib. 1. Soc. conſ. 61. n. 3. conſ. 66. n. 16. lib. 1. Rub. Alex. conſ. 78. n. 2. Grat. reſpon. 36. lib. 1. Quicquid dixerit Alex. conſ. 142. nu. 5. lib. 5. Rom. d. conſ. 445. n. 7. Alex. in l. diuortio ff. ſol. mat. Homo tamen recedendum eſt à communi, quæ nulla magis procederet: ſi in inſtrumento dotis confeſſatę renuntiatum ſit exceptioni non num. dotis, Quo caſu nec diſſentit Alex. d. l. diuortio & conſ. 142. col. 2. quem ſequitur Rub. conſ. 119. licet Aym. dubitet conſ. 40. de quo vide quæ ſcribit Bal. nouel. de dote part. x. n. 7. & ſeq. laſ. & alij d. l. diuortio Campeg. de dote par. 1. q. 52. Nat. conſ. 438. col. 2. circa fi. vbi q̃ doct. confeſſata habet priuilegia dotis datæ, quando maritus renuntiauit exceptionę non num. dotis, vel ſunt lapſa tpa eam opponẽdi, q̃ qua vide Alex. conſ. 90. libr. 3. vbi in apoſtil. pulchrè Boer. q. 330. 2. par. Alex. conſ. 148. lib. 5. vbi apoſtilan. ponunt limit. ad Reg. in materia except. nõ num. dotis, de qua exceptione vide que not. Rom. conſ. 44. Accedit in materia q̃ confeſſio mariti de dote recepta conſtañ matrimonio non valet: nec præiudicat creditoribus, ſecundum Alex. conſ. 142. libr. 5. vbi apoſtilañ dicũt talem confeſſionẽ æquipollere vere ſolutioni, ex Aym. conſ. 40. qui tenet contra Alex. d. conſ. quinimo confeſſionẽ mariti de dote recepta præiudicare etiam creditoribus: quando mulier agit hypothecaria contra tertios poſſeſſores lapſo tempore opponen except. non num. dotis, & hanc dicit eſſe communem, quam ſequitur Nat. d. cõſ. 438. col. 2. in fi. & col. pen. n. 10. vbi q̃ confeſſio mariti diceñ ſe pauperẽ & inopem: ad effectum vt vxor. conſtañ matrimonio ſuas dotes repete re poſſit, non præiudicat creditoribus, idem Aym. conſ. 44. vbi etiam docet praxim allegañ fraudem pro creditoribus, in materia autem prædictæ confeſſionis: vide quæ ſcribunt Alex. conſ. 148. lib. 5. conſ. 45. n. 6. lib. 1. Imbert. in enchirid. iur. gall. ver. confeſſio, Rol. conſ. 31. n. 40. conſ. 85. n. 42. conſ. 93. n. 20. lib. 1. Rui. conſ. 32. col. 3. lib. 4. conſ. 152. col. 4. eod. Nat. cõſ. 28, 316. Fel. in c. ſi cautio col. 18. de fid. inſtr. Viui. co. opi. lib. 2. concl. 69. Aym. d. cõſ. 40. col. 2. & 3. vbi plura de §. aliud quoque in auc. de æqual. dot. conſ. 198. col. 2. in fi. Afflict. deciſ. 402. col. 4. Alex. conſ. 123. lib. 6. Rom. conſ. 444. 445. n. 5. & ſeq. vbi diſtinguit tres caſus, q̃ aliquando fit cõfeſſio ante matrimonium, aliquando conſtañ matrimonio, aliquãdo in vlt. vol. declara, vt latius per eum ibi, & per villal. inter co. opi. lib. ver. dos confeſſata.

Dos prohibita alienatione per teſtatorem poteſt conſtitui ex illis bonis, quorum alienatio eſt prohibita. quare Auth. res quæ. C. communia de legatis. loquens in prohibitione tacita, etiam locum habet in expreſſa, quando expreſsè eſſet prohibitum alienare bona. ita Bart. poſt Iac. de Aren. voluit. in l. filiusfamiliàs. §. diui. n. 10. vbi ipſe allegat. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. & d. Auth. res quæ. C. communia de lega. Bal. in l. voluntas. n. 5. & Sal. n. 6. C. de fideic. & idem Sal. in l. fi. ver. quæro an prohibitus alienare poſſit in dotẽ dare. Dic q̃ ſic, ſi non haberet aliundè. n. 4. C. de reb. alie. nõ alie. Pau. de Caſtr. in conſ. 13. ſecundum veterem impreſſionem. Alex. de Imo. in conſ. 56. n. 3. in 1. li. Ludouici. de Gozadin. in q̃ſ. 97. n. 9. Et hanc Doct. communem ſentẽtiam eſſe dicunt Phil. Dec. in conſ. 519. n. 3. verſ. ſed breuiter in contrarium eſt communis opi. Ferdinan. Loazes. in d. l. filiusfamilias. §. diui. n. 135. & Io. Crottus ibid. n. 47. vbi ipſe n. 44. illam quæſtionem incipit diſputare. Licet autem multi Doct. contrariam ſententiam amplexi fuerint, Bal. in c. 1. §. donare. n. 2. tit. qualiter feudum alienari poſſit. in vſib. feudor. Iaſ. in d. Auth. res quæ. n. 25. ver. ſed contra communem ſententiam ego adduco fortè ſundamentum, &c. tamen prior ſententia, quod prohibitio alienationis licet validè facta nõ impediat rem prohibitam dari in cauſam dotis, vel donationem propter nuptias, communiori calculo probatur, vt in vtramque partẽ eruditè diſputat Marian. Socy. iun. in d. §. diui. verſi. capio ſecundam quæſtionem. n. 174. cum ſeq. quam tamen concluſionem in eo caſu nõ q̃cedere Doc. aſſerunt, quãdo filia aliundè haberet, vnde ſe poſſet congruè dorare de bonis ſuis, tunc non habebit locum diſpoſitio. d. Auth. res quæ, vt eſt tex. in §. ſi verò. in Auth. de reſti. colla. 8. Sal. in d. l. ſi. d. n. 4. C. de reb. alien. non alien. & in d. l. voluntas. n. 5. C. de fideicom. & Rol. à Valle, in conſ. 85. n. 9. cum ſeq. vbi ipſe n. 23. conſulendo ſcribit, communem opin. doc. eſſe, q̃ diſpoſitio d. Auth. res quæ. non habet locum, quãdo teſtator expreſsè prohibuiſſet alienationem bonorũ ſuorum, etiam ex cauſa dotis. in 1. Tom. conſ. Licet Iaſ. voluerit patrem non poſſe expreſsè prohibere, ne ſæpedicta Auth. res quæ. locum habeat. Quia cùm ſit debitor dotis vel donationis propter nuptias, non debet eſſe in poteſtate teſtatoris tollere obligationem. l. ſicut. C. de act. & oblig. item quæ ſunt adducta fauore publico, non poſſunt tolli vel mutari ex diſpoſitione teſtatoris. l. quod de bonis. §. fi. ff. ad l. Fal. ĩ d. Auth. res quæ. n. 32. ver. 13. limita iſtam Auth. non habere locum quãdo pater in teſtamento prohibuiſſet in indiuiduo alienationem. kirchouius.

dos ſoluto matrimonio per mortem vxoris reuertitur ad hæredes vxoris, & donatio propter nuptias propter mortem mariti ad hæredes viri. Gl. in verb. donatio in Auth. ſiue à me. C. ad S.C. Velleia. Auth. ęqualitas. C. de pac. cõuen. gl. in verb. meretur. in Auth. dos data. C. de don. ante nupt. Bar. in auth. de æqual. dot. in prin. col. 8. Hanc communem ſententiam eſſe & limitari ſcribit poſt alios Rol. à Valle, in conſ. 62. nu. 1. & 2. in 1. Tom. conſ. vbi aliter per pactum inter cõiuges actum eſſet. c. fi. & ibi gl. fi. in verb. ſicut dos. Bald. in d. auth. ſiue à me. n. 2. Lud. de Gozadin. in conſ. 47. n. 16. ver. 4. an donatio propter nuptias. in conſ. 185. n. 2. ver. de pacto ſanè non eſt dubitandum. in 1. parte conſ. kirchouius.

DOS.

Summaria.

An & quando dos poſſit eſſe ſine matrimonio. q. 1.

dotem, quæ cœpit eſſe, contracto ſemel matrimonio, non definere eſſe dotẽ, eo poſtea quacunque ratione ſoluto. ea. q.

dotem eſſe ius quoddam vniuerſale; ſecundum magis receptam doct. ſententiam. q. 2.

dotis cauſam, ſeu præſtationem & reſtitutionem, fauorabilem eſſe ratione publicæ vtilitatis. q. 3. in prin.

Patrem compelli per iudicem dotare filiam ſuam, ſecundum vires ſui patrimonij. q. 3. in prin.

An pater teneatur dotare filiam diuitem. ead. q.

Patrem regulariter teneri filiam dotare, de bonis propriis. ead. q.

Patrem teneri dotare filiam, non iure obligationis, actioniſue, ſed officio iudicis. ead. q. in fi.

Auus paternus tenetur dotare neptem, propter inopiam patris & matris; quibus opulentis exiſtentibus, non tenetur. quæſt. 4.

Fratrem teneri dotare ſororem ex eodem patre natam: nõ autem vterinam. q. 5.

Patrem cogi dotare filiam, nubẽtem ſine ipſius voluntate: niſi nubat indigno & inhoneſto. q. 6.

dominium rei dotalis, in maritum ſine traditione non trãſferi: idemque ſeruari in dote vniuerſali. q. 7.

Contractum dotis, quò ad tranſlationem dominij per traditionem, non eſſe priuilegiatum. ead. q. in fi.

Mulierem, etiam ſterilem, gaudere priuilegio dotis. q. 8.

dotem non vitiari propter incertitudinem: vt in aliis ſit cõtractibus, vel quaſi. q. 9.

An & qui poſſit alienari res dotalis mobilis. q. 10.

dotem ſoluto matrimonio reſtituendam mulieri ſuperſtiti. quæſt. 11.

Muliere adulterium committente, an & quãdo dos cedat lucro mariti, aut eius hæredibus. q. 12.

Mulierem mortuo marito, ſtuprum viduitatis tempore cõmittentem, non amittere dotem. q. 13.

Crimen ſtupri leuius eſſe, quàm adulterij. ea. q. §. contrariã.

Mulier ſtuprum committens tempore viduitatis, incidit in omnes pœnas, ſtatutas in has, quæ conuolant ad ſecundas nuptias. ead. q. ſub fi.

Bona mariti tacitè obligari pro dote. Mulierẽque in tacita hypotheca præferri cæteris creditorib. itidem tacitam hypothecam habentib. q. 14. in prin.

Etiam minoris bona curatorem habentis, contracto matrimonio tacitè pro dote obligari: Et quæ ſit huius ratio. ead. q.

Sponſam non habere hypothecam priuilegiatam in bonis ſponſi. q. 15.

Mulierem habentem hypothecam expreſſam, non præferri creditorib. habẽtib. ſimiliter expreſſam anteriorem: Et quæ ſit diuerſitatis ratio. q. 16.

Obligationem bonorum pro dote, in dubio præſumi præceſſiſſe obligationem extranei in bonis mariti. q. 17.

In repetitione dotis admitti compẽſationem: ſi modò ex vtraque parte quantitas debeatur. q. 18.

In cõtractu dotis præſumi ſtipulationem, quam dubium ſit

interc

Universidad de Deusto Biblioteca

intercessisse: Aut fingi,quam constet non intercessisse.q.19.
Promissionem de constituenda dote haberē eundem effectum,ac si dos esset constituta.q.20.
Quid iuris,si quis promittat sese obligaturū ad decē.ea.q.
Patrem non posse filiæ dare dotem minorem legitima:Aliàs peti supplementum congruæ dotis.q.21.
Filias non posse supplementum dotis petere:cùm extantibus masculis,filiæ statuto à successione excluduntur.q.22.
Dotem per metum promissam ipso iure nullā esse:nec opꝰ esse rescissione,vt in cōtractibus aliis,per metum initis.q.23.
Mulierem post annum non posse petere alimenta,siue vsuras doris:nisi hæredibus moram committentib. aut ipsa die à lege inducta,pro homine interpellante.q.24.
Marito vergente ad inopiam, dotem repeti posse constante matrimonio.q.25.
Repeti item posse dotem constante matrimonio, incipiente marito male vti substantia sua.q.26.
In dubio pro dotib.respondere,meliùs est.ea.q.in fi.
Repetitioni dotis locum non esse, si vxor sciens contraxit matrimonium cū viro inope,& nō existente soluendo.q.27.
Reip.interesse dotem manere saluam.ead.q.
Casum inopinatum facere locum repetitioni dotis, matrimonio constante.ead.q.in fi.
Mulier sciens contrahendo matrimonium, videtur vitam, mores,& facultates viri approbare.ead.q.in fi.
Priuilegium repetitionis locū habere & in socero recipiente dotem,ac vergente ad inopiam.q.28.
Quis iuris,si pater recipit dotē.suo & filij nomine(quo casu constituuntur duo rei debendi pro restituēda dote)& alter eorum vergat ad inopiam: possint ne agi aduersus vtrūque, an alterum tantùm,an verò cum neutro.q.29.
An & quando paupertas vnius,noceat alteri.ead.q.
Maritus,vel socer,offerētes,mulieri fideiussores dote cōservanda,ad euitādam exactionem dotis,an sint audiendi.q.30.
Duos extraneos posse constitui pro dote correos: Non autē fideiussores ꝓ dote ꝓseruanda dari posse,vel debere.q.31.
Pro dote profectitia simpliciter tradita:Item si pater stipulatus sit simpliciter, dotem reddi, actionem communem esse patris & filiæ.q.32.
Si mulier decedat,superstite patre,& relictis liberis:non patri,sed liberis restituendam dotem.q.33.
Filiamfam.in dote profectitia hæredem habere,iis casibus, quibus actio solius est filiæ.q.34.
Quibus casibus actio pro dote,solius filiæ sit.ead.q.
Actionem dotis profectitiæ pro filia emancipata datæ, cōpetere soli filiæ:perinde,vt,quæ antea communis erat,pòst emancipationem incipit esse solius filiæ.q.35.
In dote aduentitia esse solius filiæ actionē: Sicut vice versa,in donatione propter nuptias aduentitia,solius filij.q.36.
Filiamfam.in dote aduentitia,solū sine consensu patris stare posse in iudicio:eo maximè casu,quo propter inopiam mariti constante matrimonio dotem repetit. Sed & soluto matrimonio idem iuris esse.q.37.& 38.
In casu inopiæ mariti,licet actio cōmunis sit filiæ & patris: tñ & solum patrem agere posse ad restitutionem dotis.q.39.
Maritum teneri,& condemnandum in solidū,eo casu quo vxor constante matrimonio propter inopiam eius dotem repetit.Et quæ sit huius ratio.q.40.
Mulierem eo casu,quo potest agere ad dotē constante matrimonio, non posse conuenire extraneos possessores bonorum quæ tempore datæ dotis erant mariti nisi excussis prius bonis mariti. Neque in hac parte gaudere aliquo priuilegio præ cæteris creditoribꝰ.q.41.
In iudicio dotis procedendum ex bono & æquo.ead.q.
Non attendi apices iuris,æquitati cùm locus esse pr.ead.q.
Extraneum dotē pro muliere soluentē,sibiq; soluto matrimonio reddi stipulantem,nō posse ꝓstante matrimonio agere,marito vergente ad inopiam:Sed mulieri competere ex æquitate officium iudicis: Atque extraneo præstandam cautionem,de restituenda dote soluto matrimonio.q.42.
Actionem,quæ competit marito,vt dos tradatur,eqùe bonæ fidei esse, atque eam, quæ ex stipulatu competit mulieri, pro restituenda dote.q.43.
Actionem extraneo competentem pro restituenda dote, non esse bonæ fidei,sed stricti iuris.q.44.
dotem,si in rebus soli consistat,soluto matrimonio ab hæredibus mariti statim restituendam:si in mobilib. annum hæredibus mariti dari.q.45.
An hæredes mariti, eo casu,quo annū habent ad restituendam dotem,ipsi interim alere teneantur mulierem.q.46.
Hæredes mariti, primo anno dilationis finito, non cogendos amplius alere mulierem.q.47.
Mulierem non cogi, per id temporis, quo ali ab hæredib. mariti debet ,commorari & habitare in domo hæredum:sed petere separatam habitationem posse.q.48.
Hæredes mariti lucrari omnes fructꝰ dotis primi anni,quo alitur vxor.q.49.
Pactum inter virum & vxorem, de tota dote lucranda valere.q.50.

QVAESTIO I.

QVAERO,an dos possit esse sine matrimonio? Resp.Communiter ea recepta est sententia,quòd licet esse nō possit,quādo nunquam contractum est matrimonium. Tamen postquā semel est contractum,& dos esse cœpit,non desinit esse.licet postea matrimonium dissoluatur,ita firmat Iaf.Rub. ff.solut. matr.2.lect.n.4.

QVAESTIO II.

Quæro,an dos sit ius quoddam vniuersale? Resp.Bal.in l.1. ff.sol.mat.tenet ꝙ non:idem in l.fi.C.de sen.quę sine cer.quāntita. vbi dicit, communem esse opi. contra Bar. Eandem sententiam amplectitur Ang.Cuma.&Pau.de Cast.d.Rub.ff.sol. matrimo.
contrariam opinionem,ꝙ imò dos sit ius vniuersale, tenet Bart.l.si marito.§.fi.e.ti.per illum tex.quem sequunt imo.Roma. Alex. & Recentiores,& in hanc sententiam magis communiter itum est à Doct.nostris,vt firmat idem Iaf.d.Rubr.n. 28.dicens,ab ea non esse recedendum.

QVAESTIO III.

dotis causa & præstatio,itē restitutio,fauorabilis est,ratiōe publicæ vtilitatis:vt inquit Iurisconsultus in l.1.ff.sol.mat.& ibi doc.cōiter,teste Iaf.ibi.Hinc priuilegium dotis,ꝙ pater cōpellitur per iudicem,dotare filiam suam fm vires sui patrimonii,vt est text.expressus.l.qui liberos. 19.ff.de ritu nupt.
Sed quæro,nunquid pater teneat dotare filiā diuitē? Resp. doc.in hac q.sententiis variant. Vna est illorū,ꝙ pater tenetur dotare filiā de suo ,ꝓprio patrimonio,q̄is filia sit diues & habeat bona ,ꝓpria.s.materna. De hoc est tex.expressus in l.fi.C. de dot.promis. & ibi eam sententiā amplectunt Bald.& Ang. Alex.in l.mulier. 1.§.cùm ,ꝓponeretur.ff.ad Treb.Ang.Auth. quę res.C.commu.de legat.Et dicit Iaf.in l.1.ff.sol.mat.quòd videtur ista esse communis opinio.nu.25.
Alia est opinio Bar.in d.§.cū ,ꝓponeretur,ꝙ si filia diues est, pater nō tenet eam dotare,ex quo pater nō iure obligationis astrictus est,ad dotandā filiam, sed officio iudicis tm,qđ in æquitate consistit,æquitas aūt cessat,qñ filia est diues,&habet, vnde se possit dotare. Hanc opinionē dicit esse veriorem Iaf. vbi 3.secundum quam,si casus contingeret,vellet iudicare.

QVAESTIO IIII.

Quæro,an auus paternus teneatur dotare neptem? Resp.ꝙ sic,ita tenet Saly.d.l.fi.post Bart.in l.1.vbi Iaf.n.26.dicit,ꝙ ista sit communis opi.& ꝙ omnes doc.ita tenent.intellige tñ hāc communem,vt non procedat eo casu,quo pater est diues,qa tenetur filiam de suo dotare, ita tenet Bald.ī d.Auth.res quæ. quē sequuntur ibi Albe.de Rosar.Salyc.&Fulgos.Eandem opinionem tenet Rom.& Alex.in d.l.1.ff.sol.mat.Franc. Aret. cons.17.incip. consideratis diligentissimè. & dicit Iaf.d.l.1.n. 26.quòd ista est clara & indubitata conclusio.
Itē limita,in patre inope,& matre diuite,qa mater tenet dotare filiā ita tenet Cyn.& Dyn.Bar.Bal.Albe. de Rosar.&Fulgos.d.Auth.res quæ.Rapha. Cuma.l.à filia.ff.ad Treb.vbi dicit,ꝙ ista est communis opin.licet contrarium teneat Ang.& Salyc.d.Auth.res quæ.Raph.Cuma.& Alex.d.l.1.ff.sol.matr.

QVAESTIO V.

Quæro,an frater teneatur dotare sororē? Resp.verior doc. sententia est,ꝙ sic,dummodo ex eodem patre nata sit,secùs si sit vterina,ita tenet gl.l.non omni.C.de administ.tutor.quam gl.ibi sequūtur Cyn.&Bar.Bal.l.fi.C.de dot.promis.Ab.in ꝓs. 12.inc.& vt clarè materiam videas,& quòd ab ista nemo est, qui discrepet,dicit Iaf.d.l.1.n.29.

QVAESTIO VI.

Quæro,Si filia nubat sine voluntate patris,an nihilominus pater cogatur filiam dotare? Resp.recepta & communis opi. Scribentium est,ꝙ fm iura Canonica pater tenetur dotare filiam etiamsi nubat sine volūtate ipsius, dummodò digno nubat,ita tenet gl.c.cū cā, ext.de raptor. Et eam sequit ibi Arch. Eandem tenet Bal.l.si pater.C.de spon.Ab.d.c.cū cā. Alex.ꝓs. 97.incip.principalis dubitatio.vol.1.Nec obstat tex.in Auth. sed si post.C.de inoff.test.quem ibi ad hoc no. Pau.de Cast.ex quo.n.pater secundum tex.ibi,potest exhæredare filiam, quæ nubit sine eius consensu ante annum. 25. multò magis non cogitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cogitur eam dotare. Namq; illa Auth. de iure Canonico correcta est, secundum communem & receptam Doct. sententiam, vt firmat Ab. in c. 1. de sponsal. impub. Hanc opinionem dicit communiter receptam Iaſ. l. 2. §. quòd si patris. nu. 28. ff. solu. matr.

QVAESTIO VII.

QVAERO, an dominium rei dotalis transferatur in maritum sine traditione? Respon. quòd non, ita tenet Bald. Imol. & omnes Doct. indifferenter, vt testatur Iaſ. l. 5. nu. 5. ff. solu. matr. Quod intellige quoque procedere in dote vniuersali, quando scilicet mulier vniuersaliter omnia bona dediſſet in dotem, ita not. glo. singularis. l. 1. verſic. vniuersæ. ff. pro dote. & eam sequitur Bal. Imo. & omnes Doc. teste Alex. in d. l. 5. & ita contractus dotis quòad translationem dominij, non est priuilegiatus.

QVAESTIO VIII.

Quæro, an priuilegia ratione dotis concessa, competant etiam mulieri sterili? Respon. videtur dicẽdum, quòd non, ex quo dotis causa priuilegiata est fauore Reip. qui fauor versatur circa sobolem procreandam, secundum cõmunem doc. sententiam in l. 1. ff. sol. matr. Vnde cessante causa, cessare debet effectus.

Contraria tamẽ opinio communiter recepta est, quòd scilicet mulier sterilis gaudeat priuilegio dotis, propter alias rationes, ita tenet Bart. d. l. & sequitur ibi Iaſ. qui dicit: quòd omnes doct. cum decisione Bar. transeant, & eam opinionem tenet Bal. d. l. Auth. quæ res.

QVAESTIO IX.

Quæro, an dos vitietur propter incertitudinem? Resp. quòd non, & hoc speciale est in dote, ita tenẽt doc. communiter, vt firmat Iaſ. d. l. 1. n. 32.

QVAESTIO X.

Quæro, an res mobilis dotis constante matrimonio possit alienari? Respon. quòd non, nisi seruetur dispositio Auth. siue à me. C. ad Velleia. Et est communis opinio, vt testatur Iaſ. d. l. 1. nu. 33.

QVAESTIO XI.

Quæro, Quando dos possit reperi? Resp. q̃ regulariter dos restituenda est mulieri superuiuenti, soluto matrimonio, de hoc tex. est expressus in l. 2. ff. sol. mat. & ibi Doc. crebriori calculo approbant.

QVAESTIO XII.

Sed nunquid si mulier adulterium commisit, actio de dote nihilominus manet salua? Respon. quòd non, & dos cedit lucro mariti & hæredum eius, ita est text. in l. cùm mulier. ff. solut. matri. l. ex consensu. C. de repud. Et hæc conclusio verissima est & indubitata, quando maritus in vita cõquestus fuit de adulterio vxoris, vt notant omnes doct. communiter in d. iurib. & in l. rei iudicatæ. ibi Alex. testatur. ff. sol. matr. & firmat latè addit. ad Ang. in trac. de malefi. verb. che me hai adultera to. nu. 29. Sed dubium est, si maritus priusquam querelaret, decessit, nunquid ius priuãdi mulierem iure dotis transeat ad hæredes mariti? Respon. quòd in hoc sunt diuersæ sententiæ Scribentium. Vna est illorum, qui volunt, quòd si maritus silentio transiuit, nec inquietauit mulierem, sed tacuit, per hæredem eius non possit obiici crimen adulterij, ad hoc vt perdat dotem, per tex. d. l. rei iudicatæ. §. & hæredi. & ibi no. gl. & communiter scribentes, vt testatur addit. ad Ang. quę incipit: Mulier propter adulterium perdit dotem. d. verb. che me hai adulterato. nu. 29. & tenet Spec. tit. de exce. verb. item quæritur. Sal. l. fi. C. de adul. Andr. de Iser. ca. 1. §. porrò. quæ fuit pri. cau. benef. amitten. vbi dicit, quòd si dominus in vita nihil dixit, hæredes eius non possiunt auferre feudum vasallo, secundum receptam Doct. opinionem, vt firmat Ripa, repe. l. fi. nu. 237. C. de reuoca. dona. Eandem opinionem tenet Signorel. de Homod. in conſ. 50. vbi dicit, quòd hoc casu, si contra petitionem dotis excipiatur de adulterio mulieris per hæredes mariti, ex quo ipsi tractant de lucro captando, contra ipsos replicabitur de lenocinio mariti, & paria delicta mutua cõpensatione tollentur. Secùs verò si maritus non tacuit, nec approbauit mores mulieris, sed conquestus est de offensa, quia tũc optimè possunt hæredes de adulterio, etiamsi maritus in iudicio non egerit, nec accusauerit, opponere. Hanc opinio. tenet Bal. Io. de Imo. & Pau. de Caſt. d. l. cùm mulier. Ro. l. Lucius. eo. tit. Iac. de Bu. Cy. Bal. Sal. Auth. sed hodie. C. de adul. & eam dicit esse communem. addit. ad Angel. in tract. malefi. versi. che me hai adulterato. quæ incip. non obstant in contrarium. & dicit ab ea in iudicando & consulendo non esse recedendum. Alia est opinio Bar. quòd hæredes non possint excipere de adulterio, sed requiratur accusatio & inscriptio. l. mi-
les. §. socer. ff. de adul. & §. quia verò. Auth. vt liceat matri & auiæ. Et hanc dicit esse magis communem Vgoli. de Arim. in addit. ad Ang. vbi supr. quæ incip. non obstant. Quam opinionem roborant secundum eum text. gl. & Doct. plures maioris authoritatis, ideoque magis communem esse, quàm vt veriorem approbat gl. in d. §. quia verò, clariùs gl. in l. consensu. §. vir quoque. glo. 1. glo. verb. sibi hæredi. Et hanc dicit esse tenendam Ant. de But. ca. plerunque. de dona. inter vir. & vxo. Quare cùm hæc sententia text. gloss. authoritate & numero Docto. priorem vincat, ab ea tanquam magis communi recedendum non est, maximè cùm maiori æquitate nitatur. ca. 1. de decimis. Abb. cap. sunt nonnulli. ver. tantorum patrum. 16. quæst. 1.

QVAESTIO XIII.

Sed pone, quòd mulier mortuo marito stuprum viduitatis tempore commisit, nunquid amittet dotem? Respon. Pau. de Caſt. in l. sororem. C. de his quibus vt indig. tenet quòd sic, idem tenet in l. fideicommissum. C. de fideicomm. & in conſ. 147. incip. reuocatur in dubium. vol. 2. quam opinionem sequitur & summè commendat Iaſ. l. 2. nu. 6. ff. sol. mat. Augusti. Arimi. d. verb. che me ai adulterato. nu. 30. Eandem opinionem tenet Hyp. de Marſ. in sing. 234. & in l. 1. §. item diuus. n. 4. ff. de Sica. Gerard. de S. Petra in sing. 48. Pala. Rub. in repet. Rub. de dona. §. 67. n. 6. & §. 81. nu. 6. Hanc quoque tenet Ripa in Rub. de iudic. nu. 21. Io. Neuiza. in sylu. nupt. lib. 2. n. 44. & dicit Petr. à Duen. in reg. 12. nu. 3. quod pro hac opinione communiter per Doct. allegatur. tex. & gl. l. pen. ff. de adult.

Contrariam opinionem tenet Alex. d. l. sororem, quem sequitur Dec. c. pastoralis. n. 8. de iudic. Molin. in consuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. q. 28. nu. 142. Crotus l. 4. §. caro. ff. de verb. oblig. & plures alij relati per Duen. vbi supr. quia leuius est crimen stupri, quàm adulterij, quia leuius punitur, & minor est iniuria, quæ fit defuncto, quàm illa, quæ fit viuenti. Præterea mulier in viduitate stuprum committens, patitur omnes pœnas statutas in illas, quę secundas nuptias contrahunt, inter quas nõ numeratur amiſſio dotis, & hæc opinio verior & æquior est, vt testatur Pet. à Duen. d. reg. 12. Cùm enim leges loquentes de priuatione dotis, sint pœnales, potius sunt restringendæ, q̃ ampliandæ, vt tantummodò loquãtur in casu adulterij, & sic viuente marito. Licet aliter distinguat Alciat. in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 9. num. 2.

QVAESTIO XIIII.

Vulgaris cõclusio est, quòd bona mariti tacitè sint opignorata pro dote, de qua est text. expressus in l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actione, quodq; mulier in tacita hypotheca præferatur cæteris creditorib. tacitam hypothecam habentibus, vt est tex. l. fi. C. qui pot. in pig.

Sed quęro. Nunquid si minor habẽs curatorem. matrimonium contrahat, bona eius tacitè sint obligata pro dote? Respon. quòd Bar. in l. si constante. 4. q. tenet, quòd non, quem sequitur Fulgo. & Salyc. l. certi iuris. C. locati. Io. de Imo. d. l. si constante. vbi dicit opi. Bart. securè sequendam.

Contrariam tamen partem communi calculo approbarũt Doct. nostri, vt testatur Alexan. in d. l. si constante. & ibi tenet Bald. Ang. & Roma. & ita determinat gl. & Cyn. l. fin. C. de legit. tuto. & ibi Bald. & Ang. dicit Bald. hanc esse commu. opi. Eandem tenet idem Bal. d. l. vnica. §. & vt pleniùs. & l. 1. C. de dot. promiſſ. Eandem opinionem tenet Signor. de Homod. in consil. 49. Et eam dicit esse communem Gram. decis. 163. nu. 17. Ex quo. n. lex permittit principalem scilicet matrimonium contrahere sine curatoris authoritate, & decreto iudicis, accessorium quoque permittere videtur consequenter, imò in hypotheca legali non requiritur decretum iudicis, sed sufficit decretum legis.

QVAESTIO XV.

Sed quæro, An similiter sponsa quoque in bonis sponsi sui habeat hanc hypothecam priuilegiatam? Respon. Communis & recepta Doc. opinio est, q̃ non, ita tenet gl. l. eos. C. qui potio. in pigno. Bart. l. 2. §. fi. ff. de priuil. cred. Ang. §. fuerat. n. 12. de actio. Schrader in tit. de nupt. in prin. in materia spõſal. de futuro. vbi communem dicit.

QVAESTIO XVI.

Quæro, an mulier habens expressam hypothecam, præferatur creditoribus habentibus similem expressam anteriorem? Respon. in hoc articulo diuersæ sunt opiniones. Ange. §. his consequens, Auth. de æqual. dot. tenet, quòd sic, & dicit, quòd ita de consuetudine seruetur, quam opinionem sequitur Aret. l. 1. ff. sol. matr. & Bald. Nouel. in trac. de dote. x. part. limit. 16. vbi dicit eam esse satis æquam.

Cõtrariam opinionem tenet ipse Bald. Nouel. in d. trac. 10. par. sibi

part.sibi contrarius.& Salyc.l.assiduis.C.qui,potio. in pigno. Eandem tenet Dyn.Bart.& Albe.de ros.& reliqui Doct.d.l. 1. vbi hanc dicit esse magis comm.opi.Ias.2.lect.n.11. Ratio diuersitatis est,quia quando vtraque est tacita hypotheca,tunc vtraque prouenit ex prouisione legis, vnde tùm voluit lex magis fauere doti. Secùs est quãdo vtraque est ex prouisione hominis,quia tunc lex non voluit alienum denegare auxiliũ, secundum gl.cõiter approbatam,vt dicit Ias.supradicto loco.

QVAESTIO XVII.

Quæro, Nunquid in dubio obligatio bonorum pro dote præsumatur præcessisse obligationem extranei in bonis mariti?Repon.q̃ lic.l.in ambiguis.ff.de reg.iur.& ita potest intelligi d.l. 1.ff.solut.matr.Hanc opinionem tenent in d.l.j.Dy.Bar. & Bal.Et dicit ibi Ias n. 1.quòd ita tenent omnes Doct.& hoc est vnum priuilegium dotis.

QVAESTIO XVIII.

Quæro, An in repetitione dotis admittatur compensatio alterius debiti? Respond.q̃ sic, dummodò ex vtraque parte quantitas sit debita, est ita est text.in l.diuortio,§.ob donationes.ff.solut.matri.l.etiam.C.de donat.inter vir.& vxor.Secùs verò si ex vna parte species, ab altera quantitas debeatur, de quo est text. in l. 1.§. taceat. secundum communem intellectum. C.de rei vxor. actio. Nec est speciale in dote. vt cesset compensatio. Et hæc est comm.opin.vt attestatur Signor. de Homod.in suo cons.40.vers.prædicta non obstant.

QVAESTIO XIX.

Quæro, An in contractu dotis præsumatur intercessisse stipulatio?Respon.q̃ sic,etiamsi verè non intercessit:Ita est tex. in l.vnic.in prin.C.de rei vxor.actio.& ibi hoc tenet Bald. inquiens: Aut constat q̃ non interuenit,& fingitur.Aut est dubium, & præsumitur, aut vtiliter intercessit, & tunc est vera. Eandem opinionem tenet pract. Papiens.in for.libell. quo vxor agit ad dotem.in prin.priuil.4. Angelus §.fuerat.& ibi Ias. Instit.de action.Et eam dicit crebriori calculo approbatam esse Gramm.decis.centesimatertia,nu.7.

QVAESTIO XX.

Quæro,An promissio de constituenda dote,operetur eundem effectum,ac si dos esset constituta?Respon.q̃sic,ita tenet Ioan.Andr.in addit.ad Specul.tit.de obligationib.& solutionib.in Rubri.vbi signanter dicit,q̃ ille, qui promisit se obligaturum ad decem,potest statim ad decem conueniri absq; alia obligatione,causa euitandi circuitum. Eandem opi. sequitur Alex.l.cum fundus.§.seruum.ff.si cert.pet.Et ita sentire Doct. communiter in prædictis locis firmat Gram.decis. 103. num. 19.& ita in specie decidit constit. Neapol.decis.61.Matth.de Afflict.

QVAESTIO XXI.

Quæro,An si dos sit data minor legitima,possit peti supplementum congruæ dotis? Respon,q̃ sic, ita probat tex.iuncta gl.l.vni §.quæ à nobis.C.de rei vxor. act. Et hanc opinionem firmat Bald.Nouel.in tract.de iur.dor.par.6.priuil. 16.Luc.de Pen.l.in his.in fi.C.de præd.li. 11.Matth.de Afflict.decis.160. Eandem sententiam firmat Saly.Auth.nouissima.C.de inoffi. test.Corn.con.134.n.31.vol.6.Card.cons.80. Soc.cons.163. cons.107.vol.1.& in con.157.vol.4.vbi in specie dicit, q̃ dos non debet esse minor legitima. Hanc dicit communem Dec. cons.180.Eandem dicit esse communem &in legendo &consulendo firmat Socy.l.hæredes.§. cùm ita.ff.ad Trebel. Curt. sen.cons.28.Ias.d.Auth.nouissima.Alber. Bru.in tract. de statu. exclud. filias à succes.art.9.in prin.vbi dicit indistinctè patrem non posse filiæ assignare dotem minus legitima.Et dicit hanc opinionem Canonizatam, communem & veram esse, & ita pluries iudicatum esse dicit Socyn.in cons. 150.vol.2.

QVAESTIO XXII.

Sed quid si extet statutum excludens filias à successione ex tantibus masculis,nunquid poterit supplementũ petere?Respon.Hæc est ardua quæstio,& à Doctor.variantibus sententiis mirificè disputata. Cõmunior tamen & receptior est sententia hoc casu filias, sicut à petitione legitimæ eiusq; supplementi,ita quoque à dotis supplemento, quæ in locum legitimæ succedit,excludi.Ita consulendo tenet Ang.cons. 105.incip.statuto cauetur.Paul.de Cast.cons.118.incip.si domina Cornelia.& cons.135.viso puncto.Et dicit esse comm.opi.Socy. cons.288.vol.2.cum aliis alleg.per Dec.cons.26.vbi idem testatur de comm.opi.& cons.276.cum plurib.alleg.per Gram. decis.101.nu.60.& quòd legitimam non possit petere, dicit magis communem Iulius Clarus de testam.quæstio.42.vers. quæ quidem conclusio.

QVAESTIO XXIII.

Quæro, An contractus dotis per metum initus sit ipso iure nullus?Respon.q̃ licet contractus metu initus non sit nullus ipso iure, sed rescindatur per actionem, quod metus causa. Tamen speciale est in dote, vt si per metum promittatur etiam per expressam stipulationem, non valeat ipso iure, de quo est text.expressus in l.si mulier.ff.q̃ met.cau. Et ita tenet gl.Inn.& Doctor.communiter.c.2.ext.q̃ met.cau.& ibi Abb. vt attestatur Bald.Nouell.in tract.de dote.part.6. priuile. 39. Eandem dicit esse communem Gram.decis.103.nu.68.Et eã tenent Doct.omnes relati per Bald.d.loco.Licet contrarium voluerit Bar.d.l.si mulier. q̃ scz si per expressam stipulationẽ dos promittatur, valeat ipso iure, cuius opinio communiter reprobatur,secundum præfatos Doct.

QVAESTIO XXIIII.

Quæro,An mulier post annum possit petere alimenta siue vsuras dotis? Respon. q̃ non. Et est magis communis opinio vt firmat Alex.in l.diuortio.ff.solut.matr. & in cons.21.inci. ex isto themate.vol.4.& in cons.74 incip viso titu.q.& cons. 147. incip. perspectis instrumentis. vol. 5. Eandem dicit esse communem Gram.decis.103.nu. 91.Ratio, quia ipsa habuit in sua potestate dotem suam petere,vnde sibi imputet q̃ rem pestiue non petiit.Præterea quicquid accedit sorti, vsura est. Eandem opinionem tenet Bart.l.at qui natura.§.non tantùm ff.de neg.gest.Inn.Io.And.Ant.de Butr.&communiter Doct. c.salubriter.ext.de vsur.

Intellige tamen commu.opi.vt non procedat,si postquam mulier petiit dotem, hæredes in mora extiterunt, Namque tunc interesse damni emergentis peti. potest. Ang.Ioan. de Imo.Pau.de Cast.& Alex.in d.l.diuortio. vbi hac ratione concordant opi.Cyn.in l.omnem.C.de bonis mater.tenẽtis contrarium.Eandem limitationem amplectitur Abb.d.c.salubriter.Et hanc dicit esse communem opi.Lancel.Deci.in d.l. diuortio.& testatur ita aliàs esse consultum Senis tempore suo. Et eam quoque tenet Petr.de Anchora.in con.incip. in quæstione.quæ vertitur.& d.c.salubriter. Quod etiam procedit si nulla facta est interpellatio de dote restituenda,ex quo dies ipsa à lege inducta interpellat pro homine, & æque constituit in mora sicut dies expressa,vt no.gl.&Imo.& Doct.in l.si mora.ff.solu.matr.Bald.Rubr. de constit. pecun.Et hanc opinionem tenet Alex. in cons. 172.incip. in causa & lite vertente. cons.220.incip.perspectis narratis.vol.6.

QVAESTIO XXV.

Quæro, Vtrum constante matrimonio non possit dos reperi,marito vergente ad inopiam?Respon.q̃ sic,& de hoc est tex.expressus in l.si constante.& ibi no.Doct.communiter,vt testatur ibi Alex.& Ias.

QVAESTIO XXVI.

Sed quero,An hoc locum habeat,si maritus sit quidem soluendo, sed tamen incipit malè vti substantia sua? Respon. q̃ sic, & ista est magis communis opinio,vt firmat Alex. in d.l. si constante.& dicit ab ea in consulendo & iudicando non esse recedendum.& hanc opinionem tenet gl.l.vbi adhuc.C.de iure dot. Eandem dicit esse communem Io.de Im. d.l.si constante.addens difficile esse in pract.obtinere contrarium.

Contrariam tamen partem tenet gl.in §.istud. Authẽ.de æqual.dot.dum vult tex.d.l.vbi adhuc, esse intelligendam iuxta.l.si constante.scilicet q̃ viro inchoante malè vti substantia ita q̃ eius facultates non sufficiant ad exactionem dotis,& solutionem æris alieni, tunc possit dos peti, & non aliter. Eam opinionem tenet Dyn.Ioan.de Imo.&Roma.d.l.si constante. & eam in puncto iuris dicit subsistentabilem ibi Alex. Sed prima verior,ex quo in dubio semper fauendum est dotibus.

QVAESTIO XXVII.

Quæro,Nunquid hęc repetitio locum habeat,si vxor sciẽs contraxit matrimonium cum viro inope,&non existente soluendo? Respon. q̃ in hoc sunt diuersæ opiniones. Affirmatiuam partem tenet Bar.d.l.si constante.q.6. 1.par.prin.& hanc dicit ibi Alex.sibi magis placere,Pet.de Anchor.& Imo.c.propter sterilitatem.quia publicæ vtilitatis interest,quòd dos maneat salua.

Contrariam partem,q̃ s.mulier repellitur,tenet Cyn.d.l.vbi adhuc.q.4.Dyn.d.l.si constante.& eam approbant Canonistæ in c. per vestras ext.de donat.int. virum & vxor.Alber. de Rosa.Bal.Ant.Ang.Imol.& Aret.d.l.si constante.vbi Ias.dicit esse magis comm.opi.Bald.in Auth.q̃ locum.q.7.C.de colla. Et hanc opinionem dicit veriorem,& magis æquitati consonam pract.Papiens.in for.libel.quo agitur ad dotem.&eam tenet Io.Andr.in addit.ad Spec.§.ii.ver.quid si mulier.tit.de donat.int.vir.& vxor. Casus enim inopinatus facit locum repetitioni, non si fuit præuisus & cognitus, Videtur enim sciens contrahẽdo mulier,vitã.mores & facultates viri approbare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO XXVIII.

Quæro,An hoc priuilegiũ repetitionis dotis habeat quoque locum in socero recipiente dotem & vergente ad inopiam?Respon.q̃ sic,ita tenet gl.d.l.vbi adhuc.& d.l.si constante. & ibi tenent Cyn. & Ang.pract. Papiens.d.for.libell.verb. vxor.Et hanc com.opi.firmat Ias.repet.d.l.si constante.n. 24.

QVAESTIO XXIX.

Sed quid si pater recepit dotẽ nomine suo & filij,quo casu sunt duo rei debendi pro dote, & vnus eorum vergat ad inopiam, an possit agi contra alium? Respon.Doct.in hac q.sententiis variant. Bar.d.l. si constante. tenet quòd paupertas vnius nocet alteri,ad hoc vt possit conueniri.

contrarium tenet Bald. Ang. Cuma. in d .l. si constante. & eam dicit ibi æquiorem Alex. Eandem dicit ibi communem esse opinionem Ias. nu. 24. quòd scilicet inopia vnius alteri nocere non debet.

Tertia opinio est illorũ,qui volunt,q̃ neuter hoc casu possit conueniri.Et hanc tener Petr.de Bella Petr. Iaco. de Aret. in d.l. si constante. vbi dicunt hoc esse indubitatum, & sequitur Roma. Ias.n.43.quæ etiam videtur mihi satis æqua ex quo vxori satis prouisum est de dote,altero existente soluendo.

QVAESTIO XXX.

Quæro,Nunquid si maritus vel socer offerant mulieri fide iussores de dote conseruanda,cuitabunt exactionẽ dotis?Respond.Bar.in d.l.si constante,tenet q̃ non,quem sequit Ang. §. illud. Auth. de æqualit. dot. Et hanc opinionem dicit communiter approbatam esse Alex.d.l.si constante.&dicit eam se qui Doctor.iuris Canonici.d.ca.per vestras.quia mulier non debet se committere fragilitati cautionis.

contrariam partem tenet Ang. sibi contrarius.& Roma.d. l.si constante.& eam dicit sibi magis placere Ias.in puncto iuris.nu. 188.per d.c.per vestras.

QVAESTIO XXXI.

Sed quid, An duo extranei possint constitui pro dote correi?Respon.Io.Andr.in addit.ad Spec.ti.de donat.inter vir.& vxor.§.pen.tenet q̃ non. Eandem amplectitur Io.de Imo.d.l. si constante.Paul.de Castr.l. si cùm dotem.§.transgrediamur. ff.solu.matr.Licet se benè firmare non audeat.Alex.d.l. constante.§.quoties.

contrariam opinionẽ tenet Bar. l.fin.C.de do.cau.non nu. quod scilicet in dote possint constitui duo rei debendi , licet fideiussores dari non possint , & hanc opinionem tenet Ang. Io.de Imo.sibi contrarius.d.§.quoties.Bald.& Salyc.l.2.C. ne fideiusso.dot.dent.& eam dicit esse commu.opi.Paul.de Cast. sibi contrarius in cons.160.incip.cum tempore.

QVAESTIO XXXII.

Vulgaris est conclusio,q̃ in dote profectitia simpliciter tradita,actio sit communis patri &filiæ,de quo tex.est in l.2.§.q̃ si in patris & ibi communiter Doct.ff.solut.matrim.

Idem dic,si pater stipulatus est simpliciter dotem reddi.Nãque actio ex stipulatione est communis patri & filiæ.Ita not. Paul. de Castr.in l.post dotem. & ibi Bal.Ang.Imol.& Ias. qui hanc dicit esse commu.opi.nu.21.ff.solut.matr.

QVAESTIO XXXIII.

Quæro,Quid si mulier decedat superstitib.liberis& patre, An ne patri vel liberis hoc casu debet restitui dos?Respõ. magna est in hoc articulo controuersia glossatorum Ioannis & Martini.Io.tenet,q̃ dos debet restitui patri, & hæc opinio cõmuni calculo approbata est,vt attestatur Ant.de Alex.l. post dotem.ff.sol.matr.& Imo.in l.j.c.ti.vbi dicit opinionem Martini communiter reprobati.Hanc opinionem dicit veriorem, & quòd eam tenent omnes Doct.Paul.de Cast.l.j.C. de bon. quæ liber.Eandem dicit communem Capyc.Decis.176.nu.1.

contrariam opinionem,s.Martini,q̃ dos hoc casu debet esse liberorum,tanquam æquiorem de consuetudine approbatam esse,dicit Bart.d.l.post dotem.Eandem dicit vsu prævalere gl.in l.dos à patre.& ibid.affirmat Bald.veritatẽ esse pro Io. Sed contrarium de consuetudine seruari,& dicit Sali. q̃ vsus commnnis approbat opinionem Martini æquissimis rationibus.Hanc quoque dicit magis æquam Bal.d.l.post dotem.& eam tenent plures Doct.relati per Alex.ibi,&Cur.in addit.ad Alex.vbi addit,q̃ ista non est propriè consuetudo,sed generalis intellectus legum,& interpretatio dubij propter authoritatem tantorum Docto. Eandem teneri & seruari de consuetudine,firmat Bal.Nouel.in trac.de dote par.6.priuileg.26.& hæc mihi semper visa est æqua.

QVAESTIO XXXIIII.

Quæro,vtrum filiafam.in dote profectitia habeat hæredẽ? Respon.q̃ sic,in iis casib.in quib.actio est solius filiæ, vt quia ipsa stipulata est dotem profectitiam sibi reddi, vel pater nomine ipsius filiæ,vel alio modo donauit filiæ actionem.Namque filia prædefuncta patri,dos transit ad filios eius, vt hæredes.Hanc opinionem tenet Bar.d.l.post,dotem.q.4. ibi Ias.n. 92.Et est expeditum per iura Auth.§.j. Auth. de hæred.ab intest.Vbi tex.dicit,q̃ omnia, quæ per filiam patri non quærun tur,transeunt ad eius hæredes descendentes. Et hanc dicit esse communem opinionem,Capyc.Decis.176.nu.25.

QVAESTIO XXXV.

Quæro,An pater in dote profectitia data filiæ emancipatæ habeat communionem? Respon.Communis & recepta Doc. opinio est,q̃ sicut filia,postquam pater eam dotauit,emancipata acquirit dotem,& non consolidatur amplius in patrem, vt est tex.in l.2.§.q̃ si in patris.ff.solu matr.ita etiam si pro emancipata dos esset soluta,vt attestat Ias.d.§. quia si in patris. nu.21. Si enim actio communis patris & filiæ per emancipationem tollitur,&consolidatur in solam filiam,ex quo emancipatio facit eam extra patriam potestatem : multò fortius à principio tollitur. Quia faciliùs aliquid tollitur à principio, quam ex post facto.

QVAESTIO XXXVI.

Sed quid in dote aduentitia, an actio sit patris & filiæ communis,an verò solius filiæ?Respon.q̃ sit solius filiæ.Et hæc est communis opinio,vt testatur Ias.d.§.q̃si in patris.n.15.vbi dicit,q̃ in hoc omnes concordant,& nu. 19. dicit quòd omnes tenent indubitanter.

Ampla hanc conclusionem procedere quoq; in donatione propter nuptias aduẽtitia,quia actio est soli' filij, & in hoc omnes concordant,teste eo.Ias.in d.§.quòd si in patris.n.16.

QVAESTIO XXXVII.

Sed quæro, nunquid in huiusmodi dote aduentitia filiafa. sola possit esse in iudicio sine consensu patris? Respon. q̃ sic & hoc indubitanter procedit,quando filia agit constante matrimonio in casu inopiæ mariti , ex quo tunc dos nihilominus seruire debet oneribus matrimonij. Itaque patri nullus competit vsusfructus. Ita tenet gl.d.§.q̃ si patris.quam sequitur Bart. & Doct. communiter, vt dicit Ias. tàm Antiqui, quàm Moderni.

QVAESTIO XXXVIII.

Sed dubium videtur,an generaliter procedat, etiam si filia ageret solu.matr.Respon.Communis opinio est, q̃ sic ita tenet gl.in auth.quod locum.verb.cum mater.C.de collat.quã ibi sequuntur Bar.Bal.Salyc.& recentiores.Idem tenet gl.§.illud. verb.hoc valere.ibi Iac.de Beluis.auth.de æqual.dot.Eandem opinionem dicunt esse communem Imo.Rom.l.Caius. ff.sol.matr.Alex. licet ipse contrariam partem in puncto affirmet esse veriorem in d.§.quòd si patris.& ibi Ias.nu. 17.

QVAESTIO XXXIX.

Quæro,An in casu inopię mariti,quando communis est actio patris & filiæ , vt ẽ.dictum est, solus pater possit agere ad repetitionem dotis?Respon.q̃ sic, nisi filia habeat instam causam contradicẽdi, vt quia pater esset turpis persona, ita tenet gl.l.si constante.& ibi Bar.q.3.& 4.ff.sol. matr. Hanc opinionem dicit esse communem Alex.ibidem. Ratio allegatur,qa periculum spectat ad eum,quia tenetur redotare filiã, & hæc est communis,licet eam reprehendat Ias.d.l.si cõstante. n.55.

QVAESTIO XL.

Quærò,An hoc casu,quo vxor constante matri. propter inopiam mariti, dotem repetit, maritus in solidum teneatur, An verò habeat beneficium, ne teneatur, vltra,quàm facere possit?Respon.gl.d.l.si constante.videtur velle, quòd non teneatur vltra,quàm facere possit,deducto ne egeat.

contrarium verò tenet gl.d.l.vbi adhuc.ibi ad sustentationem,quod scilicet exigatur insolidum,& hanc esse com.opi. testatur Ias.d.l.si constante.n.11.Et eam tenent Cyn.Bald.d.l. vbi adhuc.Imo.Pau.de Cast.Roma.d.l.si constante.Ratio,qa dos hoc casu nihilominus seruit onerib.matrimonij,& vir ab vxore alendus est,secùs solut. matr.Et hæc indistinctè procedunt,siue agat actione reali mulier,siue personali.

QVAESTIO XLI.

Quæro,Mulier in casib. prædictis si agat contra extraneos possessores bonorum , quæ erant tempore dotis datæ mariti, an requiratur prius excussio de bonis à marito possessis? Respon. Doct. sententiis variant. Vna est illorum, qui volunt excussionem non requiri, hanc tenet Ludouic.Rom.d.l.si constante.& sequitur Bal.Nouel.tract de dote.par.8.priuileg.37. quia in iudicio dotis debet procedi ex bono & æquo quo casu non debent attendi apices iuris , eam quoque videtur approbare Ias.d.l.si constante.nu.201.

ditio,sine hęrede decesserit,intelligitur tãtùm de liberis,quia illa ↄditio ẽt si intelligeretur de extraneo hęrede quodãmodo impossibilis redderetur,vt declarat Ab. in c. in præsentia. de probatio.in prin.gl.Bart.& doctor.in d.§.fi.& Ang. consil. 305.& cons.265.Cumanus cons.125.Alex.cons.105.vol.1.& ↄs.117.vol.2.interpretatur & limitatur postremo ista regula, quando emphyteusis fuisset concessa ab ecclesia alicui,& hæredibus suis, tunc quippe ad extraneos hæredes non porrigeretur.§.emphyteusim.in auth.de non alien.& not. Bart. in l.etiam.& ibi Alex.ff.sol.mat. & idem Alex.fatetur istam esse communem opi.cons.23.opportunè consideratis,vol.1.Im. in d.l.ex facto.§.fi.Dec.in d.c.in præsentia.n.153.& seq.& cõ si.117.Affli.decis.100.vel ex Goza.cons.39.Ruin.cons.161. vol.1.Paris.cons.84.& 85.volu.4.& Boer.decis.268. num.7. Idem Viuius.

Emphyteusis si finiatur,quia finitæ sunt generationes,consanguineus emphyteutæ potest petere à Prælato, vt renouet emphyteusim,& facit iniuriam non renouando,& potest adiri superior per viam appellationis, vel quærelæ, vt compellatur renouare,Barb.in c.1.n.18.de locatio.dicit communem ex Bart.in l.ait Prætor.§.permittitur.ff.de aqua quotid.& æsti. Quam intelligit Panor.in c.bonæ el 2.de postul.prælat.n.28. quando prælatus extraneo vult conferre,secùs tamen si apud se vult habere.Et vide octo limitationes ad istam communẽ per Corset. in addit Abb. ibidem in verbo, renouationem. B.Villal.

in emphyteusi concessa à priuato,ea lege,quo ad extraneũ hæredem non transeat idem concluditur:quia tunc etiam nõ confiscatur.Est commu.opi.secund.eum.ibid. M.Chærian.

emphyteusis ecclesiastica,facta cum debitis solennitatibus, etiam ad hæredes extraneos transit.Est com.opi. licet dubia, secund.Curt.iuniorem in cons.4.super controuersia.vol.1.& vide quæ scribit Alex.cons.9.lib.2.

Emphyteusis acquisita à patre pro se & filiis,potest in testamento vni ex filiis tantum assignari,ceteris exclusis.Est mag. com.opi.teste Alex.cons.124.consideratis.vol.5.cõtra Bart. in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.de oper.libert. Contrariam opinionem dicit magis communem cum Bart.idem Alex.in cõsi.107.in causa Nicolai.in prin.vol.4.vide latiss. per Ias.in l.2. in vlt.q.C.de iure emphy.vbi ꝫ.omnes Doct.articulum dis putat ad partes.& quæ habentur in apost.ad Alex.cons.8.li.3. Curt.tract.feud.4.part.nu.131. Idem.

emphyteusis concessa vsque ad tertiam gñationem expletam cõprehendit nõ solùm nepotes, sed ẽt pronepotes, si tñ cõcedat in tertiã gñationẽ:nõ cõprehẽdit nisi nepotes, Lud. Gozad.cõs.25.n.17.com.dicit ex Alex.cõs.125.vol.5.B.Vill.

in emphyteusi recipiẽs ab ecclesia rẽ propriam, nõ vt propriam,sed vt rem ecclesiæ,contractus non valet,communem dicit Franc.Ripa in l.si aliquam.n.34.ff.de acq.poss. Idem.

Emphyteusi finita per generationem,& nõ propter culpã, emphyteuta retinet melioramenta,communem ait Dec.consi.518.nu.2.& per totum. Idem.

emphyteusis ecclesiastica,quæ secundum consuetudinem solet dari vsq; ad tertiam gñationem masculinam,si datur vsque ad fœmininam, vel in perpetuum vitiatur pro parte pro qua nõ erat cõsuetudo:valet tamen quo ad aliam partem.Ias. in l.qui rem aliquam.C.de sacros.eccle.n.21.communem dicit.l.licet sibi non placeat.Decio tñ placet n.22.&nota vnam conclusionem per eum traditam ibi n.19.& 20.quod res ecclesiastica,quæ solita est dari in emphyteusim potest concedi absq; solennitate.p tex.in c.2.de feu.& ibi Abb.&solitũ ꝓbat p duas vices ↄcessas intra xl.annos.p Bald.ĩ l.đ qb.ff.đ leg.Idẽ.

Emphyteusis ecclesiastica ꝓ filiis,& nepotib. trãsit ad eos: etsi sint hæredes.Cur.iun.cons.78.n.4.cõmunem dicit.Idem.

ADDITIO. An aũt per dicta verba trãseat ad filias fœminas,ad quas etiam emphyteusis ecclesiast.trãsit,vt habetur in §.emphyteusim.in auth.de nõ alie.& masculinũ cõcipiat fœmininum,vulg.iurib. Sali.videtur dicere ꝙ sic in l.2.C.de iur. emphy.in q.17.contrariam tñ opi.com.dicit Cors.in reper.ad Abb.in ver.emphyteusis facta pro se.Illud autem ꝙ masculinum concipiat fœmininum distinguit Archid.in c.si quis suadente.n.4.cum duob.seq.17.q.4.cum addi.Superad. Sed si diceret pro se & liberis ad differentiam pro se & filiis,tunc contineretur filia fœmina,vt in latiori vocabulo Pet.de Anch.in consi.125.visis,n.2.Alex.cons.61.Super eo,per totum vol.1.

Amplia,etsi filius repudiet hæreditatem,Alc.de præsum.regul.1.præs.31.in prin.communem dicit.

Amplia secũdo,etsi ñ sit facta de filiis mẽtio:quia in dubio præsumitur & pro filiis recepta, Ias.in l.in emphyteuticariis, ꝙ.188.C.de iure emphyt.communem dicit.Et ideo cum indistinctè cõceditur,nõ transit ad hæredes extraneos.Curt.iun. cons.130.n.5.Communem dicit,& Dec.in cons.171.& Segura,magis cõmunem dicit,in l.coheredi.§.cùm filię.ff.de vulg. & pup.n.160.& Ant.Rube.in repet.l.Gallus.§.quidam rectè, de liber.& posth.ver.pen.colligit conclusio Dec.ex cõs.411. Amplia istã secundam partem istius communis,quia sicut tacitè non cõprehendũtur hæredes extranei in cõcessione emphyteutica de reb.ecclesiæ:ita nec expresse potest concedi,vt ad extraneos transeat. Anton.Rube. in d.§. quidam rectè d.l. Gallus.ff.de liber.& posth.communem dicit ex Dec.cõs.71.

Restringe tñ istam ampliationem,si concedatur in perpetuum cum solennitate,cap.sine exceptione, 12.q.2.quia tunc potest concedi vt transeat ad heredes extraneos,idem Anto. Rub.ex Dec.in d.cons.71.comm.dicit.

Et ex hoc dicit dictus Segu.ibi,ꝙ stante l.9.For.ll.titu.*de las mandas* ꝙ,stantib.liberis nõ potest testator tertiam bonorum legare extraneis:ꝙ si fiscus succedit in bonis defuncti, nõ succedit in d.tertiam:&ad corroborationem d.l.9.est l.25.tau.vi de ĩ.in verb.fiscus,n.105.Et nota ꝙ emphyteusis priuati si sit concessa tali lege,ꝙ non transeat ad extraneum:si bona emphyteutæ confiscentur,non transit ad fiscum.Segu.in d.§.nu. 262.com.dicit.ex Bart.ĩ l.si finita.§.si de vectig.ff.de dam. inf.

Amplia istã restrictionẽ,si recipiatur emphyteusis pro se.& pro hęredib. quibuscunq;:quia tũc cõprehendũtur hæredes extranei.Ant.Rub.in d.§.qdã rectè.vers. ꝓ respõsiõc.com.đt.

Restringe istam ampliationem secundam:si aliàs sit apposita in emphyteusi clausula: & quibus dederit, quia tunc bene transit ad extraneos hæredes,Cur.iun.cons.130.n.2.com.đt.

Amplia tertiò,ꝙ pater recipiens emphyteusim ecclesiasticam pro se &filiis suis,non potest vni donare,nec signare,Stephan.Bertr.cons.138.volu.2.quem refert,& sequitur Nic.in addi.Alc.in tract.præsc.reg.1.præsum.31.com.dicunt.

Amplia quartò,ꝙ pater non põt vni ex filiis prælegare emphyteusim.Alex.cons.24.vol4.magis com.dicit.Ias.autem in l.i emphyteuticariis,đ iur.emph.C.n.211.distĩguit,quẽ vide.

Amplia quintò,ẽt si pr̃ recipit emphyteusim mediãte pecunia.Ant.Rube.in repetitio.§. qdam rectè.d.l. Gallus de liber. & posth.ff.ver.quartus casus.com.dicit,licet dicat in puncto iuris veriorẽ esse ↄriam per l.fi.ff.de assigna..liber.Idem. Vill.

Nota ꝙ emphyteusis cõcessa pro se,& filiis,non facta mentione de hæredib.nõ cõprehẽdit fœminas,Dec.in l.fœminę. de reg.iur.com.đt,&in ↄs.336.n.3.quia in ↄctib.appellatione filiorum non veniunt fœminæ.Bart.in l.1.ff.de verb.oblig.

Nota secũdò,ꝙ cum emphyteusis sit accepta per patrẽ pro se,& filiis,&hæredib.nõ ꝑt succedere filius,nisi sit hæres.Alex. ĩ ↄs.129.vol.5.& Io. Duran.in arte testan.ti.xj.cau.x.com.đt.

Nota tertiò, ꝙ si pater acquisiuit emphyteusim à priuato pro se,& filiis:tunc acquiritur filiis vt hæredib.Ant.Rube.vers. si.quintus & vltimus casus,commu.dicit. Idem.

in emphyteusi concessa priuato comprehẽduntur naturales,nisi conditio concedentis aliud suaderet,secund.com.adsertionem Doct.quam sequitur,&citat Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.Abb.Deci.n.136.& Moder.in c.in p̃sentia.de prob.Contrarium verò tenuit Ang.in l.generaliter. §.cum autem.C.de institu.& substitu.qm̃ verba dubia in ↄctibus interpretãda sunt ↄ illum,qui stipulatur,l.veteribus.ff.de pact.& verba in dubio ꝓpriè accipiũtur.l.1.§.is qui. ff.de act. & oblig. filius verò naturalis non dicitur propriè filius, ff. de his,qui sunt sui.& istam partem scribit esse veriorem Deci. in loco præcitato.Tandem ipse conatur præfatas opiniones ad bonam consonantiam,& concordiam reducere,quam videndum suademus,quia est verissima.

regulariter in cõcessione emphyteusis non habet locũ ius accrescendi,sed bene ius non decrescendi.Est com.opi.secun. Dec.cons.326.in casu proposito.circa prin. M.Chærian.

emphyteusis sine domini consensu facta renuntiatio, nullius est momenti,commune assero ex Ias.l.2.nu.24. C.de iur. emph.Matt.Afflict.in c.1.n.42.& n.48. de vasall.qui contra constitut.in 3.lib.feud.ac Fel. c.quæ in ecclesiarum. de const. Curt.de feud.4.part.q.31.atque ante illos omnes Panor.in c. 1.de feud. E.Suarez.

emphyteusi,quã aliquis sibi,suisq; liberis susceperit,renunciasse is videtur,qui patris bonis simpliciter renũciauit,commune asserunt Ias.in l.si non sortem.§.libertus.n.34.& n. seq. ff.condict.indeb.Viuius lib.1.opi.13.in fi. E.Suarez.

emphyteusis ecclesiastica nõ transit ad hæredes extraneos secundum gl.in verb.etiam filios.l.etiam.ff.solut. matrim.allegans §.emphyteusim.in Authent.de alie.& emphyteu.collat.9.& hanc opi.magis communem esse scribit Alex.de Im. consulendo,in cons.23.n.4.in lib.1.ver.tertiò pro hoc.& in

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſ.89.in prin.lib.4.conſ.de qua ſententia ipſe Alexan.in d. l.etiam.& ibi additio in verbo,in eo cõſulere.latiùs tradit me minit quoque eleganter huius doctrinæ Apoſtillator ad con ſi.Alex.in verb.extranei.in conſ.120.in lib.1. kirchouius.

Emphyteoſis eccleſiaſtica ſi alicui cõceſſa fuerit, licet regu lariter in ea nõ admittantur hæredes extranei,quando fit mẽ tio de hæredibus indefinitè:tamen tecùs ſi in ea dictum ſit de omnib.hæredib.tũc etiam extranei venirent.Ita Bal.in d.c.in præſentia.ver.nota q̃ nomen hæredis.n.20.ext.de probat.cu ius ſententiam communiter Doct.probarunt,vti referunt A lex.de Im.in conſ.185.verſ.vnde dicit ſingulariter. Bal.n.4.in 6.vol.conſ.Ludo.de Gozad.in conſ.27.n.22.circ.fi.& in cõſ. 59.n.15.ver. tamen ſi dictum fuerit pro ſe & omnibus hæredib.veniunt indifferẽter omnes,etiam extranei.& Rol.à Val le,in d.conſ.96.nu.28.cum ſeq. kirchouius.

emphyteuſis eccleſiaſtica non poteſt alienari, niſi in quatuor caſib.Cur.iun.in conſ.130.n.3. communem dicit. Clar. in §.emphyteuſis. Bonacoſſ.

emphyteuſis nõ tranſit in fiſcum in caſibus,in quib. ad extraneos tranſire non poteſt.cõmunis eſt opi.Soarez ver.emphyteuſis.nu.75.Gabriel.conſ.123.nu.6. Bonacoſſ.

emphyteuſis non incidit in commiſſum, antequàm dominus declaret emphyteutam cecidiſſe.communis eſt opi. Soarez verbo emphyteuſis.n.84.Et dominus directi, licet canonem recipiat præteriti temporis,nõ ideo minus cecidiſſe emphyteutam vult.licèt ſecus ſi futurum.communis eſt. ibi. nu. 85.idem ſi dominus recipiendo præteritum canonem non ſit proteſtatus. communis eſt opi.ibi,nu.87. Bonacoſſ.

emphyteuſis alicui & eius filiis conceſſa,non pertinet ad filias.commune aiunt Dec.conſ.336.n.3.Loazes in l. filiusfamilias.§.diui.n.68.ff.de leg.lib.1.Ioannes.de reb.quotid.c.3. magis commune cenſet Alex.in l.qđ dicitur.n.24.ff.de verb. oblig.laſ.in l.2.nu.193.C.de iure emphy.& in l. ſi quis id qđ. nu.23.ff.de iuriſd.om.iud.Did.à Couarru.lib.2.reſolut.c.18. ſed falſum,atque iniquum oſtendit Arius Pinel.in l.2.num.9. C.de bon. mat. quem nos alibi multis argumentis iuuamus. E.Suarez.

emphyteuſis alicui,& eius legitimis hæredibus indulta ꝓximos tantum ab inteſtato ſucceſſuros, non & extraneos teſtamento inſtitutos admittit. commune aiunt Curt. iun. in l. vna.n.11.C.quand.non petent.part.latè.Pinel.in l.2.nu.9.C. de bo.ma.vt & illa emphyteuſis,quę alicui & eius hæredibus accepta ſimpliciter eſt, extraneos hæredes omnino reſpuit. quod receptum eſſe in literas miſerunt Alex.conſ.23. libr.1. Pariſ.conſ.84.& conſ.85.lib.4.& qui multos cumulant,& cõ trarium receptius teſtantur Iul.Clar.de emphy.q.28.ver.tertius eſt caſus.& Viuius lib.1.opi.99. Idem.

emphyteuſis alicui, & eius hæredib. conceſſa ad fœminas ſpectabit.commune ait Berous q.18.in prin.Iul.Clar. de emphy.q.32.ver.hæc.tamen concluſio. Idem.

emphyteuſis alicui,& eius liberis quà maſculis,quà fœmin. eo in loco ꝯceſſa,vbi ſuperſtitibus maſculis fœminæ exclud. ad maſculos tantum perueniet, & in eorum defectum ad fœ minas artinebit.commune inquiunt Curt.iun.conſ.271.n.3. Brun.de ſtatuto exclu.fœmi.in art.8.q.22. Idem.

emphyteuſis alicui&eius filiis recepta ad naturales liberos non pertinet,commune affirmant Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb.Viuius lib.1.opi.100. Idem.

emphyteuſis,quæ in aliquem collecta eſt,atq; in eum dein de,qui ab ipſo nominabitur,ad omnes hæredes tum teſtato, tum inteſtato ſuccedẽtes ſpectat,ſi nemo nũcupatus reperia tur,commune pronuncio ex Alex.conſ.222.n.3.libr.6.Doct. conſ.542.n.3.Soc.in l.1.§.per procuratorẽ.n.5.ff.de acq.poſſ. Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita,n.2.ff.de verb.obl.Hip.ſing. 580.atque id ſanè & æquum & bonum eſt. Idem.

emphyteuſis ab aliquo ſibi,& filiis,& hæredib, excepta nõ pertinet ad filium nõ inſtitutum,vt commune aiunt Alex.cõ ſi.129.lib.4.Io.Duran.de art.teſta.ti.11.caut.x.latè Iul.Cla.de emphy.q.37.Viuius li.1.opi.132.ad finem,vnde qui talis em phyteuſis bona poſſidet,hæreditati patris ſeſe immiſcuiſſe cẽ ſetur,vt rectè commune ponit Viuius vbi ſuprà. Idem.

emphyteuſis in plures ſimpliciter collata ſingulis quibuſque eorum pro virili portione cẽſetur elargita, vt commune ponit atque accuratè declarat,vir magna laude dignus,ac mi hi chariſſimus Io.Ronchegallus Gioſdus in l.eandem,n.228. cum ſeq.ff.de duuobus reis. Idem.

emphyteuſis accreſcendi ius non admittit,vt frequentibus interpretum calculis comprobatum refert Dec.conſ.326.n.1. & qui benè explicat Iul.Clar.de emphy.q.39. Idem.

emphyteuſis eccleſiaſtica ſi perſonarum,aut legitimũ modum,aut conditionem iuſtã egreditur,ea fini,qua poteſt, valet,illa,qua nequit euertitur,commune ponit laſ.in auth.qui rem aliquam,n.21.C.de ſacroſ.eccl.Tiraq.de retract. cõuen. in fi.operis nu.144.latè Iul.Clar.de emphy.q.6. Idem.

Emphyteuſis eccleſiaſtica indiſtinctè non tranſit ad extraneos hæredes,commune placitum ait Dec.conſ.171.& Cur. iun.conſ.130.n.5.magis commune affirmant Segura. in l.cõ hæredi.§.cum filię.n.160.ff.de vulg.& pup.Rub.in repet.§.q. dam rectè.l.Gallus.ff.de libe.& poſthu.& ante eos Alex.conſi.clj.viſo themate.in fi.lib.2. Quod etiam procedet cùm alicui,& eius hæredib.conceſſa fuerit, receptum enũciant Soci. iun.conſ.11.n.1.lib.3.Gozad.conſ.39.n.6.& ſeq.&qui latius hac de re agit Iul.Clar.de emph.q.28.ver.tertius eſt caſus,cũ ſequentibus,vbi multos ac multa in cõtrarium adducit,& tã dem hoc magis commune aſſeuerat,limitabis tamẽ vt iſthec non habeant locum cùm emphyteuſis eccleſiaſtica alicui,& quibuſuis eius hæredib.ritè conceſſa erit, vt teceptũ ait Did. à Couarru.quem refert,ac meritò probat Iul.Cla.d.q.ver.ſed quæro quid ſi ab eccleſia.limita.2. cùm alicui & eius hæredibus,& quib.ipſe illam dederit, hæcce emphyteuſis eccleſiaſtica indulta erit, quemadmodum frequenter probari author eſt Curt.iun.conſ.4.nu.1.& conſ.103.nu.2. Idem.

emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ in aliquem & eius filios cõfertur,vni ex filiis à patre nec donari poteſt,commune effantur Bertr.conſ.138.lib.2.Alc.de præſump.reg.1.præſump.11. Quin nec prælegari poterit, vt receptius affirmat Alex. conſ. 24.lib.4. amplia & ſi huiuſmodi emphyteuſis ob pecuniæ interuentum data fit.commune ſcribit Ant.Rub.in repet.§.qui dam rectè.l.Gallus.in fi.verſ.quartus caſus.ff.de lib.& poſth. Idem.

emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ filiis & nepotibus cõceſſa eſt,ad illos licet inſtitutione non honeſtatos redit commune ponit Curt.iun.conſ.78.n.4.Quin & ad eos etiam tunc perti nebit cum hæreditatem repudiaſſe proponentur, receptum prodit Alc.de præſum.reg.1.præſump.31.in prin. Idem.

emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ ad extraneos hæredes non tranſit,ad fiſcum cum aliis emphyteutæ bonis confiſcatis nõ deferetur,commune aſſeuerat Alex.conſ.23. prima conſideratione,in fi.& ſeq.lib.1.&qui vberius hanc rem agit Iul.Cla. de emphy.q.29. Idem.

Emphyteuſis quibus in caſib. alienari poteſt,in eos alienari nequit, qui ipſo emphyteuta potentiores habentur, ac ſunt, commune aiunt laſ.in l.vlt.n.90.&n.99.C.de iu.emph.Grat. conſ.80.n.2.lib.1.& qui potentiorum nomine clericos,curiales,milites,& ſimiles comprehendi tradit Iul.Clar.de emphy. q.22. Idem.

emphyteuſis abſq; domini conſenſu alienata,niſi &tradita ſit,non committitur,commune aio ex laſ.in l.vlt.n.132.C.de iur.emphy.Tiraq.de retract.lig.§.1.gl.2.n.43. & idem teſtatur latiùs cumulãter Iul.Clar.de emph.q.13.ver.ſed nũquid. Viuius lib.1.opi.117.Idemq́; erit tametſi conſtituti clauſula apponatur,vt verius,&æquius arbitror cum Alc.in l.1.n.27. & in §.ſi vir vxori.n.60.in fi.ff.de acq.poſſ.Guid.Pap.deciſ.cj. Ant.Gomez.in l.45.Tauri.n.95.quamuis contrarium receptius eſſe agnoſcam ex laſ.vbi ſ. & ex Tiraq.de conſtit.par.3.limit.26.Si verò emphyteuſim ſemel tradiderit,etiam retrò eã confeſtim emat,atq; accipiat,iſtius iure prorſus euertetur,cõmune affirmant laſ.in l.cũ dubitatur.n.135.C. de iure emph. copioſius Iul.Clar.d.q.13.ver.ſed quid ſi emphyteuta. Idem.

Emphyteuſis ſi alienetur non ideò minus fit caduca,quod ſalua domini voluntate dicatur alienata,vt frequenter excep tum teſtantur laſ.in 2.lect.rub.n.25.ff.ſol.mat.Rip. in c.cum M.n.8.de conſtit.& ſi mihi aliud æquius ac melius eſſe videatur, parumq́ue differre arbitror num hoccè modo alienatio fiat,an ſaluo domini conſenſu. qua in ſpecie nõ committitur emphyteuſis,vt commune dogma effatur Rip.vbi ſ.quidqd Iul.Clar.tradat de emph.q.13.verſ.item quæro, ſed hac de re alibi copioſius. Idem.

emphyteuſis,quæ alicui & quibus ipſe illam dederit cõceſſa eſt,rectè atq; impune inſcio domino alienabitur, commune ait Dec.conſ.164.n.3. vt illa abſq; dubio impunè diſtrahetur, cuius vẽditio in ipſius ꝯctu diſertè permittitur, commune renũciat Torniel.in rub.n.156.ff.de verb.obl.& illa ẽt alienata nõ cõmittetur,cuius alienatio in emphyteuta maiorẽ ac potẽtiorẽ exꝑſſis ꝯctus verbis interdicit, quemadmodũ crebris doctorũ ſuffragiis ꝓbatũ ſcribit Ruin.conſ.203.n.6.li.j.Idẽ.

Emphyteuſis nõ antea committitur, quàm dominus illius directus id ſe velle declarauerit, commune aiunt Curt.iun. conſ.119.n.2.& conſ.149.n.3. ac latius Iul.Clar.de emphyt. quæſt.9. Idem.

Universidad de Deusto

Emphyteusis, quæ semel commissa est, nõ ideo minus cõmissa intelligetur, quod dominus postea scienter pensionem accipiat protestatus de commissione, quam se indulgere nolle dicat cõe aiunt Corn. conf. 40. litera c. libr. 4. Ias. in l. si post moram, n. 4. ff. de eo quod cer. loco. Intellige tamen si transacti temporis solutionem duntaxat acceperit. nam si futuri etiam temporis pensionem receperit, nihil oberit contestatio quin culpa remissa videatur, commune inquiunt Gig. de pension. q. 73. in fi. Ruin. conf. cx. n. 4. & conf. 151. n. 12. lib. 1. Intellige secundò, quod si nulla protestatio interuenerit, sola præteriti temporis solutio admissa susceptam culpam diluet, vt receptum esse prodiderunt memoriæ Gyg. d. q. 73. nu. 3. iul. Clar. de emphy. q. 10. ver. aut verò fumus, quamuis Salic. in l. 2. num. 14. C. de fur. emphy. contrarium frequenter placitum effutierit. Idem.

emphyteusis à maioratus, seu primigenij possessore constituta, non est ipsi superstes, commune pono ex iis quæ tradũt Ant. Gomez. in l. 40. Tauri. n. 84. & vir elegantis ingenij, atq; eruditionis Arius Pinel. in l. 1. par. 3. n. 65. C. de bo. mat. Idem.

emphyteusis iisdem finitionibus metienda est, quibus feudum, nisi vel aliter iure communi expressim disponatur, vel sanctiones de feudo multum, lateque à iure communi abhorreant, vt frequenter placitum affirmant Soc. conf. 157. non inutilis. lib. 2. Tutz. opi. 164. Iul. Clar. de feud. q. 3. vers. & hæc quidem. ac Vivius lib. 2. opi. 29. Idem.

emphyteusis in re propria constitutæ confessio non infert dominij iacturam, in id enim frequenter iuisse testatur Franc. Rip. in l. conditionis. nu. 23. C. de pact. Idem.

emphyteusis emptor ni se expressim ad pẽsionem obligauerit, nõ cogetur illam soluere, vt commune recenseo ex Ias. in l. 2. n. 150. & n. 154. C. de iure emphy. ac Matth. de Afflict. decis. 95. nu. 3. Idem.

emphyteusis plurium annorum futurus canon inuito domino solui nequit, commune ait Dec. in l. cum tempus, n. 8. ff. de reg. iur. Aret. in l. qui Romæ in prin. ff. de verb. obl. Ias. in l. 2. nu. 66. & seq. C. de iure emphy. Idem.

Emphyteusis hereditaria sequitur hereditatem, & venit eũ ipsa hæreditare restituenda. Ita cõmuniter determinant Doc. in l. si patroni. in prin. vt ibi per Alex. ff. ad Treb. Soc. iun. in cõsi. 79. nu. 16. vol. 4. E. Muscul.

emphyteusis susceptа pro se, & filiis masculis & fœminis (stãte statuto excludẽte fœminas à successione, propter existẽtiam masculorũ) intelligitur ordine successiuo: & sic transit ad filios masculos primò, & eis deficiẽtibus, postea ad fœminas. ita voluit Bart. in l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. verb. idem prædicta vera nisi esset statutum. ff. de oper. libert. Ita etiam firmat Salyc. in l. 2. q. 17. vers. sed dubitari potest. C. de iure emphy. vbi allegat Bart. in d. §. si liberi. Et licet ille, paulo post videatur intelligere dictum Bart. quando fuisset dictum (& hæredibus) hoc tñ nõ obstat, vt declarat Soc. iun. in conf. 79. n. 9. vol. 4. Vbi refert Io. de Imo. in cap. potuit, prope fi. ver. aduerte quia si quis, & c. de loc. Et hãc opinionem, allegãdo prædictam doctrinam Bart. firmat Alex. in l. hæredes mei. §. cum ita mihi. ver. benè facit. &c. ff. ad Treb. & ibi idem sequitur Ripa n. 76. allegãdo Bart. in d. §. si liberi, vt per eum. Et ita etiam cõsoluit Bar. in conf. 60. n. 3. vol. 1. Quam decisionem refert, & sequitur Ias. in l. 2. ver. quam decisionem. C. de iure emphy. n. 191. & eam realiter firmat insignis Moder. And. Alc. in tract. de præsump. reg. 3. præsum. 32. n. 7. dum se remittit ad Bart. in d. §. si liberi, dicẽs hanc opinionem Bart. esse receptam, &c & illam etiam in effectu sequi voluit Corn. in conf. 145. per totum. vol. 1. E. Muscul.

emphyteusi finita per generationem. descẽdentes possunt petere cõfirmationem, & appellare, si nõ confirmãtur: vnde solitum cõcedi per ecclesiam si finita linea reuertitur ad ecclesiam, illa tenetur inuestire proximiorẽ, & hæredem eius, qui vltimo loco decessit. Vt est doctrina Bart. trita, & communiter approbata in l. 1. §. pmittitur. ff. de aqu. quotidiana & estiu. Tradunt Canonistæ maximè Ab. in c. bonæ. de postul. Prælat. Quam opinionem firmat plures alios allegando Soc. sen. in conf. 99. volu. 4. cum concordantibus, vt per Ias. in l. 2. ver. ex hac decisione. C. de iur. emph. Et communem ponit Soc. iun. in conf. 79. nu. 27. vol. 4. E. Muscul.

emphyteusis concessa pro filiis vtriusque sexus (stante statuto. q. stantib. masculis, fœminæ non succedant) nõ deuenit in fœminas simul cum masculis, sed ordine successiuo. Sed tali statuto, vel consuetudine nõ stante, secus est quia tunc talis concessio pertinet ad fœminas sicut ad masculos. Ita est doctrina Bar. communiter recepta in l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. ff. de oper. libert. vt attestatur Soc. iun. cum multis concor. in cõsi. 82. nu. 9. vol. 4. E. Muscul.

Emphyteosis ecclesiastica concessa in perpetuum trãsit ad extraneos hæredes. Bald. in l. 2. n. 6. C. de iure emphyte. & in c. 1. §. quidam obligauit. ver. ego de facto fui cõsultus nu. 2. tit. de feu. dato in vicem legis commis. in vsib. feud. allegans tex. in §. licẽtiam. in Auth. de alie. & emph. colla. 9. vbi ex noua cõstitutione datur licẽtia, vt emphyteosis ab ecclesia perpetuò cõcedatur. & per cõsequens etiam vltra descendentes, qui interdum nõ sunt hæredes in perpetuum. gl. in §. adeò. in verb. auferre licet. Inst. de locat. & conduct. & per multas alias rationes quas passim Doct. afferũt. Sed magis cõmunis opi. Doct. reprobata Baldi sententia, est in contrarium. Alex. de Imol. in d. l. etiam. n. 4. ff. sol. mat. & conf. 9. n. 9. in lib. 2. conf. Phil. Dec. in c. in præsentia. n. 48. & in conf. 171. n. 6. ver. non obstat successiuè. & Lud. de Gozad in conf. 30. n. 8. quia d. §. licentiam. vtens verbo, perpetuè, intelligitur in infinitum, quantum ad numerum hæredum, sed respectu qualitatis hæredum ibi nil innouatur, sed attenditur quod asseritur in §. emphyteosim. in Auth. de non alie. aut permut. reb. eccles. colla. 2. Et sic cõcedi potest filiis, nepotib. & omnibus descẽdentib. in infinitum, nõ tamen extraneis. Ita post alios declararunt valdè pulchrè, Alex. de Imo. in d. conf. 9. d. n. 9. attestans hanc veriorem Doc. sententiam esse. Philip. Dec. in d. c. in præsentia. n. 48. Lud. Gozad. in d. conf. 30. n. 8. & Rol. à Valle, in conf. 96. n. 18. qui inquit, hanc Doct. esse opinionem n. 10. in 1. part. conf. Kircho.

emphyteusis potius præsumitur quàm cẽsus. secũdum cõmunem per Burs. conf. 56. n. 8. lib. 1. Clar. § emphyteusis. q. 1. ver. sed pone. quam conclus. dicit procedere fauore ecclesiæ idem Burs. conf. 26. nu. 20. eod. lib. secundum communem.

in emphyteusi nouiter concessa, vel iam effecta paterna, an locum habeat ius accrescẽdi vno ex emphyteutis decedẽte: vide Dec. cõs. 262. vbi etiam an emphyteutæ possint inter se diuidere inscio domino. & an emphyteusi cõcessa alicui pro se & descẽdẽtib. masculis, comprehẽdatur filia: Dec. cõs. 319. Et dic q. emphyteusi plurib. concessa, vt concessa pro virili. Et q. ius accrescendi habeat locum, & solui debeant meliorameta hæredib. eorum quibus finita est linea. Dec. conf. 326. & ibi quid si facta fuit insolidum. & emphyteusis finita, qualiter & quando renouari debeat. Dec. cõs. 328. Plura alia in materia emphyteusis, vide per eundem Dec. conf. 411. Et qualiter cognoscatur contractus emphyteuticus. Alex. conf. 117. lib. 4. Et q. quis accepit emphyteusim pro se. & liberis suis p lineam masculinã descẽdẽtib. & decedat relicta filia, an ipsa admittatur tanqnã descendens ex masculo, vel repellatur prout faceret descendens ab ea. vide Castrens. in l. maritus. C. de procur. vbi decidit quòd non admittatur. Put.

emphyteosis si cõcessa fuerit alicui cum clausula, & quib. de ceteris. &c. transit ad extraneos hæredes, maximè quãdo hæres extraneus esset institutus in testamento. Et hanc communem omnium Doct. sententiam esse referunt Curt. iun. in cõsi. 1. col. 1. & in conf. 4. col. 1. & Rol. à Valle, in conf. 42. n. 9. & 10. in Tom. 1. conf. Kirchouius.

emphyteusi finita propter generationem. & reuersa ad dominũ: descendẽtes, seu hæredes istius emphyteutæ, seu generationis finitæ possunt petere cõfirmationem & si dominus denegauerit, possunt appellare ad superiorem, pariter, ac implorare officium iudicis pro reuocatione prædicta facienda secundum doctrinã Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidia. & ita communiter approbatam à Doct. vt refert Barb. in c. ex rescripto. de locat. & cõducto, Mars. in sing. 419. Boer. decis. cvij. circ. fi. & Ripa in tract. de peste in ti. de remediis prẽseruatiuis contra pestem. n. 260. cum aliis seq. Istam communem sequitur etiam nouissimè post alios relatos per eum Paris. cõs. 118. n. 55. lib. 1. Limitatur primo prælegata communis opi. quãdo essent extranei hæredes instituti, vt per Mars. in d. sing. 419. circa fi. & q. quãtum tempus debeat peti cõfirmatio ista, vide Alex. & Paris. declarãtes in add. ad Bart. in d. § permittitur. vbi etiam dicit in fine. add. ipse Paris. q. descendentes possunt petere reuocationẽ emphyteusis, etiam si ascendentes fuissent priuati, eò quia venissent contra cõuentiones. Limitatur præfata communis vlterius per Ias. in l. 2. nu. 21. C. de iu. emphy. habere locum, quando emphyteusis expirasset ob generationem finitam, secùs si ob canonem non solutum: Aliàs verò declarationes ad istam communem ponit Corset. in add. Abb. in versi. renouationem. in c. bona secundo, de postulatio. prælat. F. Vivius.

Emphyteusis, in emphyteusi ecclesiastica filios non hæredes non succedere secundum communem dixit Paris. consil. 48. numero 10. libro 4. docto. in apostill. ad Alexand. consil. 129. colum. 2. libro 5. pro cuius rei & quæst. intelligentia:

vide

Universidad de Deusto
Biblioteca

vide quæ scribit Rom.cōs.35.vbi quærit,an emphyteusis de qua ibi transire possit in filios licet non hæredes? & alleg.glo. teneñ q̄ non.in l.etiam ff.sol.ma.Alex.aut.d.cons.129.col.2. lib.5.loquitur in emphyteusi ecclesiastica,& dicit eam transire etiam ad filios non hæredes,secus tamen in concessa à priuato,cum ipsa sit transitoria ad quoscunque hæredes,& ideo pro filiis vt hæredibus accepta censetur, teste Bar. qui communiter approbatur,in l.gallus.§.1.n.9.ff.de lib.& posth.in l.si tibi §.si pactus.n.9.ff.de pac.quam sequitur Dec.cons.149.colum.1.licet.vt supra dixi,doc.in apostil.ad Alex.d.cons.& Paris.vbi supra teneant filios non hæredes in emphyt.eccl. non succedere secundum communem ibi relatam.

Emphyteusis quando est concessa fœminæ, & sic à principio est fœminea:si in ipsius cōcessione fit mentio de filiis,veniunt etiam & fœminæ,quod probatur, ex communi concl. quæ habet, q̄ licet fœminę in feudis non succedant tanquam incapaces:c.1.qui feud.dar.poss.limitatur tamen ea concl.locum non habere in feudo materno,seu fœmineo,quod origine sumpsit in fœminis,gl.in §.& quia videmus.qui feud.dare poss.tex.in c.1.de nat.succe.feud.ita in emphyteusi concludit Rol.cons.76.n.6.& n.7.& seq.lib.3.vbi dicit cōem, quam declara vt per eum ibi,vbi ponitur casus de emphyteusi concessa fœminæ,pro se suisq̄ filiis,& quæstio est,inter neptem ex filia,& nepotem ex filio.

emphyteusis cōtractus nominatus est,vt commune ait Ias. in prælud.feud.nu.34.in fi.hodieq̄ ex communi loquendi vsu idem cum libellario cōtractu habetur,atque iisdem regulis vterque metitur.commune inquiunt Dec.cons.146.nu.2. Paris.cons.77.n.12.lib.3.Tiraq.de retract.mutticip.§.34.gl.n.1.& si propriè libellarius cōtractus tūc sit, cùm res emphyteutica fit ab eo,qui directè dominus non est,emphyteusis vero,cùm à vero,& recto domino res in emphyteusim concedi tur,vt frequēter placitum scribit Ias.in l.1.n.19.C.de iure emphyteu.Differt autem à censu,quia census dominium quà vtile,quà directum confert,emphyteusis vtile duntaxat.commune renunciant Ab.in c.constitutus.n.29.de relig.dom.Ias. in d.l.1.nu.39. Suarez.

emphyteusis ecclesi.quin alicui,& omnib.eius descendentibus concedi possit,nemo iure ambiget.commune inquiunt Alex.cons.cx.lib.iij.Goz.ad.cons.xxv.nu.20.ver.ad decimum in l.Clar.de emphyteu.q.6.ver.quæro vsque ad quā. vt & dubitatio nulla esse debet,quin ea alicui & extraneis eius hæredibus expressim præstari possit. commune dogma attestatur Soc.cons.266.n.33.lib.2.Grat.cons.128.n.6.lib.2.& si perperam aliud receptum asseruerint Alex.in l.etiam.n.3.fol.mat. Rub.in l.Gallus.§.quidam rectè.n.197.& nu.203.ff.de lib.& posthum.quos merito refutat Clar.d.6.versic.sed nunquid, Suarez.

emphyteusis recepta à priuato in qua appositum est verbum hæres,quid operetur tale verbum? dic,vt per Rol.consi. 54.col.fi.post med.lib.3. Quid in emphyteusi recepta ab ecclesia pro se & hæredibus vide ibi.

emphyteusis. Renūtiatio seu repudiatio patris facta de iure emphyteusis,an possit filij,præiudicare,& dic,vt per doc.in apostil.ad Rom.cōs.35.post n.4.vbi Rom.querit an patruus: ius emphyteusis suæ nepti legare potuerit? & concludit q̄ sic, pro qua q.vide Ias.in l.2.q.22.& q.vl.C.de iur.emphy. Afflic. in c.1.nu.21.de succe.feud.Tiraq.de vtroq.retract.tit.1.§.11. gl.6.n.23.& seq.doct.in apostil.ad Alex.cons.8.n.15.lib.3.vbi quæ sit communis.opi.

Emphyteusis an legari possit domino irrequisito? dic, vt p Alex.cons.9.num.10.lib.2.vbi doc.in apostil.disputant,& an emphyteuta possit donare ius suum emphyteuticum & melioramenta? vide Ias.in l.fi.num.60.C.de iur.emphy.vbi concludit q̄ sic,quam concl.declara,vt per eum ibi à n.66. vsque ad 70.post spec.tit.de emphy.§.nunc aliqua.n.131.vbi disputat in vtranque partem,quam q.Abb.cons.74.n.3.stat pro negatiua,nō posse donare legare,seu alr transferre,nec etiā permutare,spec.autem d.tit.n.151.dicit q̄ nō potest alteri in emphyteusim dare sine consensu domini,cuius contrarium scribit Alex.cons.120.col.fi.lib.1.qui reprehenditur per doct.in apostil.ibi.Quid de diuisione in feudalibus & emphyteuticis: an etiam sine consensu domini permittatur? & dic, q̄ sic, vt p Alex.cons.189.nu.3.lib.2.nam concl.declata,vt ibi nu.7.nu. 13.& seq.

EMPHYTEVSIS.

Summaria.

In generali omnium bonorum obligatione, venire etiam bona emphyteutica:contra sent.Lud.Roma.q.1.

Emphyteutam finita emphyteusi,retinere seruitutes acqsitas,impēsas & meliorationes:vel certè earū æstimationē.q.2.

emphyteutam alienātem partem emphyteuseos,irrequisito domino,nō cadere à tota emphyteusi, sed amittere solam partem alienatam:ad instar vasalli,seu feudatarij.q.3.

Magnam esse cognationem,& affinitatem inter feudum & emphyteusim.ead.q.

emphyteutam alienātem cum clausula:semper saluo & reseruato assensu domini,& non aliter nec alio modo,non priuari iure suo.q.4.

emphyteutam propter cessationem in solutione canonis, postquam dominus declarauerit velle se rem cadere in commissum,ipso iure priuari feudo emphyteutico.q.5.

Purgationem moræ, stricto iure non admitti, vbi propter non solutum canonē,domino volente res emphyteutica cecidit in commissum:æquius tamen esse,admitti.q.6.

emphyteutam ecclesiæ,vel priuati posse purgare moram,licet apposita sit in instrumēto clausula,rato manente pacto:secùs si iuramentum sit appositum.q.7.

emphyteusim ecclesiæ,de sui natura non transire ad hæredes extraneos:sed tantùm ad filios & alios descendentes:Nisi aliud dicatur specialiter, & exprimatur in legitima concessione.q.8.

emphyteusi minus solenniter concessa,putà,pro se & hæredibus,non intelligi,neque contineri extraneos.ead.q.in fi.

In emphyteusi non habere locum ius accrescendi,si data & concessa pluribus simul,ab initio.q.9.

Argumentum de emphyteusi ad feudum,& econtrà valere. Maximè cùm dispositio feudalis non est contra regulas iuris communis.Licet quidam dissentiant.q.10.

QVAESTIO I.

Quæro,An in generali obligatione omnium bonorum veniant bona emphyteotica? Resp.Licet Lud.Ro.in l.si constante.in prin.ff.solut.mat. existimet q̄ non obligenter bona emphyteotica:tamen contraria sententia crebriori calculo recepta est, quam tenet ibi Bart. q̄ scilicet sub generali omnium bonorum hypotheca veniunt quoque bona emphyteotica, vt firmat ibi Alex.Eandem dicit esse communem Matthæ.de Affict.in decis.191.nu.3.

QVAESTIO II.

Quæro,An emphyteusi finita emphyteota perdat seruitutes acquisitas, impensas & meliorationes? Resp. Communis est conclusio,q̄ non perdat,sed potest eas vel earum æstimationem retinere,ita tenet Bald.& Doct.in l.senatus.§.Marcellus.ff.de leg.1.& ibi in specie Lancelot. Deci.Eandem sententiam firmat idem Bald.in c.1.§.si vasallus.n.1. hic finitur lex. Pau.de Cast.Auth.qui rem.C.de S.S.eccle.& in cons.238.numer.3.& 4.vol.1.Ias.l.2.notab.7.C.de rei vend.Mathæ.de Affli.d.§.si vasallus.n.12.Alb.Bru.in tract.de augmen.concl.20. Et eam dicit esse communem Deci.in cons.508.Et hæc est veritas,quamuis contrarium consuluit Fulg.cons.9.

QVAESTIO III.

Quæro,emphyteota alienans partem emphyteosis irrequisito domino,An cadat à tota,an verò amittat tātùm partem alienatam? Resp.Verior & receptior est opinio,q̄ amittat partem alienatam,argumēto sumpto à feudo ad emphyteosim, q̄ validum est secundum communem Doct.sententiam. Sūt enim eiusdem naturæ & conditionis feudum & emphyteusis secundum Spec.tit.de feud.§.quoniam.ver.40.in fi. Et æquiparantur secundū Bal.c.quæ in ecclesiarum.de constit. q̄ autem feudum nō possit in totum deuolui,tenet gl.in c.i.§.similiter.quib.mod.feu.amit.Et hanc esse communem opinionē firmat Tho.Gram.decis.49.n.2.& tenet Paris.cons.14.n.11. vol.1.Raph.Cuma.in l.quidam in iure.§.1.de don. Vbi dicit, q̄ non reperit aliquem tangentem in emphyteota, & q̄ ipse consuluit emphyteotam non perdere ius suum in parte non alienata,& est cons.99.vol.5.Et hæc opinio communior videtur si authoritates numerentur:quamuis non viderim aliquē expresse hoc attestantem.

QVAESTIO IIII.

Sed qd,si in alienatione sit apposita clausula: semper saluo & reseruato assensu domini,& nō aliter,nec alio modo? Resp. Crebrior est sentētia emphyteotam virtute talis clausulæ nō posse priuari iure suo,licet possessionē tradiderit, ita egregiè disputando firmat Fel.in d.c.quæ in ecclesiarum.ext.de cōsti. Et hāc opinionem tenet quoq; Bald.in c.1.§.hoc quoque.de succes.feud.Alber.in l.fi.C.de iur.emphy.idem firmat Ias.in l.2.C.e.tit.vbi dicit id nō procedere,si nō simpliciter dicatur, saluo cōsensu dñi,quia ista verba nō releuāt.Ita quoq; tenet Bal.in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bal.in c.1.§.fi.quæ fu.pri.cau.benef.ami.Soc.in conſ.2.Et hãc dicit eſſe communem opinionem Rip.lib.3.reſp.c.1.nu.3.

QVAESTIO V.

Quæro.An emphyteota propter ceſſationem in ſolutione canonis cadat ipſo iure à fundo emphyteotico?Reſp.Magn⁹ eſt conflictus Doct. in hoc articulo pro vtraque parte multa adducẽtium, ſed magis placuit emphyteotam non cadere ipſo iure à re emphyteotica, ſed ita demùm ſi dominus declaret velle ſe,ꝙ res incidat in commiſſum,namque tunc ſtatim abſque aliqua ſententia declaratoria iudicis, ipſo iure priuatur.Ita tenet Bart.in l.2.C.de iure emphy. & ibi Iaſ.dicit hanc eſſe cõem opinionem num.10.& 12.Alex.in conſ.6.volu.3.

QVAESTIO VI.

Sed quæro, Nunquid res emphyteotica domino volente cadat in commiſſum abſque moræ purgatione?Magna eſt cõtrouerſia ĩ qua variè locuti ſunt interpretes,præſertim in emphyteota priuati, nonnullis exiſtimantibus,ꝙ abſque moræ purgatione ob ceſſationem ſolutionis canonis intra triennũ res emphyteotica domino volente incidat in commiſſum,vt firmat Alex.conſ.102.vol.3.& Moder.in d.l.2.Et hæc eſt cõmunior opinio,& ita iudicatum in conſ.Neap. teſtatur Matthæ.de Affli deciſ.174.n.2.per tex.d.l.2.Aliis verò cõtrà, purgationi locum eſſe,quæ & mihi æquior videtur,propterea,ꝙ moræ purgatio ex æquitate deſcendit,vt latius ĩ.ca.Mora.9.

QVAESTIO VII.

Sed quid ſi emphyteuta eccleſiæ,vel priuati,dato ꝙ ei quoque cõcedatur moræ purgatio,in emphyteotico inſtrumento appoſuit clauſulam, rato manẽte pacto, vel iuramentum, nũquid poterit mora purgari?Reſp.in hac quæſtione diuerſæ ſunt ſentẽtiæ,vt in c.1.de mora.lib.2.q.24.dicemus.Sed quò ad clauſulam,rato manente pacto,magis cõmunis eſt,ꝙ non operetur moræ purgationis excluſionem.Secùs quò ad iuramentũ.ꝙ habet vim clauſulæ ſpecialis,& impedit moræ purgationem.l.ſi quis maior.C. de tranſactionib. Et firmat Bart. & Doct.in l.inſulam.ff.de verb.obl.& in l.ſi poſt tres. & ibi in ſpecie Bald.& Ang.ff.ſi quis caut.Licet quò ad primum,contrarium teneat Mathæ.de Afflict.in deciſ.174.nu.4.

QVAESTIO VIII.

Quæro,An emphyteuſis eccleſiæ de ſui natura tranſeat ad extraneos hæredes?Reſp.Communis & recepta eſt Doct.ſententiaꝙ ſolummodò trãſeat ad filios,& deſcẽdentes,&nõ ad extraneos,vt teſtatur Mathæ.de Afflic.in deciſ.100.n.1.niſi hoc dicatur,quando legitimè facta eſt conceſſio,ſicut.n.poteſt eccleſia in caſu à iure permiſſo in totum alienare, & ſic ꝙ tranſeat ad extraneos hæredes:ita quoque poteſt rem ritè & rectè in emphyteuſim concedere, vt tranſeat etiam ad extraneos hæredes,vt firmat Alex.in conſ.9.vol.2.& in conſ.189.& cõſi.38.3.col.eod.vol.& cõſ.91.vol.1.cum pluribus per eum al leg.Hãc dicit eſſe communem Pot.inſti.de loc.§.adeò.Et hãc dicit eſſe veritatem Matthæ.de Afflict.in d.deci.100.n.3.&ita iudicatum eſſe dicit in deciſ.386.nu.7. Hanc etiam opinionẽ vti veriorem tenet Alex.in l.etiam.ff.ſolut.matr. vbi 5.refert opiniones & tãdem in hac reſidet.Secùs tamẽ eſt, quãdo emphyteuſis conceſſa eſt minus ſolẽniter pro ſe & hæredib.Nãque tunc indubitatum eſt,eam non tranſire ad hæredes extraneos,vt firmat Curt.iun in conſ.109.n.7.Et ita iudicatum eſſe dicit Matthæ.de Afflict.d.deciſ.100.

QVAESTIO IX.

Quæro, An in emphyteuſi locum habeat ius accreſcendi? Reſp.ꝙ ſecũdum communem & receptam Doct.ſentẽtiam regulariter nõ habeat locum,vt firmat Alex.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.obl.& ibi Iaſ.n.10. Limita tamẽ hanc cõcluſionem procedere,quãdo plurib.ſimul fuit cõceſſa,ſecùs quãdo vni,ſ.patri recipienti pro ſe & filiis ſuis.Namque tũc ſi pater decedat relictis filiis,qui ſucceſſerunt ei, inter ipſos habet locum ius accreſcẽdi.Ita cõſuluit Bart.in conſ.58. Et cum Bart. tranſeunt omnes Doctores communiter,vt teſtatur Iaſ. dict. l.ſi mihi & Titio.n.12.Et hanc ſententiam firmat Bald.& Sal. l.2.C.de iure emphyteutico.Alex.conſ.21.nu.5.vol.5.

QVAESTIO X.

Quæro,An valeat argumẽtum de emphyteoſi ad feudum, & econtrà?Reſp.Communis eſt Doct.aſſertio,ꝙ ſit validum, maximè quando diſpoſitio feudalis nõ eſt cõtra regulas iuris communis.Ita probat gl.c.1.verb.vtrumque an agnat.vel ſi.lius.quam ſequitur Alex.cõſ.5.nu.2.vol.5.Tiraq.in tract. de mor.4.part.declar.6.n.2.Carol.Mol. in cõſuet.Pariſ.§.1.gl.5. n.71. Euerhard.in loco à feu.ad emph. Et hãc dicit eſſe cõem opi.Soc.cõſ.167.n.24.vol.2. Licet multi velint ꝓrium,vt per Myſing.ĩ obſeruat.Camer.impial.Cẽtur.1.obſer.7. M.Graſſ.

Emphyteoſis, Græcè,Latinè idem eſt quod melioratio.vt volunt cano.maximè Card.& Imo.in c.potuit.ext.de loca.& ideo pro emphyteuſi modica penſio præſtatur. & ita etiam in effectu vult Bal.in l.1.in 1.column. C.de iure emphyt. vbi dicit ꝙ fundi dantur in emphyteuſim ad meliorãdum vt melioramenta facta (emphyteoſi qũocunque finita) ſint ipſius domini.&ita refert & ſequitur Iaſ.in l.1.in 2.col.C.de iure emphy.allegat multa max.d.Alex.in cõſ.600.incip.viſo proceſſu cauſe.vertẽtis inter.d.lutiã.quod eſt in 4.volu.cõſ.117.faciunt quæ habẽtur per Alex.in 1.vol.cõſ.112.vbi dicit ꝙ emphyteoſ eſt quãdo da. res magni valoris per modico ſoluen. in recognitionem.dominij. & illud conſi. eſt repetitum in 2. vol.conſ.6.& ita.ſe habet communis opi.vt dicit.Alex. in locis præallegatis. P.Andora.

Emphyteoſis propriè dicitur quãdo eſt perpetua.ſecũdum Bal.& Ang.in l.1,ff.ſi ager.vecti.refert Iaſ. vbi ſ. & multa alia al. Idem.
vide quæ habentur.ĩ.q.fi.

Ab emphyteota perpetuo res auferri non debet.licet alius meliorẽ offerat cõdictionem.Ita no.Bar.in l.3.per illum text. C.de fundis patri.li.11.refert & ſequitur Iaſ.in d.l.1.in fi.2.colum.vbi etiam allegat.Alex. in conſ.79.incipien. circa pm.de quo quæritur.

Addo Pau.de caſt.in 2.vol.conſ.63.vbi idem tenet in fortioribus terminis.valet in colono eccleſiæ.&ita vult Curtius conſ.47.in 2.col.cum ſeq.vide aliquid in verb.colonus §.16. Panor.in c.ad aures.de reb.eccl.non alie.

Bene fac.qd vult.Bal.in 3.part.ꝯſ.143.ꝙ locatio rei inutil. valet.licet ex poſt meliore.nec debet reuocari.

Cõtrarium tñ tenet Barb.in 1.vol.cõſ.64.in 9.col. P.And.

Si res ſterilis data ſit in emphyteoſim vſque in tertiã generationem.durat ppo.lud.ſing.368.al.Bar.in l.quicunque. de omni agro deſer.lib.11.

Fac.quod vult idem ludo.ſing.628.vbi dicit ꝙ prelatus priuatus ob delictum prælatura non priua.fundo qui erat ſterilis. quem reddidit fertilem. P.Andora.

emphyteota cadit à iure ſuo emphyteotico veniẽdo cõtra pacta.ſm Bal.in l.ſi.§.fi.in vlt.col.C.communia de leg.cum aliis al.per Iaſonem.in d.l.1.in 3.col. vbi cõfirmat. per id quod dicitur de feudo.Nam ſi vaſallus non ſeruat pacta. põt abeo feudum auferri.etiam ſi ſit eccleſia vaſalla allegat Bal.in prælud.feu.in pen.col.& Bar.in l.1.circ.med.ff.de interd.&releg. & Bal.in l.fi.C.de liber.cau.

Idem ſi rem deteriorauit.de quo tamen late.per Iaſonem. in l.2.in 32.col.in 42.q.C.de iur.emph.& dico.ĩ.q.40.

Si res emphyteotica in totum pereat. an liberetur emphyteota?tex.eſt ꝙ ſic in c.potuit ext.de loc.& in §.adeo.inſti.eo. & in l.j.C.de iur.emph.vbi in gl.ponũt.illi verſ.vulgares.ſi res tota pit,&c.vide ĩ.§.12. qd ſi tota periit deiſi palluuionẽ acreſcat an actio extincta reuiuiſcat. vide in ſiſi Bal.in 4.par.conſ. 214.vide ẽt Alex.in 5.vol.cõſ.91.in fi.et in ſiſi.qd vult remiſſiue Iaſ.in l.quominus in 31.col.ibi qd aũt ſi heõ.de flu. Valeret tñ pactũ.ꝙ ẽt re in totũ pempta.pẽſio nihilominus dẽreꝯ. vt vult ſpec.ĩ ti.d loc.ĩ ver.nũc aliq⁹.ver.138.&ſeq.Iaſ.ĩ d.l.1. ĩ 3.col.ꝑ qo.dt eẽ ibi bo.tex.in ver.ſup oĩb.vl ẽt fortuit.cãib.

Si aũt res emphyteotica.in totũ nõ piit Sed ꝑ parte. tene. noĩus emphyteota ad integrũ canonẽ.vt hĩ in loc.ꝑal.&ſpec. & Io.and.in d.§.nũc aliq⁹.ver.135.& ita vult Iaſ.in d.l.1.in 4. col.& in 21.col.ibi.in ea.gl.ibi.& hęc placet.idẽ vult Lud.ro.ĩ ꝯſ.169.ĩ 6.& 7.col.Alex.ĩj.vol.ꝯſ.cxij.repetito in 2.vol.ꝯſ.6.

Quid ſi dono rem eccleſiæ. vt me alimentet. & res pereat. an eccleſia tenea.ad alimẽta franc.crem.in ſing.1.tenet ꝙ ſic.

Quid aũt & quãtum. eſſe debeat illud qđ remanet ad hoc vt emphyteota ad canonem integrũ tenea.Bar.in d.l.1. tenet quod debet ſufficere ad canonem ſeu pẽſionem.alias fiet diminutio & ſequi.ibi Iaſ.in xxj.col.ibi ſed tunc ſuccedit.

Sed quid ſi domus emphyteotica caſmate periit.an debea. pẽſio.Iaſ.in d.l.1.in 4.col.ibi ego autẽ. tenet ꝙ ſic.quia durat area quæ eſt potiſſima pars domus.l.qui res §.aream.ff.de ſol. & donec ſupereſt aliqua pars.rei emphyteotice.nunquã libera.emphyteota.vt dictum eſt ſ.& ad hoc allegat Ang.in §.itaque.in aut.de non alie.& Imo.in d.c.potuit in 37.col.idẽ vult ipſe Iaſ.ibidem in xxj.col.ibi.& iſta etiam facerent.

Licet in cõtrarium.ſit gl.ſecundum eum in l.inter quos. §. damni in verbo percipien.ff.de dam.infec.

Faciunt quæ habentur per eundem Iaſonem. in l.quominus.in 30.col.ibi quæro 24.ff.de flu.
vide late per Alex.in l.interdum.§.1.ff.de acq.poſ.Ange. in §. adeo.inſti.de loca.

Quæro qd ſi res emphyteotica.ſi poſſit pp guerrã.cultiuãi an debeatur penſio?Iaſ.in d.l.1.in xxij.colum. ibi quid ſi res

Universidad de Deusto
Biblioteca

emphyteotica. dicit hanc q. dubitatiſſimam. & plus q̃ alia quæ in materia occurrat.& quot capita.tot ſententiæ.& tandem relatis multis opi. tenet vltimam.quæ eſt Iac. de Are.& Bar.tenentium.q̃ non debea. penſio.faciunt not.per Alex.in 1.vol.conſ.112.cor.in 2.vol.conſ.181.in 15.col.

Eſſet tamen probañ q̃ propter guerrã res non potuit poſſi deri.Alex.in ſpecie in 4.vol.conſ.117.in fi.

Iſtud tamẽ ſingulariter limitat.ibi laſ.in 28.col. ibi per iſta remanet poſt Alber.de rox.in l.item quæritur.§.exercitu ff.loca. vt non procedat. quando in inſtrumento emphyteotico foret renuntiatum.excep.doli.condictioni ſine cauſa,& omni auxilio.rc.Nam tũc tenc. emphyteota ad canonem. etiam ſi guerra poſt contractum.ſuperueniat.&dicit iſtud procede. etiam in omni ſimplici colono ſeu conductore.& dicit ibi Ia ſon iſtud eſſe.diligentiſſime notandũ.quia dicta clauſula.ſem per in inſtrumentis apponi conſueuit.

Iſtud tamen ego ſublimitarem.licet in ſpecie tactum nõ in ueniam.per ea.quæ volunt.Ana.& Bolog.in conſ.74. vbi cõcludunt. q̃ licet conductori non fiat remiſſio quãdo ſuſcepit in ſe omnem cauſam. tamen illud fallit. quando talis cauſas. prouenit facto iniuſto locatoris.Ita in caũ iſto ſi guerra ſuper ueniſſet facto iniuſto directi domini.crederem non ob.tali renuntiatione emphyteotam non teneri.

Secũdo limitat laſ. dictam opinionẽ Bar. proced. Niſi emphyteota.talem rem.tempore guerre accepiſſet,quia tunc ſine vlla diminutione.penſionem ſoluere tenetur. habet enim quid ſibi imputet.allegat tex.optimum in terminis in l.q bona.§.de illo.ff.de dam.infect.& Bal.in tit.de pa.conſtan.&in l. ſi ea lege.C.de vſu.& Bar.in l.ſi is à quo.§.fi.ff.vt in poſſ.leg.

Addo quod idem vult Barb.in 2.vol.conſ.51.in 7.col. vbi multa allegat.&dicit idem eſſe.ſi imminebat periculum guerre.ſeu hoſtium incurſus.quia ſcire debebat rei qualitatem & ſtatum.

idem etiam per multa tenet ſonz.in 2.parte conſ.156.in 4. col.& Alex.in l.interdum§.1.in fi.de acq.poſſ.

vide in ver.conductor.§.30.

Quid ſi fructibus correſpondeat penſio.an ſit fienda remiſſio.vide Alex.in 1.vol.conſ.112.vbi tenet quòd ſic.

An propter augmentum. puta alluuionis rei emphyteoticę debeat augeri pẽſio?gl.ſi.quam ſequuntur Bar.&doct.in d. l.1.de iure emphy. determinat q̃ nõ.quia ſic.per diminutionem rei nõ diminuit penſio. Ita per augmentum rei.non debet penſio augeri.vt contrariorum eadem ſit diſciplina.& ita vult ibi laſ.in xxij.col.idem vult in l.de quib.in 9.col.ff.de ll.

Vbi hoc limitat in aug.conſueto euenire.ſecus in inſolito. allegat ſignanter. Bal.in add.Spec.tit. de loc.in 6.col.allegantem gl.quam ad hoc reputat auream.in l.ſi merces.§. vis maior ff.loca.

Cor.in 4.vol.conſ.15. tenet indiſtincte. quòd non debeat augeri penſio.

ſubiungit ibi laſ.An alluuio accreſcat.emphyteote.&ſic ei lucro cedat.ibi tamen nihil firmat.Idem ponit in l. de quibus in 8.& 9.col.ff.de ll.& concludit q̃ ſic.vide vtrobique per eũ. Cor.in 4.vol.conſ.15.Ang.in §.prętera.inſti de re.di.Quid ſi prædiũ ſit totũ à flumine corroſum. deinde flumen relinquat alueum.vide Alex.in 5.vol.conſ.91.in fi, & in ſimili Bal. in 4. parte conſ.214.& 8.§.6.

Nunquid empyteota poſſit ſiluam emphyteoticam extirpare inuito domino.Bal.in d.l.1.in vlt.col.tenet q̃ non.refert & ſequitur.laſ.ibi in 28.ſeu pen.col.pro quo dicit,bene face. l.hactenus.§.fi.ff.de vſufr.& allegat flor.in terminis in l.hactenus §.caſſius ff.de vſufr.

Adduc, etiam quia emphyteota fructuarius & ſimiles.non poſſunt arbores fructiferas inuito domino ſuccide. ſed bene ceduas. allegat.Bar.in l.in fraudem.§.conductor.ff.de iu.fiſ.& in l.diuortio§.ſi fundum per illum tex.ff.ſolu.matr. & Bal.in Auth.qui rem in 1.col.C.de ſac.ſan.eccl.Addo q̃ idem volũt Alex & laſ.in d.§.ſi fundum.

Imo ſi incidant poſſunt expelli:quia faciunt rem deteriorẽ. ar.d. Aut.qui rem. & c.propter ſterilitatem.ext.de loca. & ita volunt Alex.& nouiſſimi poſt Bart.in d.§.qui fundum.

faciunt quæ dixi in ver.conductor.§.5.

Limitat tamen laſ.ibi.in 3.col.ſi ex inciſione ſequatur magnum damnum.ſecus ſi paruum.

Secundo limitat niſi loco inciſarum,alias arbores ſubrogarẽt,tunc.n.non poſſent expelli.allegat Ang.Pau.de caſt.& Alex.ibi.& Ang.in aliis locis.

Tu adde aliam & pulchriorem. limitationem.ſ. q̃ emphyteota non poteſt incide.arbores fructiferas non renaſcituras. ſed renaſcituras breui tẽpore poteſt incide. vt eſt ſilua in qua nihil commoditatis percip. niſi ex inciſione & vendit.lig. tales. n. arbores dicuntur in fructu. nec eſt in conſiderat. an ita cito renaſcãtur.Ita in terminis tenet Alex.in 5.vol.cõſ.118. allegat multa quæ omitto Idem etiam in propriis terminis tenet.d.franc.de curte.in conſ.70.in 6.& 7.col.vbi allegat.dictum conſilium.Alex.

Sed an emphy.poſſit pratum emphy.reduce.ad culturam. vide Bolog in conſ.67.vbi tenet.quòd ſic.

executor testamenti vel vltimæ voluntatis, quilibet deputari & hoc officium exequi potest, quia iure repelli aut prohiberi non potest, adeo vt non tantum laici, licet sint filiifam. sine licentia patris perinde atque procuratores esse possint, capitulo cui generaliter, §. decur. lib. 6. Zabarel. & Bartholum, in c. religiosus. de testam. lib. 6. sed etiam clerici, & sic Papa, Episcopus, Archiepiscopus, primates, Cardinales, Abbates, & aliis beneficiis præsidentes, non tantùm ad pias causas possunt esse executores secundum Spec. tit. de instrum. edi. §. nec. vero, ver. de Episcopo autem, & Bartolum. d. c. religiosus. sed etiam vt tenent alij ad non pias causas vt ibidem refert Spec. quod verum, esse patet, ex capitulo, Ioannes. de testamẽtis. vt d. c. religiosus quod & tenere Pau. & Ant. in cle. vnic. eo. tit. idem & idem Ant. d. c. Ioannes. Quinimo & collegium potest esse executor. vt tenuit Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cle. vnde tametsi regulariter quilibet possit esse executor, & tale officium acceptare, quemadmodum communiter reneri refert Bened. Capr. in tractat. execut. vltimarum voluntatũ, ad finem regularum posito, membro 2. n. 3. id tamen inter alia fallit in fratribus mendicantibus, præsertim minorib. quia etiam ad pias causas circa quas vertitur litigium, aut rerum administratiõ, executores esse nequeunt, Clemẽtina exiui de Paradysso. de verborum significatione. Si tamen administrationi annexa sint quæ solo verbo possunt expediri, & consentire, vt commodè separationem patiantur, poterit tale officium quò ad illa adimplere mendicans siue minorita, 90. dist. cap. non satis. argumento l. vtile. ff. de reg. iur. quod d. c. religiosus. vide tur quoque tenere Bartholom. Nanius de Pernsi & Francis. Zabarel. cum quibus cæteri communiter transeunt & ibidẽ n. 11. refert idem Capra. Similiter fallit in bannitis & damnatis qui per annum & condẽnationem perdidẽrunt bona, quæ sunt confiscata, secundum Bartolum d. c. Religiosus, ꝙ etiam vult. Bald. l. id quod pauperibus. C. de epis. & cler. quia hi nisi ad actum nudi ministerij, puta quoad declarationem vel executionem aliquam faciendam non possunt esse executores, l. ex facto. §. ex facto. & ibid. Iac. de Arena. & Bartho. ff. ad Treb. idem in l. cùm pater. §. hæreditatem, ff. de legat. 3. & Bald. l. id quod pauperibus. quod communiter teneri ibidem, num. 20. refert Capra.

executor testamenti legitimus est Episcopus loci in quo originem traxit testator, iuxt. l. nulli. C. de epis. & cleric. quod videtur tenere Spec. d. tit. de instrument. edit. §. nunc verò. ver si quid si Episcop. & Bartholo. Nanius in c. Religiosus, de testam. lib. 6. & Io. And. in c. Ioannes, de test. & communiter tenetur, quod tamen suas recipit limitationes, de quibus vide Bened. Capr. in tract. de execut. vlt. volunt. memb. 8. nu. 57. & seq. putà si alibi natus alibi domicilium & bona habeat.

executor datiuus, largè loquendo licet is dicatur, qui datur à testatore, vel lege, strictè tamen loquendo datiuus censetur ille qui datur per hominem viuentem & per iudicem vel aliũ iurisdictionem habentem. 58. dist. §. si. l. 3. ff. de aliment. & cibar. leg. l. 1. & tertia. ff. de tuto. & curat. dand. secundum Bart. Nanium d. c. Religiosus, quod videtur velle quoque. Spec. d. §. nunc verò, ver. datum, cum quo cæteros communiter transire refert ibidem, nu. 103. Capra.

executor test'i quid facere possit. & ĵ. quantum tempus debeat exequi? vide Bened. in conf. 25. in 3. dubio. P. Andora.

Si omnes moriantur præter vnum, ille solus poterit exeq. Bened. conf. 54. & in simili. vide Cald. in tit. de testa. conf. 45. alias 373. Idem.

Executor non potest potestatem suam alij committere. Bened. in d. conf. 54. Phil. in c. religiosus. §. sane. col. 3. de testa. in 6. vide Alex. in l. si stipulatus. de verb. ob. nec transmittit ad hæredem hanc potestatem. Bal. in l. tutela. ff. de tutel. Angel. conf. 278. Im. conf. 136. Lud. Rom. conf. 69. 119. Bal. in l. 1. C. si quis rgº rem. mi. &c.

An possit coniunctos suos pauperes eligere, & in eos distribuere. vide Bened. in d. conf. 54. & Cald. in ti. de testa. conf. 31. alias 359.

Quid de eius filio, an possit eum eligere. vide Bal. in l. tutor. §. quæ tutoris. de excu. tu.

Et an possit eligere spurium testatoris, Bened. in d. conf. 54. adde Bal. in 3. part. conf. 77. vbi tenet quòd non. Idem.

Episcopus non succedit in execut. post annum, si testator prouidit de longiori tempore executoribus. Phil. in d. §. sane. col. 3.

Multa in materia executoris test'i. vide per Card. in cle. 1. de testa.

Pater habens potestatem eligendi aliquem potest eligere filium proprium. in ver. pater. §. 13.

An possit distribuere in pluris, an in vnum pauperem tantum. vide Lud. sing. 449. aliquid per Alex. in l. 2. §. sed si vnus. ff. vi bon. rapt.

Factum executoris censc. factum testatoris. Corset. in ver. commissarius. Idem.

Si per negligentiam executoris executio deuolui ad ep̃m. debebit ep̃s exeq. de consil. illius cuius consil. teneba. require. executor. Corse. in ver. consilium. Et in materia, quando deuolua. execut. ad ep̃m. vide Im. conf. 112. col. 2. Idem.

Minor non p̃t esse executor testi. Ang. inst. de fid. iur. Idem.

Mulier p̃t esse executrix. Bal. in l. quicũque. §. si. ff. de instito.

Nunquid vnus executor possit emere ab alio. vide not. Bal. in l. cum ipse. C. de contrah. empt.

Executores possunt eligere absentes & ignorantes. Bal. in l. vnum ex familia. §. 1. de leg. 2.

Pauperes eligendi post mortem alicuius non possunt per executores eligi ante. Bal. l. cum pater. §. à filia. de leg. 2. P. An.

Executori nudo siue mixto, si hæres sine satisdatione soluerit non liberatur, sed poterit ab illis conueniri quib. res ab executorib. erant distribuendæ, si eorum interfit, & si executores conueniunt, hæres ita sine exacta cautione soluens nihilominus non liberabitur, quod th si exegisset, eandem illis cedere sufficeret, iux. gl. in l. Firmio. §. 1. ff. quan. di. leg. ced. cõiter approbatã, vt refert in tracta. execu. vlt. vol. memb. 6. n. 81. Capr.

Executorib. pluribus datis, oẽs agere exequi & cõueniri pñr, ẽt si vnus solus in manibus oĩa bona haberet: nec pñt inter se administrationem diuidere in præiudicium agere volẽtium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſecundum Io.And.in addit.ad Speculatorem.tit.de inſtrumẽ ti editione.§.nunc verò,ver.ſed nunquid,per c. religioſus, de teſtamen.lib.6.Argumento.l.2.ff.de adminiſt.tutorum. quod licet regulariter ſit verum,inter alia tamen fallit quando alter eſſet abſens,quia tunc alij etiam eo non vocato nec expectato,quoniam longe abeſt, exequi poſſunt:ſecundum gl.communiter approbatam.in d.c. Religioſus,aliàs non, item quia vocandus & expectandus eſſet vſque ad perfectionem termini præfixi quo elapſo,alij exequi poterunt.d.gl. communiter approbata vt refert Capr.in tract.execut.vlt.volunt.memb.6. n. 181.Similiter fallit quando certa executio & diſtributio eſſet facienda,vt ſi teſtator legauit certo pauperi certam quantitatem,quia tunc vnus ſolus poſſit exequi,& valet,licet malè faciat ſocios non requirendo, aliàs ſi diſtributio eſſet tacita,ſecùs eſſet,vt vult Spec.tit.de inſtru.edit.§.nunc verò,verſ. quid ſi plures,quod etiam Iac.de Arena. tenet, vt refert Bald. d.l.nulli.C.de epiſc.& cler.& communiter tenetur vt refert ibidem,n.185.idem Capr.quod eſt verum quãdo executores ſunt ſimpliciter deputati,quia tunc vnus ſine alio exequi nequit,niſi in caſibus ſpecialiter expreſſis.

executores à iuſſu iudicis,vel epiſcopi infra annum exequi tenentur.aliàs in epiſcopum vel alium legitimum executorẽ poteſtas exequendi tranſfertur, ſicut videtur velle Inn.in ca. vos quidam,& gl.in c.ſi hæres iuſſa,De teſtamentis. & Iac.de Arena in tractat.execut.per textum,in Auct.Hoc amplius.C. de fideicommiſſis,idque vtroque iure procedit.l. nulli. C.de epiſc.& cler.quod quoque verum in c.religioſus,de teſtam.libro ſexto,tenere Bart.quod ex Baldo in lege id quod pauperibus.C.de epiſc.& cler.communiter teneri refert Capr.in tractat.execut.vlt.volunt.memb.7.nu.2.

Executiuum præceptum iudicis ſine cauſæ cognitione , & clauſula iuſtificãte,eſt ipſo iure nullum.Eſt magis communis opi.ſecundum Iaſ.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.de offi. proconſu. M.Chærian.

Iudex à præcepto executiuo etiam citra vllam cognitionẽ incipere poteſt:cum clauſula tamen iuſtificante,per quam tale præceptum in vim citationis reſoluitur.Eſt magis com.opi. ſecund.Iaſ.ibid. Idem.

executoribus currit annus , non tantùm à die monitionis, ſed à die ſcientiæ & potentiæ exequendi,vt tenet Bald.d.c.religioſus.c.nos quidam,de teſtam.niſi conſuetudine aliter cõtra conſtitutionem Epiſcopi interpretandum ſit,quod erit ſeruandum argumento.l.ſi quis ignota.§.fi.cũ l.ſeq.ff.ad Syllan. quod Bald. quoque in l.id quod pauperibus videtur tenere, Dicens annum ignoranti nõ eminere,etiam ſi conſtitutio ad hæc non emanet de iure communi,quod communiter teneri refert in tract.ex.vlt.volunt.membr.7.n.8. Capra, quod licet regulariter ita procedit,tamen inter alia fallit,quando ipſe Epiſcopus terminum anni prorogaſſet,quia tunc lapſo anno, poteſtas exequendi in ipſum non transfertur , vt videtur velle Bald.in l.nulli.C.de epiſc.& cleri.dicens,talem prorogari poſſe.Idem tenet Barth.in d.c.Religioſus,per nota.in l.1.ff. de re iud.cum quibus cæteros tranſire ibid.n.12. refert Benedict.Capr.

executores teſtamentorum tenentur reddere rationes,hęredibus præſentibus legatariis, cùm eorum interſit.l. 1. cum Auct.ibid. poſita.C.ſi vt ſe hæredit.abſti.vt videtur velle Speculat.tit.de inſtru.edit.§.nunc verò,ver.ſed an ſimplex.imò tenentur quoque legatariis quib.integrè ſolutum non eſt, eaſdem reddere,vt tenet Iac.de Arena.in tract.execut.per l.fi.C. de auct.præſtan.vt refert Io.And.ibid. in addit.ad Specu.cum quo communiter tranſire.Doct.refert idem Capr. in d.tract. vlt.volunt.membr.8.nu.8.

executores gratiarum exceptione ſibi oppoſita,quæ aut ſolam poteſtatem eorum,aut ſimul etiam gratiam reſpiciunt,ſi pronunciant ſe non executores,ob id nõ cenſebitur extincta gratia,etiam ſi non appelletur, licet poteſtas eorũ dicatur extincta,iuxta gl.notab.in ca.ſi ſibi.de conceſ.præb.lib. 6.quam, tanquam communiter approbatam tenendam eſſe dicit Ben. Capr.reg.22.n.25.addens rationem,qua contra rationes in 5 rium adductas.d.gl.ſaluari poſſit,quia(inquit)quando fertur ſententia ſuper acceſſorio, ratione deducti per modum cauſæ,quod continget principale negocium,non videtur obſtare exceptio rei iudicatæ,ſi poſtea principaliter in iudicium deducetur,vt not.per Inn.in c.cum eccleſia,de cauſa poſſ. argumento.l.ſi quis cum totum,§.ſi ancillam.ff.de except. rei iud. ibidem nu.26.

Exequendi poteſtas ſicut communiter ſpectat ad Epiſcopũ & capitulum, tunc licet mortuo Epiſcopo poteſtas ad capitulum non transferatur,c.poſtulaſti.de conceſ.præb.c.fi.de ſupplen.neglig.prælat.vt tenet in addit.ad ſpec.Io.And.tit.de inſtrumenti edit.§.nunc verò, ver.Item circa legitimos,tamẽ poteſtas exequendi quam habuit capitulum viuo Epiſcopo remanet apud ipſum,& in ea ſuccedit,c.vtrum.ne ſede vacan. & poſito quod dicatur quod non ſuccedat in executionem, tamẽ ſuccedit in executorum compulſione quæ iuriſdictionis eſt,c.is,quem.de maior.& obed.vt vult ibidem Io.And.in c.Ioannes.in verbo.Diœceſanus.de teſtam.vbi dicit,quod licet negetur capitulum in officio legitimæ executionis ſuccedere,tamen ſuccedere, tamen ſuccedit in iuriſdictione cõpellendi,licet non ſuccedat in miniſterio conferendi,vt notatur, in c.1.ne ſede vacan.& c.verum de for.comp. cum quo Doc. communiter tranſire refert Bened.Capr. in tract. execut.vlt. volunt.membr.8.n.48.ſed Epiſcopo exiſtente infirmo vel abſente,capitulum exequi vel adimplere non poterit,argumento,c.quia diuerſ.de conceſ.præb.

Exequi teſtamẽtum,mortuo,vel abſente,vel infirmo Epiſcopo, licet Archiepiſcopus non poſſit, niſi ob negligentiam Epiſcopi cum in certis duntaxat caſib. habeat iuriſdictionem in ſuos ſuffraganeos,iux.c.paſtoralis, de off.ord.inter quos iſte caſus non eſt, Auct.de eccle.ri.§.ſi autem ſe.collat.9.c.quæ diuerſitatem.c.poſtulaſti.de conceſſ.præb. tamen iudex ſecularis prædictis caſib.rectè poteſt adimplere,&exequi vltimas voluntates,deficiente Epiſcopo ad quem primo loco ſpectat executio.l.hæreditas,in fi.ff.de petit.hered.l.3.in prin.&§.1.ff. de aliment.& cibariis legat.l.nulli.§.cum autem.C.de epiſco. & cleric.& d.Auct.de eccleſiaſticis titulis.§.ſi quis ædificationem.& §.ſi verò ſemel. & §. ſequent.collat. 9. quod videtur tenere Vber.vt refert Spec.d.tit.de inſtrumenti edi.§.nũc verò,verſ.ſed nunquid iudex.quod Bartholomeus Nanius d.c. religioſus tenet,per l.præſtans. C.de tranſ.l. 1.& fi.C.de epiſc. audient. cum quibus reliquos tranſire in tractatu ex.vlt. vo.volunt.membr.8.nu.53.refert Capra.

exequi etiam debet ſententia,ſi Bannitus condemnatus in contumaciam veniat in fortiam iudicis, qui eum condemnauit.Et quidẽ ſtatim.Et faciat iudex bannitũ recognoſcere bãnum,& fateri ſe ſe eſſe illummet,qui in ipſo banno eſt nominat⁹,Poſtea exequat̃ ſnĩam,cõis eſt opi.Clar.q.96.ver.q̃ro,Et ſi negat ſe eſſe illũmet. de quo in ipſo bãno,poterit iudex torquere , vt confiteatur ſe eſſe deſcriptum in banno. Et iſta eſt communis practica. Et ſi peteret ſe admitti ad nouam defenſionem,non eſſet audiendus.Stante ſtatuto, q̃ contumax habeatur pro confeſſo.Clar.d.q.96.verſ.ſed nunquid,vide tamẽ ſupra q.44.verſ.quæro nunc,vbi Principis gratia poteſt admitti ad nouas defenſiones.& d.q.96.ver.Sed pone. Et bannitus per vim ductus ad Territorium Iudicis,qui eum banniuit,cũ eſſet extra Territorium poteſt exequi ſententia condemnatoria.Clar.d.q.96. ver. Sed quid ſi bannitus. Et ideo non debent confidere banniti extra Territorium bannientis, vt ibi per Clarum. Bonacoſſ.

exequi debet Laicus ſententiam Iudicis eccleſiaſtici contra reum per eum ſibi remiſſum,& cõdemnatum in crimine, quod ſpectat ad ipſum eccleſiaſticum. Aliàs ſecùs,vt eſt communis opi.Clar.q.96.verſ.quid etiam. Et ideo inquiſitor, vel alius eccleſiaſticus, qui tradit hæreticum ad curiam ſecularẽ, debet ſententiam indilatè exequi, cũ tale crimen ſit merè eccleſiaſticum,vt eſt communis opi.Secùs ſi eſſet crimen merũ, vel mixtum ſeculare, quia non tenetur exequi , Sed deberet prius de eo cognoſcere Laicus iudex,vt eſt communis opin. Cla.ibi.ver.quæro etiam in fine.Et iudex vnius Territorij nõ poteſt ſententiam exequi condemnatoriam,& remiſſionem de reo factam. Niſi eſſent ambo iudices ſub vno Territorio, & ſubditi ambo eiuſdẽ principis,quia vnus poteſt exequi ſententiam alterius.Sed etiam à ſeipſo,Si videt,quod executionem mereatur,vt eſt communis opi.Clar.d.q.96. verſi. Item quæro. Bonacoſſ.

executio ſimplex, ſi mandetur fieri, non requiritur citatio: ſi eſt facienda in eadem re quæ adiudicata eſt:ſecùs tamen in alia.Dec.in c.ex ratione.n.17.communem dicit,de appel.vbi ponit duas limitationes. B.Villalo.

executio facta,non ſeruato ordine,vt primò mobilia,& poſteà immobilia ac deinceps perſona capiatur: valet Iaſ. in l.à duo Pio.§.in venditione.de re iud.n.18.ff.communem dicit, licet ſibi non placeat.

Nota iſtam communem ad intel.l.4.titu.8.lib.3.in ordi.Et nota dictum ſolemne Ang.in l.fi. C. de edicto di. Adri. ſuper gl.in verb.diſpoſitionibus,& Curt.iun.ibi.n.65.dicentem cõtractum per teſtes probatum habere executionem paratam: licet Bar.& Alex.in l.1.in fin.ff.de lus,quæ in teſtam. delen.& Paul.de Caſtr.in l.noſtram.C. de teſta.teneat cõtrarium:quas

opin

Universidad de Deusto

opiniones concordat Bellonus in conſ.22.n.9.dicens opinionem Ang. procedere, quando contractus eſt cancellatus,vel deperditus: & teſtes deponunt de tenore inſtrumenti,& dictum teſtium redigitur in ſcriptis: aliàs autem cum in ſcriptis dicta teſtium non rediguntur. Ratio eſt:quia dicta teſtium faciunt notorium,ſicut inſtrumentum,iuxta tex.in c.ſignificanti de teſtib.& hoc videtur de menti Petri & Baldi in dictis locis. Villalob.

executioni,ſi per ſtatutum mandetur ſcriptura priuata alicuius,intelligitur,etiam ſi per alium ſcribatur,Pyrrhus in cõſuet.Aurel.de executio.inſtru.c.21. communẽ dicit ex Ang. l.cum antiquitus.C.de teſtam,

Nota ad intellect.l.vlti.in curiis de Madrid.de 1534.anno, quæ loquitur de apocha recognita.

Executionem impedit reſtitutio in integrum:etſi requirat altiorem indaginem. Iaſ.in l.qui ſe obtulit.§. condemnatum. nu.27.ff.de re iud.communem dicit. Villalob.

ADDITIO.Limita niſi reſtitutio petatur poſt tres conformes, ſeu poſt duas ſententias, ſi per ſtatutum ſufficiant duæ. Limita ſecundò niſi calumnioſè petatur vt addidi ſuprà in ver.exceptio.

Executio ſententiæ capitalis differenda eſt,quando reus alium de aliquo crimine accuſaſſet,donec iudicium accuſationis ab eo cœptę perficiatur.communem dicit Imo.in l.is qui reus.n.24.ff.de pub.iud.Ang.ibid.n.17.in fi.Clar.tamen putat difficile poſſe obtineri in practica.in d.§.fi.q.97.ver.eſt etiam.

executio rei iudicatæ,nec pignoratio fieri poteſt ſuper bobus,aratris,ceteriſque inſtrumentis ruſticorum.l.executores. C.quæ res pign.da.poſſ.& no.And.de Yſer.& Alij Doct.in c. 1.§.agricultores.de conſuet..quæ contra liberta.eccle.tamen in reiveritate,& ſecundum corticem verborum.d.l.executores.ille text.loquitur duntaxat de bobus,& inſtrumẽtis agrorum tributariorum,reſolutione tributi retardetur, nihilominus ſecundum Bart.communiterque omnes Doct.vbi s. Idẽ eſſet dicẽdum, ſi dicta prædia non eſſent tributaria,quia ſi ceſſaret ratio ſolutionis tributorum militaret quippe alia ratio ſcilicet ne ſterilitas fructuum damno eſſet reipublicæ, argumento.l.1.§.de opere.ff.de aqua plu.arcen.& ne ſegetes cæleſti prouiſione cõceſſæ pereant.l.2.C.de fruc.& lit.expen.Hoc idem videtur hodie ſtatutum in Regno Neapo.vt habetur in cap.incip.conſtitutioni boues,& cetera,exceptis duobus caſibus relatis ibi per tex. Porrò talia prohibita capi, ſi capiantur poſſunt impunè propria auctoritate recuperari per partem à manu executorum,ſecundũ Iaſ.conſ.20.pro liberatione.vol. 3.tex.in l.defenſionis,& l.prohibitum,&ibi gl.C.de iure fiſc. lib.x. Interpretãtur iſta omnia non habere locum pro debito Fiſcali,tunc enim ſi debitor non eſſet ſoluendo,vel non reperirentur alia bona pro executione facienda,poſſent iſto caſu capi boues,& alia inſtrumenta aratoria,&hoc videtur expreſſe ſancitum in c.Regni Neap.incip.pridẽ inſolentiam.in prin. dictorum capitulorum.Limitantur etiam prædicta, quando præmiſſæ beſtiæ aratoriæ,& alia prohibita capi pro executione ex forma iuris communis,& regni cepiuntur non loco pignoris, nec ſimplicis executionis, ſed vt vendantur maximè ad haſtam,vel dentur in ſolutum,& pro executione ſentẽtię, vel crediti,vt alia bona colantur:tunc enim hæc impunè fieri poterunt,ſecundum Ruynum conſ.130.ad dubiam.n.9.vol. 1. Coarctantur etiam poſtremò iam poſita in ſubſidium, vbi non ſunt alia bona,i.quando executores non inuenerunt alia bona ſufficientia pro facienda integra executione crediti, niſi feciſſent executionem in beſtiis aratoriis,&aliis prohibitis, tunc enim præmiſſa prohibita pignorari poſſunt capi pro executione crediti non obſtante lege communi,& ſtatuto quolibet contrario,ſecundum gl.in d.l.executores,& ibi Doc.Pet. Gerard.in ſing.35.dictum eſt,& Ripa in tract.de peſte.rub. de præſerua.remed.nu.221. F.Viuius.

Executio ſententiæ capitalis debet differri per biduum,vel aliud breue tempus,vt reddat reus rationem. mercature, negotiationis,adminiſtratiõis,vel huiuſmodi.Cla.q.97.in prin. Item,vt accuſatio de aliquo p reum facta cognoſcatur, vt eſt cõis opi.Cla.ibi ver.eſt ẽt.item differtur executio,ſi reus nolit pœnitere,& peccata ſua confiteri Cla.ibi.Item differtur.executio ſi mulier ſit prægnans Cla.ibi ver.differtur ẽt.itẽ differtur executio ſententiæ capitalis diebus feriatis in honorem Dei,vel ſanctorum,licet quandoque propter enormiſſimum crimen poſſit exequi,vt eſt communis opi.Clar. ibi ver.quæro etiam.Regulariter autem non debent iudices differre executionem ſnīæ capitalis.vt ibi per Clarum.verſ. Regulariter.

Executio etiam ſententiæ capitalis differtur, ſi reus confugit ad eccleſiam,vel Beroarij cum eo in eccleſia trãſeunt.du centes ad patibulum.vt eſt cõis opi.Clar.q.98.in prin.Idem ſi confugiat ad ſacramentum Euchariſtiæ per clericum portarum,vt eſt cõmunis opi.Clar.d.q.98.ver.ſed pone. Licet non poſſet euadere reus iſto colore,quod ſuſcepiſſet ſacramẽtum Euchariſtiæ.Clar.ver.ſed quæro.Nec differtur executio,ſi reꝰ dicat ſe votum feciſſe intrandi religionem.Clar.ibi.verſi.ſed quid.Differtur autẽ ſententię capitalis executio,dum ad ſupplicium ducitur reus,obuium habet Cardinalem.qui pileum ſuum purpureum in capite ipſius rei imponi faciat & poſſet. Secundum Clar.ibi.ver.Vlterius.reus ad triremes mitti, Niſi eſſet reus criminis atrociſſimi, quia propter hoc non euaderet mortem.Item differtur executio, ſi quis meretricem accipere vult in coniugem.Clar.ver. quæro etiam.Item differtur ſententiæ executio,ſi de Innocentia rei conſtat manifeſtè.cõmunis eſt opi.Clar.d.q.98.ver.ſed nunquid,quæ debet per iudicem Principi referri, cum ipſe Iudex nequeat. cũ ſit officio ſuo functus.vt ibi per Clar. differtur etiã executio,ſi laqueus ſit contritus,vel ſecuris non expleuit executionem. & ſimili. Si tamen prius ipſe reus ſit proteſtatus ſuam innocentiam.vt ibi per Clar.latiſſimè. Bonacoſſ.

executio ſentẽtiæ capitalis fit hoc modo.Antequã reus criminis ducatur ad patibulũ,vel mortem,ei intimatur mors,& ei exhortatur à ſacerdote,vt cõfiteatur & cõicetur.& pœnitẽtiam agat ſuorum peccatorũ,& ſacramẽta eccleſiæ ſuſcipiat. Et hæc eſt laudabilis cõſuetudo.Clar.q.99.in prin.& differtur in diem ſequẽtem executio ſnīæ criminalis, qñ reus ſuſcepit ſacramẽtum Euchariſtiæ.Clar.ver.ſed quęro.Extrema autem vnctio nõ debet dari capitaliter cõdemnatis.&ita practicatur & obſeruatur.& pro executione facienda,non exiſtente carnifice,ꝑt vilis perſona cogi,vt ſit carnifex,vt eſt cõis opi.Cla. d.q.99.ver.ſed pone.& expenſa in executione capitali facienda,debet fieri à fiſco,vel cõitate.Cla.ibi.ver.quæro hic. Et debet fieri executio in loco ſolito. Niſi eſſet publicus graſſator, & latro famoſus,quia in loco delicti fieri debet.Cla.ver.item quæro. Et licet quis lege vel ſtatuto deberet comburi, prout in crimine hæreſi & ſodomiæ,& falſi,debet prius reus ſtrãgulari, & poſtea comburi propter animam. Et ne in deſperationem inducatur reus.Clar.ver.vnum tamen. Bonac.

executio autẽ capitalis non fit animali irrationali, qui hominẽ occideret,vel aliud ageret.Niſi ꝓpatrocitatẽ delicti,puta,ſi cũ animali coitũ feciſſet,&c.Cla.d.q.96.ver.quęro ẽt.vide tñ Caſſan.conſ.1.Cla.ẽt ver.non eſt.& ſi quis foret ꝺdemnatus plurib.condemnationib.pecuniariis,eſſet facienda executio pro omnib.niſi vna aliam tolleret.idem ſi eſſent corporales,vel incompatibiles,quia iudicis arbitrio in vna deberet fieri electio.cum quis niſi ſemel poſſit mori, vt eſt cõis opin. Clar.d.q.99.ver.vltimo quæro,vbi latius. Bonac.

executio ſnīæ capitalis eſt differenda,qñ reus alium de aliquo crīe accuſaſſet, donec iudicium accuſatiõis ab eo cœptæ perficiatur,cõis eſt opi.Cla.q.97.ver.eſt etiam. Bonac.

executio ſnīæ capitalis eſt differẽda,qñ officialis,cui à Principe eſſet mandatũ aliquẽ decapitari,vel ſuſpẽdi,videret illud mandatum Principis eſſe iniuſtum, debet.n.tunc Principi reſcribere,vt eſt cõis opi.Cla.q.97.ver.item eſt differenda.Bon.

executio ſententiæ capitalis differenda eſt,qñ officialis cui à principe mandatum eſſet aliquem decapitari vel ſuſpendi, videret illud mandatum principis eſſe iniuſtum,debet.n.tunc principi reſcribere.com.dicit Carer.in pract.crim.n.110.Cla. d.q.97.ver.item eſt differentia. P.Fichard.

Executio ſententiæ capitalis impeditur,ſi condemnatus aufugiendo è manibus ſatellitum & amplectetur ſacerdotẽ portantem ſacram euchariſtiam. cõem dicit Gom.in §.pœnales. n.50.inſt.de act.idque ꝺ gl.in c.quæſitum.13.q.2.Item impedit executio ſi ꝺdemnatꝰ dicat ſe añ cõmiſſum delictũ feciſſe votum de ingrediendo in religionem,tunc.n.ſuper hoc ſtandum eſt eius iurꝰ. com.dicit Viuius in com.opin.in ver.ordo eccleſiaſticus,& Plaza.lib.1.delict.c.35.n.6.Item impeditur ſi condemnatus obuium haberet Cardinalem qui imponeret pileum ſuum cardinalitium ipſi reo.com.dicit d.Gom.in d.§. pœnales.n.50.inſti.de act. Item impeditur,ſi poſt condemnationem appareret de innocentia rei.com.dicit Marſ.pract.cri. §.opportunè.n.7.Gram.conſ.crim.16.nu.23. Hoc tñ caſu iudex non debet reum abſoluere,cùm.n.ſententia lata iam functus ſit officio ſuo, nihil amplius poteſt,ſed debet ſuperſedere & principi reſcribere.ita com.dicit Ant.Gom.c.8.delict.n. 4.Hæc omnia Clar.d.§.fi.q.98.per totum. P.Fichard.

Executionis dilatio. Si princeps mandat aliquem puniri grauiori pœna,quàm deberet ex lege vel cõſuetudine, iudex lata ſententia debet executionẽ differre per 30.dies,ac ſi princeps illam tuliſſet.l.ſi vindicari.C.de pœn. & ſecũdum Nicol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.1.ff.de re iud.quia interim Princeps poterit vti misericordia,quæ illi bene cõuenit.l.imperialis.C.de nup.l.fi.C. de do. inter vir.& vxo. Balb.decis.425.

Executio sentẽtiæ latæ in actione personali,nõ potest fieri cõtra tertium possessorem,siue cœperit ante litẽ motam possidere,siue post,quandocunque ante executionem,& siue cõdemnatus dolo desierit possidere,siue non. Bart.& alij Doct. in l.à diuo Pio.§.si super reb.ff.de re iud.quia executio facta in bonis à tertio possessis, eo non citato, nullum iuris ordinem habet,& quod ea non iure ordinario,sed per iudicem reuocari debeat,consulendo scribit Petr.de Anch.in cons.292.Referunt & alij Aymon Crauet.in cons.235.n.2.in 2.par.& Rol.à Valle,in cons.5.addens n.9.hanc cõmunem Doct.conclusionem esse,in 2.Tom.con. kirchouius.

executio instrumenti habentis executionem paratam,potest fieri die feriata ob necessitates hominum.c.fi.ext. de iud. Vult Bart.in l.omnes.C.de feriis. Balb.decis.2.

executio iudicati contra principalem fieri potest in fideiussorem de iudicatum soluendo,absque nouo processu,secundum gl.in verbo soluere in l.vlt.C.de vsur.rei iudi.bene facit tex.in l.1.ff.iud.sol.& in d.l.vlt.dum vtitur verbo statim,& vtrobique tenet Bart.Iac.de Are. in l.si quis pro eo. §.nũmos. ff.de fideiuss.Guil.de Cu.in l.2.in fi.& seq.ff.qui satisd. cog. Secus in fideiussore contractus& extrà iudicium,secundũ Bart. vbi s.& Spe.in tit.de execu.sent.§.sequitur.vers.sed nunquid sententia.Io.And.in c.1.de iniur.in 6. & Guil. vbi s. primum dictum limitatur,quando stipulatio iudicatum solui est in iudicio interposita,aliàs secus,secundum Bart.in d.l.1.argumẽto.l.2.C.de execu.rei iud.& l.minor.25.an. cui fideicommissum,ff.de mino.quasi tunc non sit liquidum iudici.Fideiussor verò qui iudicatum soluit,prout promiserat in iudicio,habebit executionem paratam & sine libello contra principalem, secundum Bart.in locis prælleg. Balb.decis.136.

executio relictorum ad pias causas non differtur durante tempore inuentarij per hæredem conficiendi.Cy.&Bald.in l. nulli.C.de episc.& cleri.Cy.in l.fi.§.donec.C.de iure.de liber. Balb.decis.402.

Executio Vbi exceptio fit in rebus adiudicatis per sententiam,non est necessaria citatio victi.l. qui restituere. ff. de rei ven. & ff.ne vis fiat ei.l.si quis missum. & secundùm Inn.c.ex ratione.ext.de sp.Bal.in l.1.C.de iuris & fac.igno.Secus quãdo in condemnatione venit genus,vel quantitas, vel res quæ restitui debet, non extaret. Ita q̃ pro executione caperentur aliæ res,secundum ordinem.§.in vẽditione.in l.à diuo Pio. ff. de re iud.secundum Bar.ibi,in gl.in verb.præiudicio.Bal.in d. l.1.Inn.in c.cum super.ext.de re iud. & eo casu procedat opinio Cy.in l.ab executore.C.de ap.in 1.q.& Roffre.in l.meminerint. C. vnde vi. volentium citationem esse necessariam. Balb.decis.180.

executio aliter facta atque in §.in venditione.l.à diuo Pio. ff.de re iud.instituitur,valet,atque inuiolabiliter stat.vt commune interpretum placitum ait ad illum §.Ias.n.18.E.Suarez.

executionis via non proceditur,antequàm omnia liquidò constent,vt commune pronuncio ex Boer.decis.52.n.8.Ant. Capic.decis.17.Aym.Crauet.cons.231.atque ex aliis,quos ipsi laudant. E.Suarez.

Executioni moram infert restitutio in integrum &si maiorem indaginem desideret.vt receptum profert Ias.in l. qui se obtulit.§.condemnatum.n.27.ff.de re iud. E.Suarez.

executio sententiæ criminalis fit hoc modo. Si reus est in carceribus & sententia condemnatoria sit pecuniaria,reus detinetur in carceribus,vsque quo fuerit soluta condemnatio, nec relaxatur,etiam si præstatur idonea cautio,Nec re⁹ habet quadrimestre tempus ad soluẽdum.communis est opi. Clar. q.95.in prin.Sed statim debet soluere, vel aliud modicum tẽpus iudicis arbitrio.vt ibi.Et si tenetur de Barratatione bonorum prouidetur.Si verò est extra carceres,si in principio præstitit fideiussorem de soluendo iudicato , vocatur fideiussor, qui eum consignet,qui nõ dimittitur,donec soluat.Si autem præstitit fideiussorem de soluendo iudicato, vocatur fideiussor vt soluat & contra eum,si nõ soluit,conceditur executio. Et contra ipsum fideiussorem de iudicato soluendo potest fieri executio,sine nouo processu, vt est communis opi. Clar.q. 95.in prin.Sed si reus non est in carceribus,neque sub fideiussore,sequuta condemnatione, statim conceditur contra eius personam, & contra eius bona executio personalis, & realis, &c.Et ita hodie seruatur. Et qui non habet in ære luat in persona.Clar.ibi.ver.Sed quid.vel committatur pœna.Quod nõ procedit in Officialib.ad Syndicatum,quia detinentur in carceribus.Et si data sit fideiussio in principio,vel postea astringitur.d.fideiussio.Clar.ibi ver.Et scias.vbi communem dicit.Et si pars aduersa,cui aliqua portio condẽnationis venit soluenda,vellet,q̃ portius reus corporaliter esset plectendus,cũ nõ esset soluendo, nõ debet iudex hoc obsequi, Sed debet reum detinere in carcerib.Clar.d.q.95.ver.sed quæro.Nec põt reus nõ soluendo cedere bonis,sed corporaliter luere debet,vt est communis opi.Cla.d.q.95.ver.Sed pone.Et si reus deficiat in vno nummo , etiam debet luere in corpus, vt est cõis opinio Clar.d.q.95.ver.quæro quid si iste.Et si sit soluendo reus malit tamen eligere pœnam corporalem,quàm pecuniariam,nõ debet audiri.Clar.d.q.95.ver.quæro etiam.Sed si esset mulcta fisco debita,non esset necesse propter paupertatem illam cõmutare in pœnam corporalẽ,sed potest iudex illam diminuere,& etiam remittere.Et ista est cõmunis opi. Constito tamẽ prius de paupertate.Et fit ẽt cõpositio, nõ minus quarta parte totius mulctæ,Et condemnatio,licet diuidi debeat inter fiscum & partem aduersam ipsius rei,debet tamen prius fisco p solui tota.Et ille,qui admittitur ad partem,debet ire ad fiscũ, & suam petere partem.Et ita de cõsuetudine obseruatur.Cla. d.q.95.ver.solet etiam. Sententia capitalis executioni statim mittitur,cum ab ea non datur appellatio ex hodierna consuetudine.Clar.d.q.96.in prin. Bonacoss.

executio sententiæ fieri non potest contra tertium possessorem secundum doct.in l.à diuo Pio.§.si super rebus, vbi gl. & Bar.ff.de re iud.Dec.cons.187.198.col.4.in fi.Quid.de sententia lata contra Reum principalem, an possit mandari executioni contra emptorem Rei litigiosæ? & dic, vt per Neuiz. cons.20.n.13.Dec.d.cõs.187.col.fi.doc.in l.fi.C.de litig.quid quando agitur de executione iuris realis : & tertius possessor hẽt causam ab eo contra quem principaliter oritur,distingue vt per Neuiz. d.cons.vbi ponit tres casus not. vsque ad n.14. q̃ autem executio sententiæ latæ in actione personali fieri nõ possit contra tertium possessorem:siue cæperit possidere ante litem contestatam,siue post quandocunque ante executionem,& siue condemnatus desierit dolo possidere siue nõ,scribit Rol.cons.5.n.8.lib.2. vbi ampliat concl. procedere etiam si res fuisset alienata pendente lite per debitorem in fraudem creditoris,quia si feratur sententia in fauorem creditoris sup actione personali:non tamen mittetur executioni contra tertium possessorem in quem res transacta est , sed contra eum agẽs erit reuocatoria:probando fraudem debitoris qui alienauit,teste Rol.d.cons.5.n.10.not.doct. in d.§.si super rebus. Bar.in l.qui missum.§.iudex.ff.de dam.infec.Quid de sententia lata contra cedentem siue alienañ : an mandetur executioni contra tertium possidẽ illas res? & dic , vt per Abb.in c.fi.nu.8.de alie.iud.mut.cauſ.fac.

executio in fundo dotali non fit pro debito vxoris contracto post matrimonium.gl.in l.quinque legib. ff.de bon.damnat.Bald.in l.2.q.vlt.C.ne vxor pro marito.vbi q̃ nec etiam p debito communi inter virum & vxorem.Pro debito verò cõtracto ante matrimonium talis executio fieri potest.quia bona dicũtur ære alieno deducto.Guid.Pap.q.447.& vide Bald. nouel.in tract.dot.part.7.18.priuileg.lib.5. Fallit prima conclusio in primo dicto quando interuenisset iuramentum, ex cap.cum contingat.de iureiurand.not.Cagnol.in l.fin.numero 253. C. de pactis. in l.2. numero 62. C. de rescind. vendit. Put.

executio vel tenuta data super bonis in quibus fuit cognitum in causa contra defunctum, contra hæredem dari non debet absque citatione,secundum Innoc.Felin.Aret. & alios in cap.quia.de iudic.Alexand.in l.à diuo Pio.§.si super rebus. ff.de re iudic.Ang.in repet.l. 1. numero 28. & sequent. C. de iudic. Put.

executionem sententiæ petens debet producere acta causæ vltra sententiam , nisi esset lata partibus præsentibus, & non contradicentibus, vel nisi post biennium:quia tunc pro sententia quæ transiuit in rem iudicatam , & pro rectitudine processus præsumitur,teste Alex. in apostil. ad Bart. in l.3.ff. quando appel.sit. Put.

executio vna quando etiam impediat , vel non : vide Ias. in l. 1. in princip. ff. si quis ius dicent. non obtemper. Ripa in l.4.§. ex conuentione. ff. de re iudicat. Dic quòd contra debitorem executio in bonis non impedit executionem in persona. Ias. consil. 9. column. 13. consil. 11. libro 1.& dicta l. 1.& vide quæ idem scribit in l.nulli.columna tertia. C. de iudic. post Barrol. in lege prima. columna final. C. quomod. & quando iud. & in lege consentaneum. numero 17. eodem titulo. Et an pro executione sententiæ diuersi iudices adiri possint?Dic vt per eundem Iason.d.consil.no no. & consilio vigesimo octauo.columna final. libro primo.

Et quis

Universidad de Deusto

Et quis mandare debeat executionis ſententiam à qua appellatur? Diſtingue vt per Bart. in l. præcipimus. §. officiis. C. de appel. & ibi quid in criminalib. Put.

executio pro debito pecuniario, non ſeruata forma l. à Diuo pio. §. in vēditione. ff. de re iud. an valeat, ſcilicet, vt primò mobilia, deinde immobilia capiantur? & aliàs vt ibi, & Dic, vt per Iaſ. d. §. n. 10. & communem opi. eſſe, valere, ſecundum Iaſ. ibi ſed ea communis procedit in cauſis, in quibus ſola facti veritate proceditur, tūc enim executio minime reuocatur, licet ordo non ſeruetur, teſte Bal. in c. tuæ. vt lit. non cōteſt. Rom. in l. non ſolum. §. ſed probari ff. de op. no. nun. Iaſ. loco ſupra alleg.

executionem ſententiæ latæ contra defunctum exequi poſſe contra hæredem vniuerſalem condemnati, eo citato, communiter à doct. traditur. Inn. in c. quia. quem Abb. nu. 9. cum ſeq. & Fel. nu. 4. ext. de iudi. ſequuntur. Papienſ. pract. in form. execut. ſent. diffin. in §. ſapiens. n. 26. verſ. quæro, an ſententia. Alex. de Imol. in l. oratione. n. 2. ff. de feriis. & idem Alex. in l. à diuo Pio. in §. in venditione. n. 34. verſ. ſecundò fallit quādo peteretur executio non contra condemnatū, ſed contra eius ſucceſſorem, quia tunc ſemper requiritur citatio. ff. de re iud. Quam tamen concluſionem, & ſententiam commu. in executione ſententiæ latæ contra defunctum, in interdicto retinendæ, non procedere, tradit Ant. Capycius in 1. Dec. n. 14. & eam cum eo temperamento accipiendam eſſe, quando prius facta eſſet diſcuſſio & probatio, quis ſit hæres, ex notatis eorum quę per Docto. in l. poſtulante. ff. ad Treb. annotata ſunt, conſulendo ſcribit Rol. à Valle, in conſ. 21. nu. 8. 9. 10. §. quib. tamen non obſtantib. in To. 1. conſ. vbi ipſe & rationes pulchras, & multas authoritates Doc. deducit. kirchouius.

Quando fit executio ſuper re aliqua de qua fuit lata ſentētia: dic, quòd ea executio à tertio ſe opponente impediri non poteſt ſi ei de indemnitate caueatur, l. is à quo & l. ſeq. ff. de rei vend. Bar. in l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus n. 2. vbi Iaſ. n. 17. ff. de re iudi. quod quidem locum habet etiam in beneficialibus, teſte Fel. in cap. veniens 2. n. 7. de teſti. nec non in feudalibus, ex not. per Afflic. in c. Imperialem §. præterea inter duos. n. 67. de prohib. alien. per Fred. & c. ſi duo. nu. 33. de pace ten. qua in re, diſtingue, vt per Miſing. cent. 3. obſer. 73. nam inquit ipſe, aut in re vacante fit executio: & tertius cōtradictor illam impedit, tex. in ca. veniens. de teſti. aut fit executio in re per alium poſſeſſa: & tunc tertij contradictione non obſtante fieri poteſt executio, l. ſticho de rei vend. ſi tamen victor cautionem de reſtituendo preſtabit ſi tertium obtinere contingat, aut cōdemnatio in vna re facta eſt: & in alia fit executio: & tunc tertius executionem impedit Bar. d. §. ſi ſuper rebus. Put.

executio ſententiæ qualiter fieri debeat. vide Bar. & doct. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. P. Andora.

Vt. in executione ſentētiæ. debeat pars citari? videtur quòd non. quia executor non habet aliquem citare. ita no. Inn. in c. ex ratione. de app.

contrarium determinant. Bal. & Sal. in l. ſi contra maiorem. C. de appel. quia ſuper du. an app. ſit deſerta. eſt opus cauſæ cognit. ergo pars citan. l. in cauſe. §. cauſa cog. ff. de mino. & ita vult Bar. in l. 1. ff. nil no. app. pen. ad dictum Innoc. reſponde. q̄ procedit quando executio eſt liquida. alias ſecus. de quo. etiam vide Bal. in l. 1. C. de iu. & fac. igno. per cano. in c. de cetero. vbi Fel. de re iud. & per Iaſ. in l. 1. in 5. col. C. de iud. Barb. in 4. vol. conſ. 37. col. 1. Card. conſ. 32. in fi. Alex. in l. à diuo pio. §. in vendic. in 11. add. de re iud.

Et in materia. an executor poſſit cognoſce. de excep. oppoſit. contra ſententiam. dic vt per Bar. & Alex. in l. à diuo pio. in prin. de re iud. Pan. & Fey. in d. c. de cetero. & per Fel. in ca. fi. in 5. col. de præſump. Alex. in d. l. à Diuo pio. in 3. add. in fi. cum ſequen.

coram exeq. an peti poſſit reſti. in inte. vide ī ver. reſti. in inte. §. 61. P. Andora.

executio ſententiæ. an poſſit fieri die fer. in fauore hominum. vide Alex. in l. 1. §. nunc. de oper. no. nunc. qui refert Bar. ibi & in aliis loc. tene quòd ſic vide tamen ibi per eum & per Fede. conſ. 144.

Et quòd poſſit fieri. tenet Alex. in 4. volum. conſ. 130. in 1. col. Idem.

exe. ſententiæ late contra procu. an debeat fieri contra dominum an contra proc. vide tex. gl. Bar. & Alex. in l. 4. in prin. ff. de re iud. Idem.

Si pro execu. ſententie aga. contra procu. & ipſe non oppo nat. an procedat iud. executiuum contra eum. vide Alex. in l. 4. §. ſi ex conuentione. vbi Imol. hoc relinquit cogitan. de re iud. Idem.

executio ſententiæ. late contra procu. in rem ſuam ſit contra ipſum procu. l. plautius. ff. de procur. d. l. 4. ī prin. ſed an eo caſu poſſit fieri contra dominum. vide Alex. in d. l. 4. circa. 4. col. Idem.

Pro execuc. ſententiæ. poſſunt multa remedia ſimul intentari. Iaſ. in l. nulli. in 3. col. C. de iud. fac. quod vult Phi. in ca. dilect. in 1. col. de app. vbi dicit quòd bona carcerati capi poſſunt pro execu. Alex. in 4. vol. cōſ. 130. in 4. col. verſ. fac. quod in ſimili. Cor. in 4. vol. conſ. 108. in fi. fac quod vult Bal. in l. 2. in fi. C. de reſt. mi. Marſ. in l. vnius §. cuſtodie. in 6. col. ff. de q̄ſtio. fac. quod vult Cor. in 4. vol. conſ. 166. verſ. fac. Alex. in l. 4. §. ſi ex conuentione in prin. ff. de re iud. in l. hæres §. quòd ſi ſtip. ff. de fideiuſ.

Dic tamen Alex. vol. 2. conſ. 159. circa fi. quòd captura cōmitti non debet. ſi facta excuſſione in bonis. & ita tenet. in l. à diuo pio §. in vendic. in 2. add. de re iud. in l.

an autem execu. poſſit fieri in bonis vel p^r. pendente nul. vide Dec. no. in conſ. 73. Idem.

execu. ſententię. non poteſt parti victrici committi. Iaſ. in l. iuſte. 4. col. ff. de acq. poſ. vide tamen. Alex. ibi. & in l. miles. §. qui iudicati. de re iud. Idem.

executor ſententiæ criminalis, ſi videt eam iniuſtam an debeat exequi. Ang. in l. à diuo pio. in prin. dicit quòd non. & ibi Alex. in fi. conſi. de re iud.

vide tamen Iaſ. in §. ſi minus in 6. col. inſti. de actio.

Et adde q̄ exeq. ſentētiæ principis per iram late. eſt per 30. dies differen. Iac. de ſancto Geor. in trac. feu. in verb. princeps. verſ. 34. al. gl. in c. cum apud. 11. q. 3. Addo Alex. in l. debitoribus. in 3. col. de re iud. Idem.

an autem execu. ſententie criminalis fieri debeat ante decē dium. vide Fel. in c. 2. de re iud. & adde vnum not. verbum per eundem. in c. nonnulli. in 20. col. de reſcrip. vbi dicit q̄ ſi damnatus eſt aliquis vtilis rei pu. debet ſuperſederi ab execu. & cō ſuli princeps.

Et quòd non debeat differri tenet. Calde. in tit. de ſen. & re iud. conſ. 1. alias 196.

Alias autem non eſt curan. de app. condemnati. ſed debet fieri execu. ita. Bal. in 4. parte conſ. 99. Idem.

contra executionem. nō admittuntur except. requirentes altiorem indaginem. Bar. & doc. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. cum aliis al. per Alex. volu. 4. conſi. 94. in 2. col. & in 5. volum. conſil. 83. verſicul. confirman. prædicta. Ludo. Rom. conſ. 323.

Vide tamen not. Ludouic. Roman. conſilio 244. in fine. P. Andora.

excep. autem nullit. quæ offertur incōtinenti. & per modo conſtat, impedit exeq. Cor. vol. 3. conſ. 208. Barb. vol. 3. conſi. 20. vide Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. in 3. & 4. col. de oper. no. nun. & in l. 4. §. condemnatum. in 1. add. & ſeq. Lud. Rom. conſ. 51.

Idem in except. nul. contra laudum. Imol. conſil. 30. in 3. dubio.

Limita niſi alleg. pendentia ſuper nul. quia tunc non impedit exeq. Cor. in d. conſ. 208.

Quid ſi peta. reſtitutio in integrum. vide Alex. in d. §. condemnatum. in 4. & 5. add. Idem.

ea quæ in exeq. ſententiæ capi non poſſunt, ſi offerantur, tamen capi non debent. Marſ. in l. vnius. §. ſeruus. ff. de quæſtio. dixi in ver. pec. §. 1. quòd turp. fit cum pec. &c.

exec. ſententiæ latæ contra principalem fit contra fideiuſſorem. Alb. in 3. par. q. 25.

Pro exeq. an ſi non ſerue. forma. l. à diuo pio. §. in exeq. ff. de re iud. retracte. adiudicatio. Salic. via reſt. in inte. vide Cor. vol. 4. conſ. 92. & conſ. 185. Ang. conſ. 47. Idem.

exeq. ſententiæ. debet fieri per iudicem alterius territorij ad requiſic. eius qui iudicauit. l. à diuo pio. §. ſententiam. & ibi doct. de re iud.

Limita. ſi ſententia lata ſit ſecundum ius commune. ſecus ſi ſecundum ſta. Alex. in d. §. ſententiam in 5. col. verſ. 2. limita. hypo. ſing. 138.

an pro exeq. ſententiæ. requira. libellus? vide ample Alex. in l. intra dies. de re iud.

Fructus feudi capi poſſunt pro exeq. ſententiæ quando non extant alia bona. Alex. in l. comodis. ff. de re iud.

Pendente exeq. contra princ. poteſt fieri exeq. contra fideiu. & econtra. Alex. in l. hæres §. quòd ſi ſtip. de fideiuſ. & in l. j. ff. iud. Sol. P. Andora.

in executione ſententiæ ſeruanda ſunt ſtatuta loci vbi peti tur executio. Roma. conſ. 243. P. Andora.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Executionem ſententiæ petere officio iudicis melius eſt, quàm via actionis: ratio eſt, quia tunc nec libellus, nec litis cõteſtatio requiruntur, ſecus quando iure actionis peteretur, iuxta no. per Alex. conſ. 50. col. 3. lib. 2. Iſer. in cõſti. reg. Neapol. Dilationes, cæterum qui executionem petit, ſententiam & acta exhibere tenetur, niſi tranſactum eſſet biennium, quia tũc ſola ſententiæ productio ſufficeret, vt per Bal. in l. 1. C. ne lic. ter. prouoc. quæ quidem executio ſentẽtiæ dicitur cauſa ſummaria, l. à Diuo pio. §. ſi ſuper rebus vbi doc. ff. de re iud. Bar. in l. litibus. col. pen. C. de agric. & cenſ. lib. 11. quod intellige vt per Bal. in l. 1. §. is habetur prope fi. ff. ſi quis iuſd. nõ obtemp. locum habere quando contra executionem nulla opponitur exceptio. Put.

exemplum inuẽtum in archiuo publico, facit fidem, Bello. cõſ. 57. communem dicit. ex Angelo, & Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo. B. Villalo.

exemplum non probat, niſi originale habeatur, hæc regula ſumitur ex text. in l. procurator. in fi. C. de eden. procedit, & habet locum non ſolùm ſi vnus, verùm etiam ſi centum notarij exemplarent, quinimò & ſi originale vidiſſe ſine macula, & non vitiatum, & illud exemplum auſcultaſſe, & cum originali concordaſſe atteſtantur. tradunt Iaſ. & communiter doc. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. & ipſum confitetur ibidẽ Caſtr. reprobãs dictum Spec. qui in tit. de inſtr. editio. §. reſtat. verſ. pe. tenuit quod illa verba per nos, ſiue à me viſo, & lecto operentur (vt probat ipſe Caſt.) quod ſemper miratus fuit de hoc dicto Spec. quia eſt contra dictam auth. ſi quis in aliquo generaliter loquentem & rationem allegatam in gl. ibi, & poteſt eſſe, &c. ſemper credit dictum Spec. non eſſe verum, ſubdens quod licet communis practica notariorum ſeruet dictũ Spec. tamen illa procedere poteſt, ſi pars non opponeret: ſed parte opponente, minimè. Alex. tamen in dicta auth. ſi quis. in fi. non recedendo ad opi. Caſt. Ang. & com. in d. auth. ſeſtinẽdo dictum Spec. vbi ſ. dicit illud verum in terminis ſuis, quia loquitur inter partes contrahentes, & tunc vera eſt cõcluſio ſua, vt quo ad illas dictum exemplum probet. F. Turzan.

exemplo creditur, quando eſt confectum ab eodem notario qui originale confecit. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo n. 3. C. de eden. cõem dicit, vide alia in verbo procurator. Idem.

PRO. exemplo nõ creditur. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. Bellon.

OBIEC. contrà de l. publicati. C. de teſtam. & §. illud. in auth. vt frat. fil. ſucce.

SOL. vbi originale exemplar. eſt officio iudicis publicatum, vocata parte, cuius intereſt, creditur inſtrumento exemplato, vt ibi. Idem.

PRO. exemplo turpiſſimum eſt fœminino quoq; vocabulo etiam maſculos contineri. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2.

OBIEC. contrà de l. adigere. ff. de iure patro.

SOL. ibi fauore matrimonij. Idem.

PRO. exempla reddunt rem clariorem. l. prætor. §. quoties. ff. de coll. bon. Idem.

PRO. exempla non reſtringunt regulam. l. ſtipulatio damni infecti pertinet. ff. de dam. infec. adde tex. in l. j. §. quod vulgò. ff. de vi & vi arm. Idem.

PRO. exemplis non eſt iudicandum. l. nemo, C. de ſen. & inter. omnium iudicum.

OBIEC. arg. contra, de leg. j. §. quibus. ff. quod cuiuſq; vniu. ibi ad exemplum, &c. & §. ſi. ibi, permittit proconſul, ſicut in priuatorum quoque, &c.

SOL. ſecundum exempla aliorum male iudicantium, iudex non debet iudicare, ſed ad exemplum & ſimilitudinem aliarum rerum vel perſonarum ius dici poteſt, vt in ꝺ̃ris. Bellon.

exemplum inſtrumenti an & quando probet. vide no. Dec. conſ. 36. & quòd non probet tenet Alex. vol. 1. conſ. 138. & in 4. vol. conſ. 12. P. Andora.

Et in eo debet interuenire cauſæ cognitio. & part. cit. Alex. vol. 5. conſil. 106. in 2. col. verſ. ſolum ergo eſt videñ. & dixi in ver. autenticum. P. Andora.

exempla nõ reſtringũt regulam. l. damni infecti ſtipulatio, p tinet §. fi. ff. de dam. infec. c. 1. extra. ne cler. vel mona. Fel. in c. inquiſit. in 1. no. de accuſ. Pau. de ca. vol. 2. conſ. 330. alias 328. in 2. col. & conſ. 351. alias 349. Barb. vol. 1. cõſ. 6. in 7. col. Iaſ. in §. præiudiciales. in 8. col. inſti. de actio.

Quod intelligit Imo. in l. ſi quis cum alr. ff. de verbo. obl. ꝙ non reſtringunt in caſibus ſimilibus. ſed bene reſtringunt ad ſimilia. al. no. per gl. in l. illud C. de ſa. ſan. eccl. & ĩ l. obes. C. de præd. mino. & in l. 1. ff. de cond. indeb. P. Andora.

exemplar & inſtrumentum à pluribus etiam notariis, qui ſe archetypum vidiſſe, & cum illo concordaſſe aſſerant ex ſcriptum, non facit fidem. vt cõmune ponunt Paul. ac Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. & latius Turzan. opi. 149. E. Sua.

Exempla librorum non probant pro ſcribentæ in præiudicium tertij: ſecundum communem. per Burſ. conſ. 119. n. 33. lib. 1.

Exemptus. Abbas dicitur habere iuriſdictionẽ quaſi temporalem. Barb. in 2. vol. conſ. 14. in col. 1. P. Andora.

Priuilegium exempti. an extendatur ad eius homines. vide Barb. in 2. vol. conſi. 26. in 4. col. Idem.

Exempti non includuntur in lege generali. Sonz. in 2. par. conſ. 209. Bal. in l. legator. ff. de leg. 2. Idem.

exemptus locus. dicitur extra territorium. Iaſ. in l. in l. extra territorium. in 1. col. ff. de iuriſd. om. iud. de quo. an exempti dican. de territorio. vide Pau. de ca. vol. 2. conſ. 134. in 3. col. & Iaſ. in l. 1. §. huius ſtudij. in 1. col. de iuſt. & iu.

Vide etiam in materia. Fel. in c. graue. de offi. ord. Barb. vol. 1. conſ. 4. in 3. col. cum ſeq. Idem.

exemptus ab oneribus per principẽ ex cauſa remunerationis per verba geminata, non tenetur etiam ad onera indicta ex cauſa publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis, ſecũdum communem per Burſ. conſ. 16. n. 57. lib. 1.

exemptus locus. ſi alteri territorio vnitus nõ ſit tetinet ſta. prioris domini. Alex. vol. 2. conſ. 151. P. Andora.

exemptum monaſterium non tene. ad caritatiuum ſubſidium per epiſcopum impoſitum late Cor. conſ. 343. P. Ando.

exempti ſepeliẽtes excommunicatos, vel alios ſimiles, poſſunt ab ordinariis puniri, Secundum communem opi. Soc. in c. recepimus. n. 64. de priuilegiis. Bonac.

exemptionem ab oneribus ex cauſa renumerationis conceſſam: princeps reuocare, vel infrigere nequit, ac ſi eſſet ex contractu, ſecundum communem per Burſ. cõſ. 16. n. 55. li. 1.

exemptio conceſſa ab omnibus oneribus etiam extraordinariis ac inſolitis: non extenditur ad onera cauſa pettis & belli, vel neceſſitatis alicuius impoſita, ſecundum communem per Burſ. cõſ. 16. n. 51. lib. 1. fallit, ſi verba eſſent geminata, puta, ſi diceretur, ab omnibus & quibuſcunque oneribus, quam fallentiam limita, in caſu valde inſolito, & non cogitato, vel ex cauſa neceſſitatis famis, ſecundum communem d. conſil. nu. 63. 71.

exemptio ab oneribus, ſeu conuentiones factæ cum cõitate, etiam data pecunia num. ſubſiſtunt, ſecundum communem per Burſ. conſ. 16. n. 18. lib. 1.

exemptio cõceſſa ab omnib. onerib. etiam extraordinariis, non comprehendit impoſita occaſione belli diuini, humani, vel ex cauſa publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis ſecundum communem per Burſ. conſ. 16. n. 22. lib. 1.

de feudo vasallus regulariter non potest testari, vt in c.1.in succes.feud.& in ca.1.§.donare qualiter olim feud. pote.alie. & per Soc.cons.19.adsit. libr.1.tamen hoc interpretatur non procedere in feudo hæreditario, nam vbicunque feudum esset hæreditarium patet absque dubio in testamẽto posset prelegare vni filiorum:cùm in tali feudo,quis succedere nõ possit,nisi sit hæres,secundum Bart.in l.iusiurandi,§.si liberi.ff.de operis liberto. Bald.in ca.1.§.decedenti. qui feu. da. poss.Moder. in l. quicquid astringendæ, & in l. ita stipulatus. §. Grisogonus.ff.de verb.oblig.& per Alex.consi.10.ponderatis,vol. 3.vbi scribit istam esse communem opinionem:& cons.19.super eo. & cons.28. libr. 5.& hoc factum testatoris impugnari non potest,nec debet,l.cum à matre.C.de rei vẽd.&per Alex. cons.124.quod citant Mod.in tract.de feudis.& ponit Præpositus in c.Imperialem,in princ.de prohib.feu.aliena. per Fede. Viuius.

Feudum si processit à fœmina , fœmininum est iudicandum.Ripa in libr.prim.de leg.c.1.num.64.communem dicit. B.Villal.

feudum in dubio præsumi hæreditarium,communiterque id obtinere dicit Minsing. obser.2. cent.4. subiungit tamen quod Camera sequitur contrariam opi. I.Fich.

feudum , si sit maternum vel fœmineum , scilicet ab initio concessum vni fœminæ, tunc fœminæ quoque admittuntur ad successionem sed tunc demum,quando non extarent masculi.comm.dicit in §.feudum.quęst.73.ver.Præterea quæro. P.Fichard.

Dispositio cap.potuit,de loca.priuans ipso iure emphyteuta non soluentem canonem,nõ procedit in feudo,pro quo annua pensio debetur.est magis com.opi.secund.Alex.in cõs. 9.viso themate.vol.3. & Dec.in cons.138. diligenter. volu.1. M.Chærian.

in feudo empto & acquisito,prætio mediante,æquè succedunt fœminæ,vt masculi.est com.opi.secund.Dec.in cons.390. quoniam ex facto.ver.capio secundam. Idem.

in alienatione feudi subinfeudati , requiritur cõsensu prioris & directi domini : nec sufficit consensus domini posterioris,qui subinfeudauit.est magis com.opi.secund.D.Iaco.de S. Georgio , in tractatu de feudis.in §. & cum pacto de non alienando.vers.quæro de quæstione quotidiana. vbi limitat duobus modis:scilicet si prior dominus sit absens,vel alterauit naturam feudi.dando licentiam vasallo alienãdi cui vellet:quoniam tunc sufficit cõsensus domini posterioris & immediati. Nota,quia quotidiana sunt. Idem.

consuetudines feudales, etiam ecclesias & personas ecclesiasticas ligant. est magis communis opi. secundum Cur.iun. in cons.177.habita diligenti.n.20.vol.2. Idem.

feudum hæreditarium,id est,receptum pro se & hęredibus nunquam transit ad agnatos,nisi sint hæredes recipientis,vel illius prædefuncti,de cuius portiõe tractatur.est vera & communis conclusio secundum Curt. iun.in consil.1,numer.11. vol.1. Idem.

feudorum liber fuit compilatus à quodam Oberto de Orto Ciue Mediolanẽse,vt notat rexr.in cap.primo,quæ sit causa benefici.amittend.in vsibus feudorum. & Alua.in cap.1.in princip. de feudi cognitio. Postea verò iste liber fuit lectus in publicis scholis,& communiter approbatus,ab hoc igitur exploratum est habere plenam fidem sicut aliæ leges secũdum Andre. de Yfernia in præludio feudorum , in prima quæst. & alios ibi communiter,& istam esse communem ponunt Ripa

in l.si

Universidad de Deusto Biblioteca

in l.fi.nu.696.& seq.C.de reuocand.donatio.Maranta in trac. iudiciorum.in 3.par.prin.nu.63. & Zasi.in vsib. feudorum.n. 3. idem videmus in aliis scripturis, seu libris in studiis approbatis,vt sunt dicta Aristotelis, seu Hipocratis,quibus stãdum est,secund.Bart.cæterosque post eum in l.1.ff.si certum petatur.per l.septimo mense.ff.de statu homi. & l.si pater.ff.de solutio.quæ iura aliqui Doctores dixerunt nõ probare, cum id sit de auctoritate,& approbatione legis facta prout But. Paul. Cast.Deci.in 1.lectur.in d.l.1.nu.16.& idem Deci.in c.ne inni taris.in 1.lectur.de constit. & in ca.1.7. notab.de officio delegat.Retenta igitur prima opinione affirmatiua Barto.quæ est communis, prout testatur Niger in d. l.1.quòd auctores passim citari possint. Quæ communis sanè venit declaranda, vt procedat in arte sua,vt si Poetæ sunt,illis credendum sit in arte poetica, & literis humanioribus, secùs si de Medicina, vel Philosophia loquerentur, in his enim Hypocrati, Galenoq; medicis,Platoni,Aristoteli Philosophus potius credẽdum esset,ita tradit Niger in dicta l.1.quæ quidem communis ea iuris regula confirmatur, qua cautum est vnicuique in arte sua credendum esse.cap.vt constitueretur. 50.distinct.l.1.in fi.vbi Barto.ff.de ventre inspicien.Lucas de penna in l.curioli. C.de decurio.lib.12.& Alex.consil.15.volumine primo. cum simi libus,quæ congerit Afflict.decisio.253.nu.10.Hoc autem declaratur non procedere, quando lex reperiretur in contrarium,secundum Paulum de cast. & Decium in dicta l.1.ponitur exemplum in auctoritate Pauli ad Gala.4.ca.si filius, ergo hæres,quam consequentiam lex non admittit.l.1. C.si min.se ab hæred.& in §.sed sui.institut.de hæred.quali.probatur quo que ex auctoritate Aristotelis in topicis dicentis, quòd mulier nubens marito videtur dare omnia bona sua in dotem, quam auctoritatem lex non recipit aliquo modo, vt inquit gl.in l.mulier bona.ff.de iure dotium, eamque sequitur Deci. consi.521.nu.11.& in auth.præterea,in 3.notabi.C.vnde vir, & vxor,per illum tex.& Gozadi.cons.33.nu.20.& istam opinionem contra Aristotelem refert esse communem Deci. in dicta auth.præterea.n.6. F.Viuius.

Feudum absolutè hæreditarium (vt si datum sit pro se, & hæredibus.quibuscunque)transit ad quoscunque hæredes extraneos,& ad hoc,vt quis in tali feudo succedat,sufficit quòd sit hæres.com.dicit Clar.in §.feudum.q.9.vers.hoc præmisso. P.Fich.

feudum acquiri posse, mediante pecunia.contra gl.in ca.1. de benefi.frat. Hodie consuetudine receptum esse dicit Clar. in §.feudum.q.16.Et tale feudum est verum feudum,& regulatur secundum leges,& cõsuet.feudi, ita omnes feudistas vel le ait in §.feudum.q.16.in fi. Idem P.Fichard.

feudum à patre acquisitum, siue pro se, & hæredibus, siue pro se & liberis, potest filio imputari in legitimam. at si prouenit ab auo, tunc ex quo censetur aduentitium, non potest imputari.communem dicit I. Clarus in §. feudum. quæst.46. Idem.

feudum datum pro se, & hæredibus, est quidem hæreditarium,sed non ita,vt etiam ad extraneos hæredes transeat. cõmunem dicit in §.feudum.quæst.9.versi.Nunc prosequendo. Idem.

feudum datum pro se,& filiis,& hæredibus,ab eis legitimè descendentibus,censetur hæreditarium,& in tali feudo descẽdentes non succedunt,nisi etiam sint hęredes.com.dicit Clar. in §.feudum.q.9.ver.sed quid si feudum. Idem.

feudum datum pro se, & hæredibus masculis, non dicitur hæreditarium.com.dicit in §.feudum.q.9.versic. item quæro quid si.idem Clar.tamen distinguit in vers.seq. Idem.

feudum datum Titio vsque in quartam generationem, finita quarta generatione,filij vel agnati Vasalli vltimo defuncti possunt petere sibi confirmari feudum,& si non fiat,poterunt appellare ad superiorem.comm.dicit in §.feudum.q.87. Idem.

feudum decimarum, quod solitum sit laicis infeudari, potest prælatus alteri laico in feudum concedere. comm. dicit I. Clar.in §.feudum.q.13.ver.Sed quæro. Idem.

feudum est contractus nominatus.com.dicit Clar.in §.feudum.q.6.Non tamen est contractus bonæ fidei.com.dicit eadem q.in fi. Idem.

feudum Francum est,quãdo in inuestitura expressè dicitur q̃ sit Francum, & quando vasallus nõ tenetur nisi ad seruitia in inuestitura expressa.com.dicit in §.feudum.q.12. Idem.

feudum ita concessum,concedo tibi tale castrũ in feudum, transit ad hæredes eos tantùm, qui aliàs ex natura feudi succedunt.comm.dicit in §.feudum.q.9.ver.sed quid dicendum. Idem.

Feudum nouum si detur à Principe expressè iure feudi antiqui & paterni, debet tanquam feudum antiquum regulari. Magis com.dicit contra Oldr.cons.178.in §.feudum.q.8.ver. Sed hic. Idem.

feudum si datum sit pro se,& filiis,& hæredibus,tũc requiritur vt succedere volens, filius sit, & etiam hæres.com. dicit contra Bald.in §.feudum.q.9.ver.quandoque & tertio.Idem.

feudum,si datum sit pro se,& filiis,vel pro se & liberis,nulla facta mentione hæredum,tunc sufficit,quòd succedere volens sit filius vel descendens ab illo primo acquirente, & non requiritur quòd sit hæres.com.dicit in §.feudum.q.9.ver.quãdoque verò. Idem.

feudum si datum sit pro masculis cum fœminis, tũc fœminæ veniunt simul cum masculis, sed si datum sit masculis & fœminis,tunc veniunt fœminæ ordine successiuo, s.prius masculi & his deficientib.fœminæ.com.dicit in §.feudum.q.73. ver.Et in hoc proposito. Idem.

feudum nec in dotem pro filia dari posse, comm. esse dicit Zas.in Epis.feu.tit.de alie.feud.post princ.in 4.ampl. & domi. Minsing. obser. 86. (vbi scribit eam seruari in camera) Cent. quarta. I.Fich.

feudum non confiscatur cæteris bonis vasalli confiscatis, magis communem dicit Iac.de S.Georg.in trac.feud.in verb. dictique vasal.promiserunt.n.63. I.Fich.

in feudo clericum succedere posse,etsi quæstionis sit maximè controuersæ,ita vt Laurent.Sylua.cons.3.n.52.lib.1.scribat,de ea dici posse,quod dicit Poeta, tot sunt sentẽtiæ quod capita,communem dixit, Salicet. ingressi. C.de sacrof.eccles. vt eum refert Iacobin.de S.Georg.in tract.feudo.in ver.& qui buscunque hæredibus.& ibi aliquot plures doct. maximè tamen Canonistas c.in præsentia, de proba.eam tenentes. item quod ipse,cum contigisset casus in Priore S.Andræ.p̃ ea consuluerit,quodque proinde Prior ille in parte quadam Comitatus à Duce Sabaudiæ fuerit inuestitus. itaque ipse Iacobinus ibidem hanc opinionem tanquam communiorem retinet.Et communiorem esse fateri videtur etiam Zas.in Epito.feud.ti. qui feud.dare possint.circa fi. I.Fich.

contrariam vero opinionem, q̃ imò nõ succedat Clericus in feudo,sed eius planè incapax sit veriorem, & magis cõmunem dicit Carolus Ruinus cons.42.n.9.vol.1.quem latè defendit Curt.in trac.feudo.in 3.par.prin.in 10.q.& Bart.Chass. super consue.Burg.in rub. *Des fiefz* §.quinto.in ver.*Excepté les Religieux*. per totum vsque §.6. Et tenuerunt eandem vltra allegatos per Iacobinum pro parte negatiua,Fel.in d.ca.in præsentia.n.44.vbi in fine refert plures canonistas hanc tenentes, insuper Matth.de Afflict.c.1.de milite vasal. quia arma depos. & in c.qui clericus.si de feud.fuerit cõtrouers. Andræ. Alciat. cons.222.in prin.Ferra.in collecta.feuda.lib.2.ca.2.Et prolixè Sousbeccius in Commen.feud.parte 12.n.137.cum seq.pro qua etiam q̃suluit expressè Rol.à Valle,q̃s.23.n.19.20.& seq. lib.1.in eandem inclinare etiam Zasium, in suprà allegato loco satis apparet,& allegatis ab eo tam iuribus quàm rationib. etsi iudicium suum suspendat. ego vero hanc posteriorem opinionem, tãquam veriorem pariter communioremque sem per securus sum itidemque alios,in primis autem præstantiss. & celeberrimum in Germania nostra iurisconsultum Ludouicum Grempium, Reip. Argentoratensis Aduocatum, amicum nostrum incomparabilem, fecisse memini. Et procedũt hæc adeo, vt ne per substitutum quidem clerico feudum deseruire concedatur, secundum doct. supra pro Negatiua allegatos. I.Fich.

feudum, etsi sit antiquum: agnati transuersales non succedunt:nisi vsque ad septimum gradum, Ias.in l.certum est.n.3. C.vnde legi.communem dicit.

Fallit, si sit concessum pro se, & pro descendentibus: quia tunc excedit etiam decimum gradum, Coua.in resolu.libr.2. c.5.n.4.com.dicit. B.Villal.

in feudo nouo transuersales (nisi expressè id dicatur in inuestitura)non succedunt.com.dicit Curt.seni. cons.2.in fi. Et Rol.à Valle cons.60.n.1.lib.1. I.Fich.

feudum concessum à Principe cum clausula, quod tale feudum habeat naturam paterni,& auiti:iudicatur,vt antiquum, & auitum:vt in illis succedant qui possunt succedere in auito, & antiquo.Ias.cons.1.vol.3.com.dicit. B.Villal.

Hanc communem refert & sequitur etiam D.Minsingerus in obserua.84.cen.4. I.Fich.

feudum hæreditarium venit in restitutione fideicommissaria.Cur.iun.cons.101.n.10.com.dicit. B.Villal.

Feudum hæreditarium non transit etiam ad descendentes, vel agnatos,nisi sint hæredes defuncti vasalli.com.dicit Alex.

Universidad de Deusto Biblioteca

conſ. 10.vol. 3.refert & ſequitur Rol.à Valle.conſ.2.n.39.lib. 1. I.Fich.

Feuda ſingularia, quæ ſunt pura in regno Apuliæ: ſunt in directo dominio Regis,quamuis regnum ſit feudum,ita communiter teneri dicit Deci.conſ.centeſimo decimoſeptimo.in fi. B.Villal.

feuda acquiſita pro ſe,hæredibus,& ſucceſſoribus,non trāſeunt niſi ad illos, ad quos tranſeunt feuda hæreditaria. Pari. conſ. 1.n.6.lib. 1. Idem.

feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, tunc cum verbis geminatis poteſt tranſire ad fœminas, & nō eſt reſtringendum:ſed ampliandum Moder.in addit. ad Alex. conſil. 30.in verb.quibuſcunque.volum. 1. communem aſſerunt. Idem.

Ex quo feudum receptum pro ſe, & ſuis hæredibus venit in reſtitutione fideicommiſſi.Cur.iun.conſ. 183.n.6.com. dicit. Idem.

in feudis nomine filiorum veniunt etiam nepotes,ita vt ſi quis accipiat feudum pro ſe, & filiis intelligitur etiam nepotes incluſi. Hanc communiorem eſſe teſtatur Franciſ. Cur.in ſuo tract.feud.in 1.part. 3.partis. princip.in quæſt.27.n. 51.licet,ipſe putet diuerſam opinionem iuri magis eſſe cōſonam. I.Fich.

feudum non amittitur, etſi ſeruitia debita pro feudo, per biennium,ac triennium non ſoluantur.Zaſ.in vſib.feudo.numero 62.dicit magis communem, licet ipſe diſtinguat inter ſeruitia perſonalia,& realia: quia perſonalia non perduntur:in realibus diſtinguit,aut ſunt parui pretij,& nō perditur: ſi tamen eſt maximi perditur,quod nota. Villal.

Feudum nunquam amittitur ipſo iure (excepto ſolo caſu alienationis irrequiſito domino)ſed ſolummodo per ſententiam.Moder.communem.&veram dicunt in conſuet.Pariſ.§. 30.n.23.par. 1. I.Fich.

feudum & ſi nominatus contractus ſit, vt commune aſſerit Curt.iun.de feud. 1.part.princip. quæſt.9. Io. Ronchegall. Gioldus mihi multis nominibus obſeruandus in l.reos. § cū tabulis.n. 37.ff.de duob.reis.tamen bonæ fidei non eſt. vt frequenter placitum enunciat Zaſ. de feud. 1. parte. ad finem. E.Suarez.

feudum quin pecunia interueniente conſtitui poſſit, nihil vetat.commune aiunt Zaſ. de feud. 12.part. verſic. 3. concluſio. Modern. in conſuetud. Pariſi. ſed §. 30. numero 100. in fi. Idem.

feudum non præſumitur in re dubia, ni liquidò probetur, vt frequenter placitum affirmant Curt.iun. conſil. 184.nu. 1. Bel.conſil. 10.n.9.Iul. Clar.de feu.q. 18. Viuius lib. 1.opi. 113. Idem.

feudum in re dubia potius præſumitur antiquum. quàm nouum,vt receptum ponit,&ſi intricatè Viui.libr. 1.opi. 114. Idem.

feudum hæreditarium dicitur, quòd alicui, & eius hæredibus ac ſucceſſoribus conceſſum eſt,vt frequentibus interpretum calculis ſuffultum aiunt Pariſ.conſil.4. numer.27.libr. 1. Iul. Clar. de feud. quæſt.9. Viuius libro 1. opin. 112. in fine. Idem.

feudum hæreditarium ad alios non tranſit, quàm ad quos hæreditas peruenit. commune teſtificantur Alex. conſil. 10. ponderatis.lib. 3.latè Iul.Clar.de feud.quæſt.9.verſic.hoc premiſſo,& verſic.ſed quæro. Viuius lib. 1.opin. 112.& opi. 129. Idem.

feudum hæreditarium fideicommiſſario reſtitutioni fit obnoxium,vt frequenter placere teſtis eſt Cur.iun. conſ. 171.n. 10. quemadmodum erit etiam feudum ſibi & ſuis hæredibus exceptum,vt commune inquit idem Curt.conſ. 183. numer. 6. Idem.

feudum hæreditarium poterit primus ſucceſſor cum domini cōſenſu in ſucceſſorum perniciem alienare, & ſi aliud in alio feudo iuſſit,vt commune renuncio ex Alex.conſ. 106.n. 8.& conſ.ſeq.lib.4.& conſ. 13.n. 11.lib. 5. Matth.de Afflict.in ca. 1.n.74.de prohib.feud.ali.Hier.conſ.feud. 136.n.7.Syluan. conſ. 15.n.4. Cur.iun.conſ. 55.n.8.Goff.conſi.feud.10.n.24.apoſtill.ad Alex.conſ.8.n. 15.lib. 3. Idem.

feudum omne nouum iure antiquo conceſſum, vel cum clauſula, vt auiti & paterni feudi legibus cenſeatur, omnibus prorſus in rebus antiqui feudi naturam & qualitatem induit. atque inſtar paterni & auiti cenſetur commune inquiunt Iaſ. conſ. 1.lib. 3.& in vſus feudorum n.90. Deci.conſ. 185.& cōſ. 194.ateque vberrimè I.Clar.de feud.q.8.ver.ſed hic occurrit. Viui.lib.1.opi. 115. Idem.

Feudum ob præclarè merita conceſſum ex ingratitudinis cauſa reuocari nequit,vt frequenter placitum inquit,à iure tamen alienum veriſſimè affirmans melius iuris Doct. Arius Pinel.in l. 1.par. 3.ver.infertur. 17.C.de bon.matern. Idem.

feudum abſque domini conceſſu repudiari nequit, vt commune enunciat Panor.in ca. 1.de feud.Iaſ.in l. 2. nu. 4.C. de iure emphyteu.Arius Pinel.in l. 1.part. 2.verſi.limi. 8. C.de bon. mater.& in l. 2.part. 1.cap. 4.nume. 2.ad fi.C.de reſcind.vendit. Idem.

feudum à fœmina originem adeptum fœmineum cēſetur, commune inquit Rip.lib.1.de legib.c. 1.nu. 74. Villalob.in ſua collect. Idem.

Feudum ſi cauſa aliqua non adſit, nec ex poteſtatis plenitudine Princeps auferre poteſt,vt commune aiunt Curt. iun. de ſud. 2.part.quæſt. 12.Viui. libr. 1.opi.centeſimadecima ſexta. Idem.

feudum eius, qui ob læſæ maieſtatis crimen bonis exutus eſt, non fiſco, ſed Domino defertur, vt frequenter placitum renuntiat Boer.deciſ. 264.n. 7.Gyg.de crim. læſ. maieſt.q. 5.n. 1. Idem.

feudum vel à Principe conceſſum non admittit accreſcendi ius,vt magis commune ponunt addit.ad Alex.conſ. 30. nu. 8.libr. 1.Iul.Clar.de feud.quæſt. 70. & ſi Iaſ. contrarium commune perperam effutierit in l.ſi mihi.& Titio.ff.de verb.obligat. Idem.

feudum antiquum non poteſt alienari in præiudicium proximioris agnati, ſine conſenſu ipſius, etiamſi vaſallus refutaret feudum antiquum in manib. domini. Quia tum refutatio non præiudicat agnatis, niſi in vita ipſius refutantis & deſcēdentium ſuorum.ita declar. poſt alios Bal. in ca. 1.§. hoc quoque.verſ.prima concluſio.numer. 12.de ſuc.feud. & in verſic. ſed quid ſi ille qui habebat feudum paternum refutauit ipſi domino.numer. 6.de aliena. feudi paterni.& Iacob. Aluaro.in cap. 1.§.denique ſæpè.qui eſt finalis. verſic.trigeſima ſeptima concluſio. numero 27. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Hanc communem concluſionem & ſententiam eſſe ſcribit Iaco.Heinrichmannus in conſil. 1.verſic.trigeſimo nono num. 58.in 1.Tom.con.& ante illum Franciſchin. Curt.in tractat.feud.in 4. parte.ex quib.cauſ.feud.amitt.§.tertia igitur eſt regula principalis.verſic. eſt ergò ex præmiſſis.nume. 147. kirchouius.

Feudalium poſſeſſio datur filiæ vel ſorori inſtitutæ non obſtañ contradictione agnatorum, ſecundum communem per Burſ.conſ. 89.n. 31.lib. 1.

feudum ſuſceptum pro ſe & hæredibus maſculis legitimis & naturalibus.dicitur hæreditarium,ex veriori & magis communi.per Burſ.conſ. 3.n. 1.lib. 1.

feudi hæreditarij diſpoſitio tenet, ſi fiat inter comprehēſos in inueſtituris ſecundum communem per Burſat. conſilio 3. numero ſecundo. libro primo. vel ſic.diſpoſitio teſtatoris ſuper feudo hæreditario mixto valet, iuxta magis communem ibi, vbi quòd nec hæres ei contrauenire poteſt, quam concl. latius declara,vt per eum ibi,& conſil.quadrageſimonono.n. 47.eodem.

Hæres non poteſt contrauenire diſpoſitioni teſtatoris ſuper feudo hæreditario mixto, ſecundum magis communem per Burſ.conſ. 3.n. 2.lib. 1.

feudi deuoluti ſine culpa vaſalli melioramenta ad hæredes extraneos tranſeunt,ſecundum communem per Burſat.conſ. 43. numer. 19. libr. 1. ſecus ſi ob culpam vaſalli quia tunc trāſeunt ad dominum vel agnatos cum re ipſa, iuxta communē per eundem d.conſ.n. 18.

Hæres ſine beneficio inuentarij in feudo ex pacto & prouidentia ſibi præiudicat, ſecundum Burſat. conſilio tertio. numero 29.libr. 1.& vide quæ idem ſcribit conſil. 2.numero 45. eodem.

feudum pro ſe & hæredibus ex eo legitime deſcendeñ dicitur hæreditarium, ſecundum magis communem per Burſat.conſil. 76. numero 1.libro 1.poſt Rol. conſil. 55. numero 7.lib. 3.

feudo hæreditario mixto quis non admittitur niſi ſit hæres primi acquireñ. vel vltimo loco defuncti, ſecundum magis communem per Burſ.conſ. 76.n. 2.lib. 1.de quo per Oſaſc. deciſ. 23.n. 33.Rol.conſ. 23.n. 29.lib. 3.conſ. 28.n. 7.conſi. 53. n. 6.n. 7.eodem lib. 3.

Hæres vltimi defuncti eſſe debet: ſuccedens in feudo hæreditario mixto,ſecūdum vnam communem opi.per Burſ.cōſ. 2.n. 43.lib. 1.pro qua vide eundem.conſ. 76.n. 2.eodem.

feudo hereditario mixto,inuentarij confectio non prodeſt, ſecundum magis communem per Burſ. conſ. 3.nu. 28.libr. 1. quam concl.declára,vt latius per eum ibi.

Hæres

Universidad de Deusto Biblioteca

Hæres etiam cum beneficio inuentarij in feudo hæreditario mixto tenetur pro facto defuncti, maximè cum alia bona libera adessent, & de commoditatibus feudi satisfacere, fm magis communem per Bursat.cons.9.nu.28.lib.1.Rol. cons. 44.per totum.lib.5.

Feudum nouum ad transuersales non pertinet secundum magis communem per Bursat.consil.76.numero 47. libro 1. vbi quòd nec in eo locum habet ius accrescen etiam quòd ab Imperatore concederetur.ex crebriori sententia ibi.

Feudum hæreditarium mixtum dicitur, vbi in inuestitura qualitas hæredis adest, secundum magis communem per Bursat.cons.49.nu.26. lib. 1. vel quando acceptum est pro se & hæredibus,iux.communem per eundem cons.91.numero 13.eodem.

Feudum pro se,& hæredibus tantum,est informe, secundū communem per Burs.cons.49.n.41.lib.1.& pro se & hæredibus vtriusque sexus.est hæreditarium mixtum, iux. communem d.cons.post nu.47.ac etiam si diceretur pro hæredib.masculis,de quo disponi potest secundum magis communem,at secus de feudo ex pacto & prouidentia, de quo non disponitur, ex communi ibi relata, etiam si esset nouum, & cum domini assensu,secundum magis communem ibi d.cons.

Ordo successionis nō attenditur in feudo hæreditario,sed præfertur qui hæres est, secundum magis communem per Burs.cons.92.nu.33.lib.1.

Factum defuncti in feudo hereditario nocet successori,vbi non est factum inuentarium, secundum magis communem per Bursat.consil.2.post nu.44.lib.1.vbi latius declarat quod quidem inuentarium in feudo hæreditario nihil operatur, iuxta communem per eundem.d.consi.2.numer.46.eodem.

Factum patris præiudicat filiis, & omnibus in feudo hæreditario,secundum communem per Bursat.consil.3.num. 27. libro 1.

feuda hæreditaria mixta veniunt in petitione hæreditatis, restitutione fideicommissi renunciatione generali,& in aliis excepto domini assensu, vti allodialia bona iudicantur, ac in legitimam imputantur,secundum communem per Burs.consi.3.nu.3.lib.1.

Feuda filius legitimatus à comite palatino dicitur verè legitimus & naturalis, ac succedit in feudo & omnibus bonis, secundum communem per Bursat.cons.10.num.2.lib.1.post Clar.§.feudum q.82.quam concl.dicit Burs. vbi supra procedere etiam si feuda accepta sint pro filiis legitimis,& de legitimo matrimonio natis,secundum communem ibi.

Hæres primi inuestiti tantum,licet nō vltimi,potest in feudo ex prouidentia succedere,secundum communem per Bursat.consil.82.numero 13.libro 1.Osasc.decis.26. numero 10. decis.180.

Feuda & emphyteusis legitimatum per subsequens matrimonium admittunt,secundum communem per Burs.consil. 17.nu.3.lib.1.

feudalia dantur insolutum creditoribus,ita sponte volente debitore, & accedente consensu domini, secundum communem per Burs.cons.44.n.7.lib.1.post Alex. & alios in l.si finita.§.de vectigalibus.ff.de dam.infec.

Licentia super feudo retrotrahitur, iux. communem per Burs.cons.76.nu.48.lib.1.

feudalia non veniunt de iure communi in generali obligatione sine domini assensu,secundum communem per Bursat. cons.44.nu.25.lib.1.emphyteutica verò sic,licet sine domini assensu non tradantur,iux.communem per eundem cons.31. nu.18.eodem.

Feudalia non probantur ex inuestitura sola,quæ in clausulis generalibus continetur,nisi probetur tempore concessionis feudi illa fuisse tradita vasallo,secundum communem per Bursat.cons.41.n.1.lib.1.cui Adde, quòd feudum non præsumitur,nisi probetur, & non sequitur aliqua res concessa & in feudum: ergo alie sunt feudales, secundum communem per eundem cons.46.nu.9.eodem vbi declarat numero 8.numero 23.

Feudum plurium alienatum:deuoluitur tātum quo ad dominos qui non consenserunt,non autem quo ad illos qui dederunt licentiam,secundum communem per Burs.cons. 40. nu.32.lib.1.

Feudum alteratum tenet pro solita natura feudi, licet pro alteratione minimè, secundum magis communem per Burs. consil. 40. numero 34. libro 1. & d. consil. numero 35. vbi quòd natura feudi alterata in parte : non operatur vt totum feudum annulletur,iuxta communem ibi relatam.

feudum francum in testamento relinqui potest, secūdum communem per Bursat. consil. 2. numero 35. libro 1. cuius feudi franchi alienatio tenet si iura domini reseruentur, iux. communem per eundem consil. 4. numero 1. numero 6. eodem.

Feudum hæreditarium mixtum, non datur nisi hæredi, etiam quòd esset agnatus, secundum magis communem per Bursat.consil.2.numero 37.lib.1.vbi quòd legari potest in testamentō: quia hæres facto defuncti contrauenire non potest, secundum communem, vbi quòd in legitima imputatur,ex communi opi.ibi relata.

feudum pro se, & hæredibus masculis ex eo legitime descendeñ dicitur hæreditarium mixtum, non autem ex pacto & prouidentia simpliciter,secundum magis communem per Burs.cons.2.nu.41.lib.1.

feudum hæreditarium in dubio præsumitur, ad quod non admittitur quis etiam transuersalis,nisi sit hæres,ex magis cō muni per Burs.cons.3.n.4.lib.1.

Feudum quando sit hæreditarium, vel naturæ, quòd quis non succedat in eo, nisi sit hæres, non differunt in effectu, cum nec filius, nisi hæres patris, ad feudum ex pacto & prouidentia admittatur, secundum magis communem per Bursat.consil.3.numero 5.numero 31.libro 1.vbi numero 7.numero 46. contrariam dicit veriorem & communiorem pro qua vide quæ scribunt Roland. consil. 28. libro 3. Osasc. decis.162.

feudum hæreditarium, vel etiam simplex, vt quis consequatur, opus est se hæredem probare, non autem se filium tantum, secundum communem per Bursat.cons. 3. numero 25.libr.1.

feudum concessum pro se &quibus dederit,pōt alienari in præiudicium agnatorum in quascunque personas, etiam fœminas,& clericum præter naturam feudorum, licet adesset iuramentum fidelitatis,secundum magis communem per Bursat.cons.4.nu.4.lib.1.

feudum non transit in fœminas, nisi concessum sit pro se & quibus dederit, secundum magis communem per Bursat. cons.4.nu.4.lib.1.

feudum non dicitur, nisi expressè dominium directum reseruetur, & potest alienari vbi clē dedit ex. ad habendum ex.posite sunt in verbis dispositionis inuestituræ. secus si in executiuis,secundum communem per Burs.consil. 4.nume.9. libro 1.

feudum, vel emphyteusis in extraneos non transiens, non venit in confiscatione bonorum, secundum magis communem per Bursat. consilio 122. numero tertio. libro primo.

feudum emptitium,vel pro pecunia concessum,magis emptionis contractus : quàm donatio censetur, secundum magis communem per Bursat. consilio 4. numero 15. libro primo.

feudum emptitium seu hæreditarium : si legatur sine assensu regio, debetur legatario estimatio, secundum communem per Barsatus. consilio quarto. numero 17. libro primo.

feudum non dicitur,vbi clē inuestituræ, & verba donationem significantia innuunt,secundum communem per Burs. cons.46.nu.3.n.4.lib.1.

feudum pecunia concessum : non dicitur merè feudum ex liberalitate procedens,secundum communem per Burs.consi.46.nu.13.lib.1.

Feudum si factum sit de castro cum omnibus pertineñ quę sunt in territorio,bona quæ sunt in dicto territorio non præsumuntur feudalia, sed allodialia, nisi contrarium probetur, præsumuntur tamen esse sub iurisdictione, secundum communem per Bursat.cons.46.nu.26.lib.1.

feudum & emphyteusis,non estimata tamen, sicut dantur per filiam sine assensu domini in dotem, illa donantur propter nuptias,secundum communem per Burs.consi.120.num. 28.lib.1.

feudum non cadit in commissum ex omissa renouatione, nisi dominus declaret,secundum communem per Burs.cons. 91.nu.16.lib.1.

feudum acceptum pro se & filiis dicitur ex pacto & prouidentia,secundum communem per Burs.cons.82.nu.1.libr.1. pro qua vide Clar.§.feudum.q.9.ver.quādoque.Osasc.decis. ibi.in prin.

feudum susceptum pro se & hæredibus quibuscunq;,transit etiam ad extraneos,secundum communem per Burs.consi.76.n.7.lib.1.vbi quòd in fideicommissi restitutione venit, iux.aliam communem opi.ibi relatam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Feudum pro se & hæredibus vtriusque sexus: dicitur hæreditarium mixtum, secundum communem per Burs. cons. 89. n. 33. libr. 1. quinimo & illud, pro se & hæredibus masculis ex eo legitime descendeñ, secũdum magis communem ibi relatam, licet plures ex alia receptiori opi. contrarium tenuerint.

feudum & emphyt. quæ pacto alienari in quoscunque potest in extraneos transit, secundum communem per Burs. consi. 76. nu. 7. lib. 1.

feudum hereditarium mixtum venit in dispositione testatoris, secundum communem per Burs. cons. 49. n. 47. lib. 1. ac emphyteusis hæreditaria, secundum communem ibi, & in legitimam filij imputatur, iux. aliam communem ibi.

feudum paternum & hæreditarium mixtum: ob delictum vasalli etiam in committendo, puta per alienationẽ deuoluitur ad filios, vel agnatos, non ad dominum, secundum magis communem & seruatam per Burs. cons. 91. n. 14. lib. 1. vbi idẽ si negligendo inuestituram non poterit, ex communiori opi. ibi relata. d. cons. de qua vide quæ scribit Rol. cons. 64. libr. 2. Osasc. decis. 23. num. 20. Rolan. cons. 1. num. 3. libr. 3. cons. 64. libr. 3.

feudum hæreditarium mixtum in legitima filij imputatur, secundum communem per Bursat. cons. 89. n. 37. lib. 1. Quod quidem feudum hæreditarium mixtum in præiudicium omnium successorum cum domini assensu alienari potest, iuxt. communem per eundem cons. 31. n. 14. eodem.

feudum antiquum datur Agnatis vltra 7. gradum etiam vsque ad centesimum, cum primordialiter de primo inuestito in filios descendit, secundum communem per Burs. cons. 63. n. 6. lib. 1. licet secus in feudo nouo, vel vbi agitur de succedẽdo primo per lineam transuersalem, iux. aliam communem opi. ibi relatam.

feudum pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, stañ statuto exclusio fœminarum: non deueniet ad fœminas donec supersit masculus, secundum communem per Bursat. d. cons. 63. nu. 7. lib. 1.

filia semper excluditur per patruũ vel agnatos descendeñ à primo in feudo antiquo, secundum communem per Bursa. cons. 63. nu. 8. lib. 1.

feudum pro hæredib. vtriusque sexus susceptum nũquam transit ad fœminas donec masculus supersit secundum magis communem per Bursat. cons. 63. numer. 9. libro 1. vbi quòd nec fœmineum simpliciter, ex communi ibi relata.

feudum antiquum datur hæredi primi inuestiti, licet non sit hæres. vltimi, secundum communem per Bursat. consi. 63. num. 16. libro 1. vel hæres primi inuestiti admittitur ad feudum, licet non sit hæres vltimi, ex communi d. consil. numero 16. Osasc. decis. 26. numero 10. Clar. §. feudum. q. 9. q. 76. in fi.

Fœmina semel exclusa per masculum, qui etiam incontinenti decedat, durat perpetuò exclusa, secundum communem per Bursat. consil. 63. numero 17. libro 1. vbi quòd nec ad feudum amplius admittitur, ex alia communi ibi relata, vel sic, feudum non datur fœminæ semel per masculum exclusæ: licet masculus incontinenti decedat, secundum communem ibi.

fœmina comprehenditur sub nomine quoscunque extraneos vbi in facultate testandi fœminarum fuit habita mentio secundum magis communem per Burs. cons. 22. n. 3. n. 6. nu. 7. nu. 15. lib. 1.

feudum verum, seu personale, pro quo iuramentum fidelitatis præstatur, non transit ad monasterium, secundum communem per Bursat. consil. 63. numero 27. libro 1. aliud verò quo seruitium reale tantum sic, secundum aliam communem ibi, quæ intelligitur respectu commoditatis feudi vasalli vitæ durañ, ex alia communi opin. ibi d. consil. numero 27.

Renuntians feudum vel emphyt. nunquam admittitur, donec supersint de comprehensis in prima inuestitura, nisi ad effectum vt non deuoluat, secundum communem per Bursat. cons. 63. nu. 3. lib. 1.

feudum hæreditarium, seu mixtum alienatum, infringi potest per hæredes cum beneficio inuentarij, secundum communem per Bursat. consil. 31. numero 13. libro 1. vbi dicit aliquos tenere contrarium ex alia magis communi opinio. de qua ibi.

feudum hæretici non venit in confiscatione, nec transit ad filios, secundum communem per Burs. cons. 43. nu. 15. libr. 1. pro qua vide quæ scribit Clar. §. feudum q. 84. §. emphy. q. 29. quam concl. declara, vt per eundem Burs. n. 16. d. cons. vbi dicit quòd fiscus nec commoditates.

feudi condemnati consequitur, iux. communem opin. ibi.

Feudum aperitur agnatis non domino facta alienatione siue assensu, secundum magis communem per Bursa. cons. 50. nu. 7. lib. 1.

ad feudum paternum ob delictum patris in committendo per alienationem deuolutum, filij admittuntur, secũdum magis communem per Burs. cons. 91. nu. 14. lib. 1.

ad feudum ex pacto & prouidentia filius nisi hæres non admittitur: secus in agnato, secundum communem, licet alij in filio contrarium teneant ex crebriori, quòd tantum in hæreditario debeat esse hæres, secundum communem per Bursat. cons. 3. nu. 46. lib. 1.

ad feudum hæreditarium mixtum filius vel agnatus non admittuntur. nisi sint hęredes ex communi per Burs. cons. 89. nu. 34. lib. 1.

feudi deuoluti sine culpa vasalli melioramenta transeunt ad extraneos hæredes, secundum communem per Burs. consi. 43. n. 19. lib. 1. pro quo vide quæ idem scribit cons. 880. nu. 34. & 35. lib. 1.

ius priuandi vasallum feudo non transit ad hæredes domini, si dominus de ea no. in vita non sit conquestus, secundum communem per Bursatus. consilio 91. post numero quinto. libro 1.

feudum concessum pro te, & quibus dederis, non solùm secundùm communem sententiam, transit ad hæredes extraneos, de qua decisione diximus in verbo feud. quando est concessum, &c. verùm etiam de eo testari vasallus sine consensu domini potest. Ita est text. in c. j. tit. de feud. non habente propriam naturam feudi. in vsibus feud. vbi dicitur si quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipse & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant: respondeo, isse, qui sic accepit, poterit id vendere vel donare: vel aliter si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare. & ibi doctor. Deci. in cons. 171. numer. 2. & cons. 193. numer. 5. Gozadin. in cons. 4. vers. decimò considero. numer. 8. inquiens: certè etiam si esset feudum, cùm sit data potestas concedendi quib. voluerit, potest disponere ad libitum, & in testamento relinquere. sequuntur & alij Aym. Crauet. cons. 84. numer. 11. par. 1. & Rol. à Val. cons. 96. num. 34. in 1. Tom. cons. Kirchouius.

feudum hæreditarium dicitur, quando conceditur pro se & hæredibus. sed si concessum est pro se & liberis, non dicitur hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia concedentis. Andr. de Isern. in capitulo primo. §. hoc quoque. numero sexto & septimo. titul. de success. feud. & in capitulo primo. in principio. titul. an agnatus vel filius defunctus. in vsib. feud. Alexand. de Imol. in cons. 10. numero octauo. in tertio volumine. in cons. decimonono. numero tertio, quarto, & decimosexto. cum sequent. & in cons. vigesimooctauo. nume. 18. in 5. volum. cons. Deci. in cons. 14. numero quarto. & in cons. 390. numer. quinto. vers. nam feudum dicitur hæreditarium. Franc. curt. in tract. feudali. par. 1. quæst. 8. numer. 19. Et hanc communem doctrinam doct. appellat idem Dec. cons. 447. num. 8. Kirchouius.

feudum nouum si fuerit alicui datum, & in inuestitura illa verba (iure feudi paterni vel antiqui) adiecta essent, faciunt feudum quantumuis nouum sortiri vim & effectum paterni vel antiqui. Bal. in c. 1. n. 2. ver. extra nota q. si rex. in tit. de alie. feu. pat. Aluar. in c. 1. nu. 3. de vas. decrep. ætat. in vsib. feud. Iac. de S. Georg. in tract. feud. ver. nobilis. num. 8. in fi. Curt. in suo tract. feud. in 1. part. quæst. 8. incip. octauò principaliter quæro. num. 8. vbi ipse hanc doctrinam in vtramque partem disputat, addens ab ea tanquam communi in iudicando non esse recedendum. Freder. Schenk ex liberis Baronib. à Tautenberg in Viridario conclusionum Iuridicarum. concluſ. 98. licet autem alij doct. contrarium referentib. Alex. de Im. cons. 10. nu. 4. & 5. lib. 3. & Ias. in cons. 152. nu. 1. in 2. vol. cons. verius esse voluerint: tamen magis communis opin. est in contrarium, vt communiori voto doct. concludunt. Dec. in cons. 194. nu. 3. Ias. sibi contrarius in cons. 136. nu. 3. vers. tenendo istam partem quæ est magis communis. in 4. vol. cons. Rol. à Val. cons. 60. n. 17. 1. Tom. cons. cùm legi & naturæ feudorum tenor inuestituræ deroget, & feuda magis dependeant à lege conuentionis, quàm à iure proprio vel consuetudinario. An hoc Commenta. in consue. Paris. §. 5. nu. 84. Kircho.

feudum hæreditarium si fuerit in eo sufficit quem hæredem esse primi inuestiti, licet non fuerit hęres vltimi decedentis & defuncti. Hanc conclusionem magis communiter esse approbatam dicunt Alex. de Im. in cons. 10. n. 8. vol. 3. Albert. Brun. cons. 18. numer. 14. inter cons. feuda. & Rol. à Valle, in cons. 97. numer. 65. in 1. Tom. cons. kirchouius.

Feud

Universidad de Deusto

Feudum ligium est pro quo vasallus de feudo inuestitus ꝺ omnes homines fidelitatem domino debet, nullius alterius fidelitate excepta. gloss. in clemen. pastoralis. in §. rursus. ver. homoque ligius. & ibi not. numer. 3. versic. quæro quis dicatur homo ligius. Card. Zabarel. & Apostilla. in litera E. ver. qs dicatur homo ligius. de sen. & re iud. Bal. in prælud. feudo. ver si alia diuisio feudorum. n. 52. & Prepositus n. 54. ver. 13. diuisio. & Bal. in consil. 291. n. 1. 2. & 11. in 2. vol. cons. Ias. super vsibus feud. n. 106. ver. septima diuisio feudorũ est, aliud ligium, aliud non ligium. Quam descriptionem iuris interpretes cõmuniter approbare, cum adiecta vlteriori declaratione quid legalitas, quid homagium, quid fidelitas dicatur, Item an vasallus ligius duorum dominorum ex necessitate vel ex incidẽti effici possit, nec non si vasallus ligius promiserit priorẽ dominum & nullum alium iuuare, possit tamen ad hoc auxiliari secundò per substitutum, scribit Rol. à Valle, in consil. 43. in 2. Tom. con. Kirchouius.

feudum paternum transitorium ad omnem hæredem etiã transit in monasterium, & hanc sententiam communem esse inquit Fel. in c. ĩ præsentia. n. 48. ver. fallit quartò. extrà de probar. & sequitur Io. Cephal. in consil. 151. n. 43. ver. quinto prædicta. in lib. 2. cons. Kirchouius.

feudum acceptum vel relictum pro se, vel alicui pro se suisque descendentibus & hæredibus, ita demum debetur, si copulatiuè sint hæredes & descendentes, quia vtrumque requiritur, nec alterum sine altero sufficeret. Barto. in l. vt iurisiurãdi. §. fi liberi. n. 4. ff. de oper. lib. Bal. in l. tale pactum. §. fin. nu. 1. ff. de pact. Hanc communem Doct. sententiam esse inquiunt Alex. de Imo. in consil. 128. n. 6. in 1. lib. Ias. in cons. 57. n. 1. in 1. vol. & Crauet. in cons. 197. in 1. par. cons. Kirchouius.

feudum. Vasallus cessans in solutione eius qđ debet domino singulis annis pro ipso feudo, per biẽnium in ecclesia, triennium in laico, nõ cadit à feudo, si res quæ solui debet, sit modica, secundum Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. 85. quia hoc non reperitur iure cautum. Gemi. in c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. Do. Cato in l. de quibus. ff. de legi. Secus si sit magni valoris: quia tunc non est propriè feudum, sed contractus innominatus, vt not. Bald. in l. liberti libertæque. C. de ope. lib. in 11. col. quo casu procedat opi. Inn. in d. c. ad apostolicæ. tenentis, ꝙ cadat. & Io. And. ibi in gl. in verbo reprehendi. ac Bald. in c. quę in ecclesiarum. ext. de consti. Balb. decis. 138.

Feudum antiquum secundum magis communem opinionem, propter homicidium vasalli transfertur in agnatos. Rolan. à Valle in cons. 1. n. 31. in 3. vol. & non in fiscum. Bonac.

Feudum hæreditarium an dicatur, quando reperitur, receptum pro se & hæredib. masculis. Et non dici hæreditarium, sed ex prouidentia & pacto, hoc modo probatur, quia illa verba (hæred. masculis) operãtur, vt feudum intelligatur tantùm concessum pro liberis, per tex. in c. 1. §. Et si clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi sine domini volũtate, eo mortuo sine legitimo hęrede masculo (ꝙ verbum ita intelligẽdum est in feudo, i. sine filio masculo) reuertitur feudum ad dominum. in tit. de alie. feud. in vsib. feu. Quare si illud feudum esse debebat hæreditarium, illa verba, hęredib. masculis, superfluo fuissent adiecta. l. si quando. ff. de leg. 1. Item vnumquodque verbum in contractu intelligitur vt aliquid operetur. Propterea illud verbum, hæredib. non potest intelligi de extraneis, sed de suis hæredib. iuxta naturam feudi. c. 1. titu. de succes. feud. in vsib. feud. Bald. in l. Gaius. ver. & per hoc determinatur quæstio. ff. sol. ma. & l. Gallus. §. etiam. n. 2. ver. aut fit mentio à concedente. ff. de liber. & posthu. & Bal. in l. libertæque. ver. quid ergò. C. de ope. libert. vbi ipse inquit: Quid si facta fuerit concessio alicui recipienti pro se & hæredibus suis masculis, illam non transire ad hæredem suum extraneum masculum. Quia adiectio masculi de iure & de facto, refertur ad descendentes, de iure, i. scripto, & de facto, i. consuetudine. Dec. in cons. 185. n. 3. & cons. 239. n. 4. ver. sed prædictis nõ obstantib. vbi ipse testatur hanc cõem opin. esse. Sequitur Rol. à Valle in cons. 67. vbi ipse in vtramque partem hanc doctrinam copiosè prosequitur, & refertur ab ipso ibi cons. Socyn. iun. in quo ipse n. 27. de iure respondet, si feudum concessum fuerit alicui pro se & hæredib. non simpliciter, sed adiectis aliquib. verbis, ex quib. constare potest, quod verbum hæredib. respectu liberorum prolatum fuit, tunc absque dubio feu. nõ dici hæreditarium cons. 72. d. n. 27. in 1. par. cons. Kirchoui.

feudum per vasallum alienatum etiam cum consensu domini directi non aperitur domino, sed agnatis, qui illud petere possunt saltem post mortem alienantis, secundum veriorẽ. & magis communem opinionem, vt post gl. ibi per tex. illam firmant Iac. de Beluiso, And. de Iser. Bal. Præpositus. & alij in c. §. hoc quoque, de succes. feud. Alex. cons. 30. quoniam omne datum. lib. 1. cum cõcordantib. per Soc. iun. in cons. 52. n. 23. & in cons. 91. nu. 6. vol. 4. E. Muscul.

Feudum nobile gratis, & libere cõceditur. & pro eo solum debetur seruitium personale. & in eo differt ab emphyteusi, quia in ea præstatur annua quædam pensio. Ita in effectu voluit Ias. in vsib. feud. ver. item aduerte. Et dicunt communiter Feudistæ, vt per Zasium in tract. de feud. in 7. part. respectu totius tract. ver. sed quantum ad seruitia præstanda. Curt. iun. in simili tract. in 6. q. princ. Dum quæritur quid sit feudum. & dicit inter alia, si fiat pactum, ꝙ præstetur annuum, non erit feudum, cùm illud personæ cohæreat, non patrimonio, vt per eum. Hæc refert Soc. iun. in cons. 76. numer. 6. volum. 4. E. Muscul.

feudum hæreditarium venit in restitutione fideicommissi vniuersalis, vt traditur in l. si patroni. ff. ad Treb. & ita se habet communis opi. vt attestatur Soc. iun. in cõs. 79. n. 17. allegans adhuc aliud cons. vol. 4. E. Muscul.

Matertera ad feudum admissa propter defectum masculorum, non debet postea priuari, licet superueniant masculi. Ita decidunt Iac. de Beluis. Nic. de Neap. Bal. in ca. 1. de duob. fratrib. à c. inuest. vt per eos. Et licet plerique teneant cõtrarium tamen ista est communis, vt ibi dicit Aluar. & Iac. de S. Georgio in sua inuestitura. ver. & fœminis. in fin. Soci. iun. cons. 22. nu. 18. 4. vol. E. Muscul.

feudum si irrequisito domino alienetur, siue nouum sit, siue antiquum, ad dominum reuertetur. gl. in c. 1. §. 1. de suc. feu. quod procedit etiam si alienatum fuisset saluo iure domini, prout voluit Bald. in c. 1. §. fi. Quæ sit prim. causa beneficij amit. idem Bald. in l. 2. C. de iure emphyt. iuxt. text. cap. ex parte tua, de feud. & id ex Bald. verum & communiter teneri refert Bened. Capr. reg. 77. nu. 35.

feudum ciuitatis vel castri vacantis, per Papam vel Principem concessum, perinde vt etiam alia quælibet beneficia latissime venit interpretandum, ita vt etiam si id expressum nõ sit tam iurisdictio quàm castra, pagi, vel villæ, quæ subsunt tali ciuitati vel castro, aut in eius districtu & comitatu sita sunt, concessa censeantur, argumento l. fi. ff. de constit. l. si quando & ibid. Bart. C. de bonis vacantibus lib. 10. l. 1. §. initio. ff. de offic. præfect. vrbis. c. cùm dilecti, in fi. & ibid. gl. de don. & gl. in c. cum olim. de verb. signific. quod Barto. & Doctores in prædict. locis communiter tenere refert Benedict. Capr. reg. 102. num. 3.

feudum potest confiscari, si transit ad extraneos, vt est communis opin. Bossi. titu. de bonorum publica. num. 51. & seq. D. Hieron. Gabriellius in cons. 172. num. 39. communem dicit. Bonac.

Feudum, si qua iusta causa amittatur, puta læsæ maiestatis, nõ fisco, sed domino defertur. communis est opi. Soarez ver. feudum. n. 67. Etiam si sit antiquum, vt est communis opi. Capra Reg. 77. n. 35. D. Hieron. Gabr. in cons. 172. n. 40. vbi hoc limitat. Idem.

Feudum, de feudo ad emphyteusim valid. um est argumentum, ita demum si ius feudorum in iusta & naturali ratione fundetur, reste Rom. cons. 212. n. 4. Dec. cons. 435. in fi. Ofasc. decis. 32. & est communis opi. per Alex. cons. 106. col. pen. & cons. seq. col. 2. libr. 4. declarando vt ibi per eum, cui adde Ias. in l. 1. n. 55. & seq. C. de iur. emphy. secus si ius commune resistat, & ratio diuersitatis assignari possit, & ius feudorum non fundetur iusta & naturali ratione. Ias. in l. de quibus. nu. 16. ff. de legi. in l. pactum quod dotali. 3. par. gloss. C. de colla. qua in materia dixit Bal. in rub. extra de iudi. 1. lect. col. 3. ꝙ in materia iurisdictionis licitum non est arguere de feudo ad emphyteusim, sequitur Dec. in c. cæterum. ante n. 13. de iudi.

feudum concessum pro se & quibus dederit, potest alienari sine vlteriori consensu Do. Iac. de S. Ceorg. post alios in tract. feudali. §. ita etiam ꝙ ipsi vasalli & eorum hęredes & successores. Et copiosius Franc. Cur. in suo tract. feudo. in 4. part. ex quib. caus. feud. amit. in 11. principali canone. incip. aggrediamur itaque secundam regulam principalem. §. quintò quę ro. n. 141. vbi ipse in vtramque partem hanc q. explicat, addit-que eam communem docto. opin. esse, à qua in practica non esset discedendum. kirchouius.

Feudi paterni & antiqui facta alienatio per parentem cum consensu Domini, etsi filius & aliis agnatis obesse non possit. Docto. in cap. 1. §. hoc quoque. de succes. feud. hoc tamen non procedit, secundùm communem sententiam, quando filij & agnati essent hæredes alienantis, & aliquid possiderent de bonis ipsius, & inuentarium non confecissent. Doc. in c. 1. an agnatus vel filius possit repudiare feudum. Franc. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in tract feuda.in 4.par.ex quib.cau.feu.amit.§.tertia igitur est regula principalis in hac materia alienatiõis,ver.limitate præ dictam commu.conclu.n.148.copiosè.Rol.à Valle in d.con. 97.nu.46.cum seq. kirchouius.

In Feudo hæreditario,concesso pro se,hæredibus & succes soribus,vt quis admittatur ad illius successionem, requiritur ꝙ sit hæres primi inuestiti,vel vltimi defuncti,de cuius perso na tractant Alex.& alij Doct.in l.quod dicitur.ff.de verb.obli gat. Et hanc esse communem opinionem affirmat Rol.à Val- le in cons.23.n.44. vbi ipse plures authoritates Doc. id affir- mantium adducit in 1.Tom.cons. Et hoc adeò verum est, vt non sufficiat ꝙ quis sit hęres sanguinis,sed etiam hęreditaris, quia vtrunque requiritur repudiata sententia Baldi, contra quem communis & contraria opi.est,attestante Alex.de Im. in cons.19.nu.16.in 5.vol.con. kirchouius.

Feudi dominus, si feudum hæreditarium non sit, de eo te- stari nequit,vt frequenti Doctorum sententia comprobatum testificantur Iul.Clar.de feudis,q.11,Viui. libr.1. opin. 117. E.Suarez.

feudi alienatio absque patroni consensu non aliter nec an rea damno est,quàm postquam traditio subsequuta est,vt cõ mune efferunt Ias.in l.vlt.C.de iur.Emphy. Tiraq. de retract. conjang.§.1.gl.2.nu.45.Iul.Clar.de feud.q.13.Viui.lib.1.opi. 97.in fi. Idem.

feudi successori etiam non citato præiudicat sententia con tra eiusdem possessorem lata, vt commune placitum verè as- serunt Did.à Couarru.pract.q.c.13.n.5.Arius Pinel.in l.j.par. 3.n.48.ver.sed contraria C.de bon.mater.tametsi Dec.perpe ram,contrarium commune effutierit cons.445.n.29.& Soc. Nep.cons.151.n.93.lib.2.Atque Aym.Crauet.cons.197.n.7. cuius opinio tunc admitti poterit,ac debebit,cum victi pos- sessoris culpa probabiliter arguatur.argumento tex.in l.si ser uus plurium.§.1.de leg.lib.1.tradit Soc.in l. Gallus §. & quid si tantum.ff.de liber.& posthum.conferunt scripta à Rhode- rico Soarez allegat.tertia. Idem.

feudi possessor nec suam salutem domini vitæ postponere tenetur,vt ait receptũ Loazes in allegat.pro Marchione Ve- lez.n.35.nec cum egenum alere obligatur,commune renun- ciat Alnar.in c.licet.n.6.si de feu.fuer.controuer.quem refert Loazes vbi 5.nu.25. Idem.

Feudi possessorum ius in alium transferre atque alienare ne quit.dominus illis inuitis,vt frequenter placitum aiunt.Cur. iun.de feu.6.par.prin.2.q.Grat.cons.147.n.5.&seq.lib.2.exci pe nisi si ditionem suam vniuersam vnà alienet.commune ef fantur Moder.in consuet.Paris.feud.§.1.gl.3.nu.25. ac latius Iul.Clar.de feud.q.28. Idem.

Feudo non excidit indebitis officiis præstãdis duos, trésve annos deses,vt frequenter placere tradit Zas.in vsus feud.nu. 62.feudo tamen priuari poterit si amicitiam cum domini ini mico contrahat.commu.ait Grat.cons.1.n.81.lib.1.ac præser tim si eam iniisse proponatur in Domini perniciem,vt asserit receptum Cur.iu.de feu.4.par.in causa 15. priuationis feudi. quin & ille feudo euerti poterit. qui cùm nosset periculũ vel honori,bonis domini impendere,& illum eius rei præmone- re posset,non præmonuerit.commune renunciat Cur.vbi su prà in 28.causa. E.Suarez.

FEVDVM.

Summaria.

Librum feudorum esse authenticum, ita vt possit ad deci- dendas causas allegari.q.1.

Iura feudorum extendi etiam ad personas ecclesiasticas. quæst.2.

Feudum esse contractum nominatum.q.3.

feudum,licet nouum sit,si tamen conferatur tanquam feu dum antiquum, paternum, auitum, vel proauitum,assumere naturam & qualitatem feudi antiqui,&c.q.4.

Prælatum posse res ecclesiasticas, antiquitus in feudum da ri solitas,concedere in feudum,tam consanguineis& affinib. suis,quàm extraneis.q.5.

Vasallum cessantem per triennium à solutione pensionis, feudo non priuari.q.6.

Inuestituram præsumi ex sola possessione annali.q.7.

Bona feud.in generali omnium bonorum obligatione nõ venire.Item feuda nec generaliter,nec specialiter, nec tacitè, nec expresè obligari posse.q.8.

Monachum succedere in feudo,& retinere feudum, cuius natura sit talis,vt seruitium pro eo debitũ æquè præstari pos- sit per monasterium,ac poterat per ipsum vasallum:ꝙ tamen ita accipiendũ,s.non quò ad dominium & perpetuò:sed quò ad commoditates,& ad dies vitæ vasalli,seu quò ad vsumfru ctum.quæst.9.

Feudum nõ posse alienari à vasallo,sine cõsensu dñi.q.10.

Feudum alienatum non prascribi,etiam longissimo tempo re.ibid.§ amplia.

Partem feudi alienatam amitti,& reuerti ad dominum,par tem non alienatam non amitti.q.11.

Feudum in dotẽ dari non posse sine cõsensu domini.q.12.

Feudum non posse à Vasallo locari ad longum tempus.Et quæ sit huius ratio.q.13.

In locatione feudi, longum tempus, dici spacium decem annorum.q.14.

Feudum pignori vel hypothecæ dari non posse sine cõsen su domini.q.15.

Alienantem priuari feudo,ipso iure.q.16.

Alienans, hoc modo, saluo & reseruato consensu domini, nihilominus priuatur: Nisi alienauerit hac conditione, non aliter,nec alio modo.q.17.

Vasallũ,feudo post alienationẽ recuperato,nõ euitare pœ nã priuationis:Nisi traditione possessionis nõdũ secuta.q.18.

Vasallũ alienãtẽ feudũ pp necessitatẽ aliq̃.ñ excusari.q.19.

Vasallum posse alium de feudo subinfeudare.q.20.

Feudum alienatum à vasallo,sine consensu filiorum,vel a- gnatorum,posse ab ipsis reuocari.q.21.

feudũ à vasallo alienatum,reuocari posse à filiis & agnatis, etiam post alienationem factam conceptis & natis, siue alie- natio facta sit in extraneũ,siue etiã in agnatũ remotiorẽ.q.22.

Feudum à vasallo alienatum in vnum aliquem,ex pluribus agnatis pari gradu distãtibus,pro parte debita & æquali,reuo cari à cæteris æquè proximis.q.23.

feudum reuocari ab agnatis, indistinctè, siue alienatum sit legitimè,siue illegitimè.q.24.

filium,vel agnatũ,etiam hæredẽ alienatoris existẽtem, feu dũ sine cõsentu suo alienatũ posse reperere,si sit ex pacto & p uidẽtia.Idẽq̃;eẽ ĩ feudo hæreditario illegitimè aliẽato.q.25.

feudũ hæreditarium mixtũ,i.pro se & filiis & hæredib.rece ptũ,adita hereditate cũ beneficio inuẽtarij reuocari posse.At qui aliud esse in feudo simpliciter & merè hereditario.Hic.n. nec confectionem quidem inuentarij aliquid prodesse.ibid.

Confectionem inuentarij conseruare adeunti omnia Iura sua & actiones,perinde ac si non adiuisset.ibid.

QVAESTIO I.

Quæro,an liber feudorum sit authenticus,ita ꝙ possit alle- gari ad decidendas causas in iudiciis? resp.ꝙ sic,quò ad leges imperatorum,quæ continentur in isto libro.Sed dubium est, quò ad decisiones compilatorum Oberti & Gerardi,quorum authoritas cùm sit probabilis tantùm,nec constet eos autho- ritatem legis condendæ habuisse, dicendum videtur,illas de- cisiones legum vigorem non obtinere. communis tamen o- pin.in contrarium viget,ꝙ scilicet totus liber sit authenticus, vt firmat Alb.de ros.in reper.iur.cano.ver.feudum.Ias.in præ lud feud.q.1.eandem dicit communem idem Alb.in l.de qui bus.ff.de leg.Iac.de beluis.c.1.§.fi.de his qui feu.da.pos.vbi di cit ꝙ ita tenent omnes doct.tam citramontani,quàm vltram. & gl.tam iu.ciuil.quàm can.pro qua opi.facit, ꝙ ille liber fuit obseruatus pro authentico tanto tempore, cuius in contra- rium non extat memoria, ꝙ tempus habet vim constituti & priuilegij.

QVAESTIO II.

Sed nunquid extendantur illa iura feudorum etiam ad per sonas ecclesiasticas?resp.communis & recepta doct.opi.est ꝙ sic,vt latè firmat Ias.in prælud.n.5.Marant.in Spec.3.part.nu. 93.Mart.Laud.in procem.feud.Bal.c.cęterùm.de iudi.Aluar. c.1.in prin.de his qui feud.dare.

QVAESTIO III.

Quæro,an feudum sit contractus nominatus? resp.Bal.l.fi. q.1.C.quan.lice. ab epi.tenet,ꝙ sit contractus innominatus, ex quo non parit actionem nominatam secundum nomen contractus,sed vel condictionẽ ex l.vel consuetudine,idẽ tẽt in rub.C.de perm.prium tenet Bar.l.iurisgentium.§.quinimò ff.de pact. cuius sententiam cõi calculo approbatam esse firmat Ias.l.2.n.34.C.de iu.emph.Curt.in tract.feud.par.1.q.9.

QVAESTIO IIII.

Quæro,si in inuestitura dicatur,feudi noui,qđ sit,vel cõfe- ratur tanquã feudũ antiquum,paternũ,auitũ vel proauitũ.an feudũ quod est nouum,assumat naturã & qualitatẽ feudi an- tiqui?resp.diuersæ sunt sniæ.nãque aliqui existimant tale feu- dum non assumere naturã,& qualitatẽ feudi antiqui. Oldr.in cons.177.inci.factum tale est,quidam nobilis. & ita determi- natum esse firmat Alb.de ros.in sho dictionar.ver.nouum.

Alij verò contrà censuerunt, & illorum opinio crebriori calculo

Universidad de Deusto

calculo appro bata est, vt dicit Ias. in prælud. feud. nu. 90. & ita tenet Bal. in c. 1. de aliena. feud. par. & in c. 1. An agnatus. Alua rot. c. 1. de vasal. decrep.

QVAESTIO V.

Quæro, An prælatus possit res ecclesiasticas in feudum cõcedere? Resp. licet Doct. variè loquuti sint: Tamen cõmunior & verior est sententia, q̃ prælatus possit infeudare rem antiq. tus solitam infeudari, non solum extraneis, sed etiam consanguineis suis, & affinib. Ita tenet Bald. l. 1. de rer. diuis. q. 25. debet enim fauorabilior esse suis, quàm extraneis, dũmodò nõ sit suspicio, q̃ ius ecclesiæ per hoc deterius reddatur. Eandem sententiam firmat Aluar. c. 1. si de inuest. inter do. & vas. lis oria. ex quo. n. non læditur ecclesia, cùm consanguineus capiat eiusdem conditionibus, quibus extraneus, cur hoc fieri prohiberetur? Fred. de Sen. in cons. 152. incip. quidam prælatus. Ab. c. vt super. de reb. eccles. non alie. & hæc est communior opi. vt firmat Ias. prælud. feud. n. 19. Zas. de feud. parte quinta, quar. conclu.

QVAESTIO VI.

Quæro, An vasallus cessans per triennium à solutione pensionis priuetur feudo? Resp. Quidam existimant q̃ debeat priuari, sicut emphyteuta, Mart. Lauden. c. ad apostolicæ. de reiud. Alij verò contrà, & hæc est magis communis sententia, vt dicit Ias. prælud. feud. nu. 59. 60. & 62. Alex. cons. 9. lib. 3. viso themate suprascripto. Et dicit de iure veriorem Gemi. d. c. ad apostolicæ.

QVAESTIO VII.

Quæro, Vtrum ex sola possessione annali præsumatur inuestitura? Resp. q̃ sic, etiam non accedentibus aliis adminiculis secundum communem ac receptam Doct. sententiam. text. est in c. 1. §. fin. si de inuest. inter dom. & vasall. lis oriat. Et tenet Aluarot. & Præpos. c. 1. §. si quis per triginta. si de feu. de funct. Franc. Balb. tract. de præscr. 4. par. 4. par. prin. 12. q. princ. q. 1. nu. 2. vbi communem asserit. Eandem dicit communem Ludo. Schrader. cons. 32. n. 74. inter cons. Iuriscon. Germa.

QVAESTIO VIII.

Quæro, An in generali bonorum obligatione veniant bona feudalia? Resp. Communis & recepta Doct. sententia est. q̃ feuda nec generaliter, nec specialiter, nec tacitè, nec expressè obligari possint, vt attestatur Ripa. l. obligatione. n. 36. ff. de pignor. Et hanc opinionem tenet Salyc. l. fi. C. de iure emphy. Alex. l. constante, in prin. q. 3. ff. solut. mat. & in cons. 21. nu. 1. & 2. vol. 6. Eandem tenet Matth. de Afflict. in constit. Neapol. li. 3. Rub. 5. Et eam dicit esse communem Palatios Ruu. Rep. c. per vestras. §. 30. ampl. 7. de don. inter vir & vxor. Tiraq. de vtroque retrac. 1 it. de retractu linagier. §. 1. gl. 3. n. 5. Licet contrarium teneat Bart. d. l. si constante. n. 33. cuius opi. communiter in hoc reprobatur.

QVAESTIO IX.

Quæro, An clericus seu monachus succedat in feudo, seu feudum retinere possit? Respon. Doc. in hoc puncto sunt varii. Pro habenda igitur veritate cõcludo, Quòd si feudum est talis naturæ, q̃ seruitium pro eo debitum æquè præstari possit q̃ monasterium sicut poterat per ipsum vasallum, vt quia seruitium est reale, vel ẽt personale, quod tamẽ honestè vel q̃ se vel substitutum, si impedimentũ interuenerit, præstare monasterium poterit, tunc succedit monasteriũ, aliàs secùs. Hãc dicit esse cõmunem opi. Card. Alex. in c. 1. §. & quia. & ibi Lauden. Iac. de S. Georg. in tract. suo feud. verb. & quibuscunque hæredibus. Eandem dicit esse communem Capy. allegans Aret. in decis. 31. n. 2. Salyc. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Matth. de Afflict. decis. 320. nu. 2. & 3. vbi refert idem firmare Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de statu mona. §. 1. & Alex. cons. 10. incip. viso instrumento. Fel. in c. in præsentia. de probat. Et eam tenet Cald. in cõs. 12. Bal. in auth. nisi rogati. C. ad Treb. Ant. de But. & Arch. c. si mulier. 19. q. vlt. Vbi omnes volunt iuxta hanc distinctionem intelligendos esse text. contrarios. videlicet. c. 1. §. qui clericus. si de feud. fuer. contro. c. 1. de milit. vasal. qui ar. bel. c. 1. an mut. vel surd.

Prædicta communis conclusio limitatur etiam, vt procedat, non quò ad feudum perpetuò, eiusque dominium retinẽdat, sed tãtùm ad hoc, vt monasterium habeat illud quò, ad commoditates durante feu datarij vita. Ita tenet Bald. in d. ca. 1. de milit. vasal. quem sequitur Alex. in d. cons. 10. vol. 5. & in hoc nemo est qui contradicat, vt firmat Capy. d. decis. 10. numer. 10.

QVAESTIO X.

Quæro, An vasallus possit feudum alienare sine consensu domini? Resp. q̃ non, & est expeditum per tex. in c. imperialẽ. de prohi. alie. per Frid. & ibi Doct. tenent communiter. Zas. in cons. 15. n. 11. & 16. vol. 2. Carol. Mol. in consuet. Paris. §. 13. 5. gl. nu. 1. & seq. Mar. Mant. in cons. 213.

Amplia hanc communem, q̃ adeò vera sit, vt talis alienatio etiam longissimo tempore non possit præscribi. Ita tenet And. de Iser. d. c. imperialem. verbo nullius temporis præscriptionem, quem sequuntur ibi Docto. communiter, vt firmat Maria. So. iun. cons. 115. n. 4. vol. 2. Card. Parisius cons. 23. numer. 185. vol. 1. Eandem dicit communem Matth. de Afflict. d. c. imperialem. nu. 24. & eam tenent Bart. Socy. cons. 86. numer. 8. vol. 1.

QVAESTIO XI.

Quæro, An procedat etiam in parte feudi? Resp. Communis recepta Doct. opi. est, q̃ si pars alienetur, pro illa parte perdatur feudum & reuertatur ad dominum. Ita probat text. d. c. imperialem. & eam tenet Matthæ. de Afflict. ibi. n. 28. Bald. c. 1. §. hoc quoq; n. 13. de succes. feu. & communem dicit Tho. Gram. decis. 49. n. 2. And. Tiraq. l. si vnquam, verb. omnia. nu. 14. C. de reuoc. donat. Paul. Paris. cons. 14. nu. 2. vol. 1.

QVAESTIO XII.

Quæro, An possit ĩ dotem dare sine cõsensu domini? Resp. q̃ non. de hoc est tex. in c. 1. §. donare. qualit. olim feud. & ita tenet Soc. in cons. 19. n. 13. vol. 1. Maria. Soc. iun. cons. 72. nu. 74. vol. 1. Ias. l. fi. n. 109. C. de iur. emphy. Hanc dicit esse commu. opi. Sigism. Goffred. cons. 52. n. 6. Iac. de Leonardis consi. 114. n. 86. inter cons. Bruni. Et eam tenet Pau. Paris. cõs. 18. nu. 31. & cons. 4. n. 47. vol. 1. Bald. d. §. donare.

QVAESTIO XIII.

Quæro, An feudatarius possit rem feudalem locare ad longum tempus? Resp. q̃ non, ita tenet Matth. de Afflic. d. c. imperialem. n. 61. Ias. d. l. fi. n. 112. Paris de Put. lib. de integra. feudi. c. an possit reuocari locatio. fol. 140. Curt. iun. in tract. feu. 4. part. vlt. cau. amis. feud. reg. q. 3. Vbi asserunt hãc esse communem & receptam Doc. sententiam. Locatio enim ad longum tempus parum distat ab alienatione, & ideo prohibita alienatione, censetur etiam prohibita locatio ad longum tempus Ratio, quia in locatione conductor dicitur naturaliter possidere, & habet vtile dominium in re conducta.

QVAESTIO XIIII.

Quando autem dicatur longum tempus, dicit gl. magna. l. si vt certò §. si duobus. ff. commod. l. si quis antea. gl. 3. ff. de acqui. posses. l. quæro. §. inter locatorem. vers. biennij. ff. locat. q̃ sit spacium decem annorum. quas gl. sequitur Bart. l. 1. §. ff. de superfi. Ang. & Imo. l. si domus. §. fi. ff. de leg. 1. Ias. l. manumissiones. n. 7. ff. de iust. & iur. Fel. c. quæ in ecclesiarum. n. 86. de constit. Matth. de afflict. tract. de iur. prote. in 8. not. n. 25. Vbi dicit communiter reprobatam gl. in l. Codicillis. §. instituta. ff. de leg. 3. quę tenet contrarium. Nicol. Boer. decis. 235. And. Barb. repet. Rub. de reb. eccle. alie. 4. chart. Fran. Zabarel. & ibi Lapus, allegat. 31. Clem. 1. post gl. ibi. de reb. eccl. non alie.

QVAESTIO XV.

Quæro, An supradicta etiam procedant in pignoribus & hypothecis? Resp. q̃ sic, non. n. potest feudum pignorari, nec hypothecari sine consensu domini. Ita probat text. in d. c. imperialem. ibi pignorare. c. 1. §. item si quis. quib. mo. feud. amitta. Et hanc opi. tenet Aug. Bero. decis. 94. n. 11. Chassanæ. in consuet. Burg. tit. des fietz. Reg. 3. §. 8. n. 11. fo. 118. 3oc. cons. 19. n. 12. vol. 1. Vbi dicunt hanc esse commu. opi.

QVAESTIO XVI.

Quæro, An alienans priuetur feudo ipso iure, an verò requiratur sententia? Resp. q̃ amittat feudum ipso iure. Ita est text. in c. 1. §. si vasallus. quæ sit pri. cau. benef. amit. Hanc opinionẽ tenet Hiero. Grat. cons. 9. n. 134. vol. 1. Ias. l. fi. n. 103. & seq. C. de iur. emphy. Alber. Bru. cons. 8. nu. 6. Carol. Molinæ. in consuet. Paris. feud. §. 30. n. 27. Vbi dicit hanc esse communiorem & veriorem sententiam. Paris de Put. in tradi. integr. feud. c. an ipso iure perdatur feud. Fel. c. Rodulphus. n. 36. de rescript.

QVAESTIO XVII.

Quæro, Quid si alienet saluo & reseruato consensu domini, an nihilominus priuetur? Resp. q̃ sic. nec operatur quicquã ista reseruatio, quia factum est contrarium protestationi. Ita tenet Bal. l. vnic. 16. q. C. de his quæ pe. Abb. c. 2. de feu. Et hãc dicit communem approbatam opinionem Ias. l. non solùm. §. morte. nu. 35. ff. de no. oper. nun.

Limita tamen hanc communem, nisi dicatur in alienationis instrumento, non aliter nec alio modo: Namque talis reseruatio conseruat ius, facit ne amittat feudum, quia perinde est, ac si domino esset denũciatum, & eius consensus interuenisset. Ita tenet Alb. de Ros. l. fi. C. de iur. emphy. Bal. c. 1. §. hæc quoque. de suc. feu. Aluar. d. c. imperialem. Ratio diuersitatis, quia hoc secundo casu alienatio tota est cõditionalis, & nihil ponit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponit in esse, itaque domino non consentiente, non dicitur alienasse, ex quo deficit conditio. quod non est in primo casu. Ita est de mente And. de Iser. d.c. imperialem. §. scriba. Hanc dicit esse communem opinionem Ias. Rub. 2. lectu. num. 25. ff. solut. matri.

QVAESTIO XVIII.

Quæro, nunquid feudatarius si post alienationem recuperauerit feudum, euitet pœnam priuationis? Resp. Communis & recepta Doct. opi. est, q̃ non. De quo est tex. in c. 1. quid iur. sit si vasal. post alie. fact. & ibi Doct. tenent communiter, vt attestatur Pet. à Duen. in tract. regula. reg. 40. ampli. 13. Tiraq. in tract. de iure const. 2. part. ampliat. 26. nu. 1. Curt. iun. tract. feud. 4. part. n. 13. intelligunt tamen prædicti Doct. hanc opinionem procedere, quando Vasallus recuperauerit feudũ postquam fuit traditum, secùs si recuperauerit ante traditionem possessionis factam, quia tunc excusatur.

QVAESTIO XIX.

Quæro, Nunquid excusetur vasallus, si alienet feudum propter aliquam necessitatem? Resp. q̃ non, ita tenet Bal. ca. 1. in princ. qualiter olim feud. poterat alie. & ibi communiter sequuntur Doc. vt testatur Pet. à Duen. d. reg. 40. ampliat. 14. & sequitur Curt. iun. in tract. feud. 4. part. nu. 107.

QVAESTIO XX.

Quæro, An vnus vasallus possit alium vasallum infeudare de feudo, q̃ ipse habet & recognoscit à domino? Resp. q̃ sic. Ita tenet gl. communiter approbata in c. 1. §. præterea. de cap. Corradi. vt testatur idem Duẽnas. d. reg. 40. limitat. 1. Eandem opinionem tenet gl. & ibi omnes Doct. d.c. imperialem. & tenet & sequitur Io. Scarampis in cons. 111. n. 1. inter cons. Bruni Gozad. cons. 62. n. 5. Et eandem dicit esse commu. Curt. d. tract. feud. 4. par. nn. 83.

QVAESTIO XXI.

Quæro, An feudum à vasallo sine consensu agnatorum alienatum per agnatos repeti possit? Resp. quòd sic, ita probat text. expressus in cap. 1. §. Titius filios. si de feudo defuncti conten.

Amplia hanc communem, vt non tantum per agnatos, sed etiam per filios alienatoris reperi possit. d. §. Titius.

QVAESTIO XXII.

Sed quid si filii alienatoris sint concepti & nati post alienationem feudi factam? Resp. q̃ nihilominus possint reuocare, ita tenet And. de Iser. c. 1. §. hoc quoque. n. 9. ibi. Aluarot. Præpos. n. 6. & Frider. Schenck. n. 2. de succes. feud. Hier. Schurff. cons. 82. n. 5. lib. 2. Andræ. Tiraq. in tract. de vtroque retract. 1. par §. 1. gl 9. n. 90. Aluarot. d.c. 1. §. Titius. n. 6. & ibi Præpos. n. 3. Et hæc est communis opi. secundum præfatos Doct.

Amplia secundò hanc opinionem, vt procedat siue alienatio facta sit in extraneum, siue agnatum remotiorem. Namque agnatus proximior talem alienationem potest reuocare. d.c. 1. §. si Titius. & ibi Doct. communiter, Aluarot. Præpos. & alij, vt testatur Curt. iun. d. tract. feu. 4. par. n. 146. Carolus Rui. cons. 8. nu. 4. lib. 1.

Amplia tertiò, vt procedat, si vasallus feudum consentiente proximiore in remotiorem agnatum alienet. Namque illi agnati, qui sunt medij gradus inter remotiorem & proximiorem, feudum alienatum repetere possunt, ita tenet Card. Ale. d.c. 1. §. Titius. Iac. de S. Georg. in tract. feud. verbo, & cum pacto. cl 2. n. 32. & 33. And. Tiraq. in tract. de vtroque retract. 1. par. §. 26. gl. 2. n. 3. Hanc dicit esse cõmunem post supradictos Doct. Cur. iun. d. 4. par. n. 149. Et eam tenet Bald. d.c. 1. de alie. feud.

QVAESTIO XXIII.

Quæro, Nunquid, si vasallus feudum integrum alienet in vnum ex plurib. æquali linea ipsi cõiunctis, alij agnatis æquè proximi possint feudum alienatum proportionibus ad ipsos spectantibus reuocare? Resp. Verissima mihi videtur sentẽtia, q̃ possint repetere, nõ aliter, ac si in remotiorem alienatio facta sit, eam ob causam, q̃ is, in quem alienatio facta est, quòd ad portiones aliorum agnatorum eiusdem gradus agnatũ quoque remotiorem dici, vt not. Bald. c. 1. n. 7. de alienat. feudi pater. Vnde sicut reuocatio cõceditur facta alienatione totius feudi in remotiorem, ita quoque in alienatione partis cõcedi debet. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. non tamen reperio ab aliquo tactum.

QVAESTIO XXIIII.

Quæro, An agnatus indistinctè possit feudum reuocare, siue alienatum sit legitimè siue illegitimè? Resp. q̃ sic, & est cõmunis opi. vt firmat Curt. iun. 4. part. concl. 4. & Fran. Sonsbeck. in tract. feud. part. 13. n. 77. licet ipse amplectatur contrariam partem, & velit feudum illegitimè, i. sine cõsensu domini alienatum, non agnatis deferri, sed domino feudi applicari. Pro hac sententia est tex. expressè hoc decidens in cap. 1. §. porrò. qualiter feud. olim. & eam tenet Mat. de Afflict. c. 1. §. hoc quoque, nu. 10. de succes. feud.

QVAESTIO XXV.

Quæro, An filius vel agnatus etiam hæres alienatoris sine consensu suo alienatum feudum possit repetere? Resp. Communis & recepta Doc. opinio est, quod si feudum sit ex pacto & prouidentia, reuocare possit, vt attestatur Arius Pinellus in repet. l. 1. par. 3. n. 99. ver. facit sua ratio. C. de bo. mater. In feudis enim ex pacto & prouidẽtia, factum vasalli agnatis etiam hæredib. nõ obest, cùm ius eis quæsitum sit ex tenore primæ inuestituræ, & ita ex prouisione maiorum suorum, non ex facto ipsius patris vel alienatoris.

Sed dubium est in feudo hæreditario. Ego distinguendum puto. Aut enim feudum hæreditarium est alienatum illegitimè, i. non consentiente domino feudi, & potest reuocari à filio vel alio agnato ipsius alienatoris, etiãsi ipse sit hæres eius. Ex quo enim alienatio irrequisito domino facta est nulla, nec alienatorem, nec hæredem eius ex ea obligari certum est. Preterea alienatio hæc tendit ad excludendum hæredem à legis beneficio, quo casu hæres contra factum defuncti venire potest, vt not. Tiraq. de vtroque retract. 1. part. §. 1. gl. 9. nu. 57.

Aut verò feudum hæreditarium legitimè alienatum est, & tunc neque filius, neque agnatus, qui est hæres alienatoris illud reuocare potest, etiamsi ipsi hæreditatem adierint inuentario conscripto. Et hæc est communis sententia vt attestatur Alex. cons. 38. lib. 5. Caro. Ruin. cons. 38. n. 15. lib. 1. Matth. de Afflict. decis. Neap. 112. n. 3. & decis. 240. n. 11. Eandem dicit esse communem opinionem Scribentium Ari. Pinel. d. repet. l. 1. par. 1. n. 93. ver. ex his patet. Licet ipse ibidem n. 95. cõtrarium adserat, q̃ f. hæres alienantis feudum admittatur contra alienationem defuncti, etiam in feudo hæreditario legitimè alienato absque inuentarij confectione. Cuius ego sententiã omninò falsam esse existimo, siue loquamur in feudo simpliciter hæreditario, recepto pro se & quibuscunque hæredib. siue mixto, quod. sc. pro se & filiis & hæredib. receptum est, ex quo enim ipse inuentario non confecto hæreditatem adiuit, propriè repræsentat personam defuncti, ideoque facto eius contrauenire non potest, secundum not. per Doct. communiter. l. cũ à matre. C. de rei vend. Secùs verò si inuentarium confectum sit, Namque tunc confectio inuentarij conferat ad eunti omnia iura sua, & actiones, perindè ac si non audiisset, vnde licet supradicta communis opi. habeat q̃ etiam hoc casu reuocatio non concedatur. Ego tamen contrariam sententiam verissimam iudicio, q̃. sc. reuocari possit feudum cum confectione inuentarij, si sit mixtum pro se, filiis & hæredib. ex quo iste hæres tale feudum non tantum acquirit ex persona ipsius defuncti, sed etiam ex beneficio primi acquirentis, & hoc maximè in agnato, qui non tanquam heres alienantis, sed primi acquirẽtis, mediãte persona auteceſſorum suorum, feudum posset habere, quod sufficit in feudo taliter recepto, sm receptam Doct. opi. vt testatur Alex. in cons. 10. n. 7. vol. 3.

Sin verò feudum sit simpliciter & merè hæreditarium, puto procedere communem opinionem, q̃. f. confectio inuentarij nihil omninò prosit hæredi. Ex quo de tali feudo iudicatur æquè, ac de aliis bonis allodialibus. Michael Grassus.

Feudum merè hæreditarium dicitur, quando cõcessum est alicui pro se & hæredibus quibuscunque, & quod transit ad quoscunque hæredes etiam extraneos, teste Bal. in l. 1. q. 35. ff. de rer. diuis. in c. imperialem in prin. de prohib. feud. alie. per Fed. vbi q̃ sub tali concessione nedum includuntur tria genera hæredum, de quibus inst. de hær. qual. & diff. sed ẽt legatarius qui in re legata dicitur quodammodo hæres, secundum Rol. de inuent. 4. par. q. 50. nu. 2. & 3.

feudum quãdo est concessum pro se & hæredibus quibuscunque, veniunt etiam extranei, licet instituti cum filiis vel in re certa, secundum communem per Rol. de inuent. 4. part. quæst. 50.

feudi alienationi contrauenire non potest hæres cum cautela inuentarij, si feudum est concessum alicui pro se hæredibus, & quibus dederit, secundum communem per Rol. de inuent. 4. par. q. 50. n. 6. cons. 42. n. 10. cons. 79. n. 20. libr. 2. nam à pari procedunt q̃ feudum sit concessum pro se & hæredibus quibuscunque, vel pro se & quibus dederit, iux. not. per Rol. d. q. nu. 7.

Feudum hæreditarium dicitur quando est concessum pro se & hæredibus, item quando est concessum simpliciter pro se, item quando pro se & suis, secundum communem per Roland. de inuent. 4. part. quæstio. 50. numero 22. 23. & 24.

& in eo non admittantur nisi qui sunt hæredes, vt per eundem d.q.num.25.quam concl. declara, vt latius d.q.num.27. & seq.

Feudi alienationi non potest contrauenire hæres in beneficio inuentarij, quando est concessum cum clausula, & quibus iuratiua concedere volueris, vel si dictum sit, & habitaris causam ab eo, secundum Rol.de inuentar.4.part.q.50.n.8.& seq. nam licita feuda possunt vēdi, donari, & de eis disponi etiam sine consensu domini, iuxta not.per doct.in c.1.de feu.habeat prop.nat.feud.per eundem Rol.d.q.n.11.& seq.cōs.42.n.26. lib.1.vbi dicit communem.que feuda hæreditaria veniunt in restitutione fideicommissi.teste eodem Rol.cons.96.n.37.li. 1.cons.79.nu.24.lib.2.

Feudum merè hæreditarium venit in publicatione bonorum, secundum Rol.de inuentar.4.part.q.5.nu.14.

Feudi alienationi contrauenire potest hæres cum beneficio inuentarij, quando feudum est ex pacto & prouidentia, secundum Rol.de inuentar.4.part.q.50.nu.15.

In Feudo emptitio secundum veriorem & magis commu. Doct.sententiam fœmina succedere non potest.D.Præpos.in c.& quia.n.62.ver.octaua fallent.qui feud.dar.poss.Licet multi Doct.in contraria sententia.fuerint, quos refert Rol. à Vallem cons.23.nu.2.& 3.in 1.To.con.Sed priorem sententiam commu.esse inquit Marian.Socy.Iun.in cons.65.nu. 16.in 1. vol.con.& magis commu.eam appellat Albert.Brun.in cons. 18.n.9.inter consi.feud.Quia ad hoc, vt fœmi.in feudo emptitio succedere possit, duo requiruntur. Primò, q̄ sit integro pretio emptum.Secūdò, q̄ nullum seruitium sit præstandum. Ita post alios tradunt Soc.iun.in d.cons.65.n.16.& Rol.à Val. in d.cons.23.nu.33. kirchouius.

In Feudo clericus primæ tonsuræ, & qui habet quatuor ordines minores potest succedere.Bald.n.2.Aluarot.n.4.& Prepos.n.1.in c.qui clericus.si de feud.fuer.contro.inter dom.& agna.Bald.in c.vnico.n.3.ver.quærit hic gl.de benef.fœm.Et Præpo.in c.1.§.& quia n.19.qui feud.dar.poss. Et hanc commu.Doct.opi.esse inquit Rol.à Valle in cons.23.n.23.in To. 1.con.vbi ipse communis doctrinæ aliquot limitationes recēser. Et pulchrè hanc quæstionem prosequitur Alber. Brunus in cons.26.inter cons.feud. Kirchouius.

A Feudi alienatione exclusus non potest illud repetere ēt ab extraneo, & excluditur per spacium triginta annorum, per quod tollitur tale ius reuocandi bona feudalia alienata in extraneos, vt per Doct.in c.Titius.si de feud.contro. fuer.inter do.& agnat.& per Curt.seni.in cons.suo 82.in 3.col. in fi. vbi attestatur istam esse com.opi.& per Ias.in l.petens. C.de pact. & in l.si mater.C.de instit.& sub.condit.facta.Rol. à Valle. in cons.3.nu.90.in 1.Tom.con. Kirchouius.

feudum quando est concessum pro te & hæredib. quibuscunque trāsit ad extraneos. Bal.in l.1.n.27.ver.34.ff.de diuis. rer.& qualita.& in c.imperialem.de prohib.feu.alie.vbi si feudū est concessum pro re & heredib.quibuscunque, includuntur non solùm tria genera hæredum.de quibus instit. de hæred.qualit.& differ.sed etiam legatarius, qui in re legata dicitur quodammodo hæres.l.id tempus. §.1.ff. de vsucap. Alex. de Imo.in cons.7.n.8.in 7.vo.con.& Cur.Iu.in cōs.4.& in tracta.feu.in par.4.n.130.ver.quartò signāter limitāda.& n.141. ver.aut simpliciter sint appositā.vbi attestatur hāc esse cōmunem opi.Ias.in l.quædam.§.nihil interest. n.5.ff.de eden.Item etiam transit ad fœminas, & ad descēdentes ex fœminis, vt latius prosequitur multas authoritates allegans.& contraria argu.refutans.Rol.à Valle in cons.3.nu.65.cum seq.in 1.Tom. cons. kirchouius.

Feudi dominus directus potest respectu sui iuris & interesse consentire q̄ feudum transeat ad personas, ad quas de sui natura nō esset transiturum. Nam postquam ipsum feudum fuit apertum domino, habet ipse dominus liberū arbitrium disponendi de eo.l.in re mādata.C.mandati.Alb.Brun.in cōs. 65.n.3.in cons.feuda.Curt.iun.in cons.1.n.15.& per multas alias authoritates adductas per Rol.in d.cōs.41.n.23.Ex quorum authoritatibus cōstat hanc sententiam communiter approbari. kirchouius.

feudorum iura procedunt etiam de iure Cano.& in ecclesia quatenus Canones expresse nō contradicunt, quia approbata esse videntur ab ecclesia, teste Dec.cons.131.col pen.n. 2.vbi refert Bal.dicens quòd consuetudines feudorum locum etiam habent in feudis ecclesiasticis.

Feudorum liber summam fidem & auctoritatem in feudorum causis habet.commune asserūt Rip.in l.vlt.n.699.& seq. C.de reuoc.dona. vberrimè Iul.Clar.de feud.q.3.Viuius libr. 1.opi.111.nō tamen eandem auctoritatem in aliis causis præter feuda obtinebit, vt affirmat receptum Curt. iun. cons.64. num.15. E.Suarez.

Feudorum consuetudinibus obnoxia est ecclesia, obnoxiique prorsus sunt ecclesiastici. vt frequēter placere literis prodiderunt Cur.iun.cons.177.n.10.Marant.in Spec.3.part. numer.93. E.Suarez.

Feudorum bona nec specialem, nec generalem obligationem ferunt, vt commune aiunt Ant.de Fan.de pig.2.par.mēbro 2.n.43.latius Iul.Clar.de feud.q.30. Extraordinariam tamen hoc est longissimam, præscriptionem admittunt, vt frequenter placitum affirmāt Ias.in l.j.n.43.C.de ser.fugit.Chass.in cōsuetud.Burg.Rub.3.§.1.n.16.& cons.4.n.9. Cur.Se. cons.82.ver.quia Arius Pinel.in auth.nisi tricennale.n.19.C. de bon.mater. quæ tamen longissima præscriptio tantum oberit possessori, contra quem inita ac perfecta est, non verò etiam aliis iure postea successuris nocebit, vt cōmune ex multis affatim tradit idem insignis Pinellus in eodem loco n.49. cum sequentibus licet ibidem n.55.verius nec minus receptum affirmet contrarium. E.Suarez.

feudorum fructus vltra nouem annos nec ritè, nec rectè locabuntur.commune dicit Ias.in epit.feud.part.9. numer.12. E.Suarez.

feudorum possessores tributa, atque onera pro rebus debita, ex fructibus, quos percipiunt, soluere tenentur, vt commune pronuncio ex Ias.in l.1.n.25.C.de iure emphyt. Cassan.in consuet.Burg.rub.quarta §.6.Io.de Amicis cons.8.nu.62.& num.62. Idem.

feudorum, quæ alicui & quibuscunque illius hæredib.concessa sunt, successione fœminæ potiuntur. commune ponit Apostillat.ad Alex.cons.30.ver.quibuscunque.lib.1. Idem.

feudorum possessores feudis nequeunt renuntiare absque Dominorum consensu, vt receptum ait insignis Pinel. in l.1. 2.part.vers.limitatur 8.& in l.2.in 1.part.c.3.n.1.ad finem. C. de rescind.vend. Idem.

feudorum possessores seruitutem & vsumfructum licet in dominorum præiudicium nequeant constituere, tamen earum duraturum, quatenus ipsis ius feudorum durauerit, rectè constituent, vt commune ponit Arius pinellus hac in re omnino videndus in l.1.parte 4.nu.70.C.de bon.mater. Idem.

DE FEVDIS.

Quid sit feudum. Feudum est beneficium ex beniuolentia alicui datum proprietate danti retenta, translato vsufructu in recipientem pro se & hæredibus masc.& fœmin. (si de eis dictum sit) ita vt dictus recipiens eiusque hæredes, domino seruire teneantur. ista diffinitio probatur in c.1.in titul. quib.caus.feud.amit.& eam prosequ.late Bal.in prælud.feu.habetur aliquid per Alex.in 1.vol.cons.136.col.2.& per Prepo. medio.in prælud.feu.col.5.per Ias.in l.1.col.11.& 12.C de iur. emphy.& in prælud.feu.col.6.& per Soz.in 2.part.cons.167. in prin.Bolog.in cons.61.Alex.late in l.si finita.§.si de vectigalibus.col.10.& seq.de dam.infect. P.Andora.

Circa hanc diffinitionem, quæro, nunquid illud verbum, vsufructu, ster proprie? & dic q̄ non.sed ponitur pro vtili dominio. Nam differentia est inter feudatarium & vsufructuarium, quia feudatarius habet vtile dominium rei infeudate. & consūr fructuum in ea pendentium.sed vsufructuarius habet solum dominium fructuum perceptor. l.si fructuarius messem.ff.quib.mod.vsusfr.consti.ita vul. Bal.in c.quæ in ecclesiarum.circa 6.col.extr.de constit.

Et propterea idem Bal.in l.1.q.43.ff.de rer.diuis.vult q̄ dominus, qui concessit castrum in feudum, non possit cognoscere de primis causis rusticorum, sed prima cognitio pertinet ad vasallum.& istud vltimum tenet Præpo.in prælud.col.7.& ita in terminis vult Cur.iun.in cons.2.in principio. vbi etiam allegat. Mar. de Lau. in tractat. de principibus. in 1. rubric. concl.138. incip.dux mſi. & propterea dicit Io. Fabr. dixisse. Insti.de attil.tuto. dominum directum non posse in terris baronis sibi subiecti dare tutorem pupillo, nec exercere alium actum iurisdictionalem, ne in casum defectus iustitiæ inferioris moue.per ea quæ habentur in c.pastoralis.de off.ord.& in c.romana.eo.tit.in 6.

Quæro, dictum est in diffinitione.proprietate danti retenta.quid si princeps donat filio suo aliquod castrum ratione recti feudi ad ipsum principem pertinens.transferr.directam & vtilem actionem.an iste dica.contractus feudal? Old.in consi. dicit q̄ non.sequi.Bal.in prælud.feu. in ver.& dixi 2°. de quo tamen vide latius Cur.in tract.de feu. in 1.part.q.6.vers.circa vero 2.requisitum.

Nunquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunquid feudum possit consistere. in redditibus annuis. Bal.in præiud.feu.ver.sed hic quæro.dicit q̃ sic.per c.1.de cõtro.inter vas.& epi.dic.n.Bal.q̃ omnes res. ex quibus fructus percipiuntur.inter immo.computantur. & q̃ ex annuis reddi tibus.percipiantur fructus.patet.quia singulis annuis renasci. prout alij fructus.per nota.in l.diuortio.§.si vir.ff.sol. mat.Ita refert&sequiturCur.vbi s̃.ver.circa vero quartum vbi alia al. &(infert licet in specie tactum non inueniat)q̃ in molendinis potest feudum cõsistere.quia inter immo.computan. vt vult Bal.in l.certi iuris C.loca.vbi vult q̃ molendinum dicitur prę dium rusticum.al.etiam Bal.in c.contingit in pen.col.extr.de do.& contu.subiungit esse videñ Ang.in §.1.in Auth.de non alie.vbi dicit,q̃ mobile coherens immobili censetur.immobi le.al.etiam Ang.in l.non solum.ff.de peti.hære.vbi vult.quòd licet molendina inter immo. computentur. tamen quia sunt in continuo periculo possunt per prælatum. & tutorem. sine decreto alienari.

Sed an fructus rei feudalis.à solo separati.& res mobiles existentes in castro dicantur esse feudales?Cur.vbi s̃.vers.item notabit.dicit.q̃ non.al.Bal.in cons.422.incip. casus taĺ est. ad fi.in 1.volum.& in consil.33.incip.ad euidentiam.in eod.volumine.

In contrarium tamen fac,quia quod dicimus de feudo.idẽ & de fructib.rei feudalis.vt vult.Segno.cons.12.faciunt multa quæ ponit sonz.in 1.part.cons.93.in 9.col.vbi dicit.q̃ fructus sunt eius naturæ.cuius & bona.fac.etiam quod vult Fel. in c.quæ in ecclesiarum in 31.col.ext.de consti.

Solue.& dic vt dixi j̃.in Rub.de alienatione feu.ver.vsumfructuarium facere.fo.41.

Vlterius quęro an si in concessione feudi princeps recipiat pec.tunc sit feudum:Bal.in l.qui se patris.vers.hoc scias.C.vn de libe.dicit.q̃ non.& idem vult in l.si quam C.de oper.liber. vbi vult q̃ si quis emat à principe mansum in feudum.nõ erit proprie feudum tanquam mercenarium & non gratuitum. refert & sequitur.Cur.vbi s̃.ver.circa septimum.

Sed quid si princeps. concedat in feudum. pro annuo censu.an tunc dicatur proprie feudum?Cur.vbi s̃.al.Bal.in l.liberti.in vlt.col.vers.Item no. si instrumentum.C.de oper.libert. & in aliis plerisque locis. tenere q̃ nõ.sed tunc erit potius cõtractus emphyteoticus.vel innominatus al.etiam multa alia. max.Alex.in cons.136.

Quærit Cur.vbi s̃.ver.sed circa præmissa.Quid si pactũ apponatur.contra aliquid ex requisitis in feudo.an tale pactum transformabit cõtractum feudi in diuersam speciem contractus.an vere remanebit feudũ licet improprie? Al. multa pro & contra.Tandem concludit q̃ licet pactum apponatur.contra. aliquod ex septem requisitis quæ ipse añea enumerauit. firmus tamen remanet contractus feudi.licet improprie.al.c. 1.in tit.de feu.non hñ.prop.naturam.feu.& alia multa. max. Pau,de Cast.in cons.162.incip.circha id quod primo. quæritur.in princ.

Quærit etiam.Cur,ibi.in 7.q.1.partis. vnde dicatur.feudũ. & dicitur à fide,seu fidelitate.vt proba.in c.1.§.nulla. Alias in c.nulla in fi.per quos fiat inue.& subiungit multa.ad illud an procedat argum. ab ethimologia. de quo. dixi. in verbo.Argumentatio.§.

Vnum nota.Quj omnis res præsumitur allodialis nisi probetur.feudalis.& sic q̃ nõ præsumitur.feudum.nisi probetur. quia feudum est species seruitutis.Ita Bal. in c. inter filiam in tit.si de feu.defunc.fuc.contro.& in c.1.de contro.inue.& in c.1.in prin.extr.de iud.& in l.1.C.de seruit.& in Auth.sic alienatio.C.de sac,san.eccl.& in l.si prius ff.de oper.no.nun. Pan. in c.sic.ext.de iu.iur.&est bona gl.in l.si ex prædiis C.de euic. Addo.Pau.de Cast.in terminis.in 2.vol.cons.163. & Alex. in 1.vol.cons.129.& in 5.vol.cons.15.Barb.in 1.vol.cons.50.in 5.col.& Iasonem in d.l.si prius.in 17.col.& præpo. in prælud. feu.col.17.& eundem Iasonem.in l.quominus.in 37.col. ibi quæro.31.ff.de flumi.Iacob.pulchre. in tract.feud.in verb.dictique vas.promiss.recog.rc.in 3.col. Alex.in 4.vol.consil.55. in 8.col.

In antiquis tamen proba.per famam rem esse feudalem.Alex.in 5.vol.cons.15.in prin.

Rub.Quot sint diuisiones seu species feudorum.

In hoc. articulo varij varia dixerunt. Vt ingenue fatetur. Cur.in trac.feu.in 1.part.q.8.Vbi omiss.aliis diuisionibus ipse breui compendio.omnia complecten.duas tantum species esse dix.prima. est, species. feudi proprij. & habentis propriam naturam.

Secunda.est species feudi improprij vt toto tit.de feu.non habente.prop.naturam feu.

Sub prima.specie feudi proprii.continetur. feudum. q̃ aliquando appella.regale siue dignitatis Aliquando app.non regale nec dignitatis.

Feudum regale.seu dignitatis.dicitur duobus concurrentibus.primo q̃ aliqua dignitas, vt m̃chionatus vel cõitatus & huiusmodi in feudum conceda, 2º. quòd talis dignitas. in feudum concedatur.ab imperatore.rege. vel alio principe.c. 1.ti.de feu.march.

Feudum vero non regale nec dignitatis dr̃ duplici 2.1.vel. q̃ dignitas aliqua.non sit concessa in feu. sed aliquid priuatũ. puta mansus terræ.vel si aliqua.dignitas concessa sit nõ sit cõcessa ab eo qui habet potestatem conferendi dignitatem.c.1. quis dicatur.dux.mar.f.co.c. 1.§. si quis de manso. de contro. inue.& ita(dicit ipse)declarant Bal. Alua.& communiter scribentes.

Sub prima.specie.continetur.feudum quod aliquando dicitur Nouum.Aliquãdo antiquum & Aliquando paternum.

Feudum nouum dicitur.quod de Nouo conceditur. & initium habet in p̃m.primi.inuestiti c.1.in ver.nouam inuestituram.in ti.quot te.sint nec.ad prob.no.inue.

Feudum paternum.dicitur vsque ad quartum. gradum ascendentium.Abinde vero supra dicitur feudum antiquum.licet sepius feudum antiquum & paternum pro eodem ponantur.cum sint eiusdem naturæ & potentię.& sic(dicit ipse)feudũ antiquum siue paternũ. dicitur q̃ sit quæsitum ab aliquo ascendente.qui fuerit parẽs. communis agnationis.c.j.§. hoc quoque.& ibi Bal.in ti.de suc.feu.ca.1.§.1.& ibi etiam Bal. & doct.in ti.de grad.suc.in feu.& c.1.de na.suc.feu. Bal.in auth. defuncto.C.ad tertul.Alex.in 1.vol.cons.30.repetito.in 5. vol.cons.2.Adde quòd in dub. præsumitur.antiquum nisi dominus reperiatur.in pos.Alex.in 3.vol.cons.10.

Et subiungit multos effectus,an feudum sit nouum,an antiquum vel paternum,vt ibi per eum. P.Andora.

Quærit insuper de quæstione quotidiana. Quid si in concessione feudi noui dicat concedens, q̃ concedit iure feudi antiqui & paterni. an tale feudum regula. fm. Năz feudi noui,an vero fm năz feudi antiqui?Et pº.dicit tale feudum censeri nouum.al.Oldr.cons.178.incip.quidam no. & Alb.in dictionario in ver.feudum.& Pau.de castr.in cons.156.incip.q̃ istud feu.& Alex.in 3.vol.cons.10. addo Præpo.in c.feudum ea l.si de feu.fue.cont.& Bal.in 1.vol.cons.5.& ita videtur vel le Bolog.cons.1.col.13.in fi.& col.seq.ver.vel & 4.Barb.in 4. vol.cons.66.col.13.& seq. ad quod etiam vide Cur.iun.cons. 1.col.5.& 6.

contrariam tamen sententiam amplecti. ipse Cur. valet, q̃ per talia verba censeatur feudum antiquum. all.Bal.in c.1. in tit.de alie.feu.pater.& in c.1.col.pen.in tit.an ag.vel fil. Alua. postard.in c.1.col.vlt.de vas.decre.eta.& Alex.in 1.vol.cons. 30.& Iser.in c.1.tit.de contro.feu.apud pa.termi. & alia multa.multa max.Alex.in 4.vol.cons.55.& in 5.vol.cons.1.& 29. & Are.cons.pen. & dicit q̃ ab ista opi.tanquam cõi non esset recedeñ.addo Deci.cons.53.Lud.Rom.cons.1.in fi.

Quid si finita generatione fiat renouatio feudi, an reassumat năz pª.vide no.Alex.in l.si me & Titio.col.6.de ver.ob. Eandem opi.tenet Franc.de curt.in cons.48. col.14. & late in cons.seq.col.27.& in cons. 50.& Ias.in prælud.feu.col.32.33. Tu dic,q̃ op.præmissæ bene possunt concordari.nam in prælat.eccles.prohib.alienare procedat opi.Oldr.& Pau.de castr. & sequacium.vt per illa verba non alteretur na.feudi noui.

In principibus autem & aliis valentibus libere dispone.illa verba facerent feudum censeri antiquum. & ita colr̃ & dict. docto. s̃.all.

Istud tamen limita ne prælatus conced. rem emphi.in feudum,quia tunc potest,fm Dec.cons.53.vide tamen in contrarium Alex.in 3.vol.cons.9. P.Andora.

Item sub prima specie proprij feudi contine.feudum quod multiplici respectu app.rectum, de quo est ti. de concess.recti feu.Ita Cur.vbi s̃.vers.3. sub hac prima specie. vbi ponit quot modis feudum dica.rectum.

Item sub eadem 1. specie contine. feudum hæreditarium, quod dicitur quando accipi.pro se & hæredibus suis,sed si dicatur pro se &liberis,tunc dicitur feudum non hereditarium, sed proueniens facto & prouidentia concedent. Curt. vbi s̃. ver.4.sub hac.al.multa. max.Alex.in 3.volu. cons.10.& cons. 55. Effectus autem est magnus an feudum sit hæreditarium, vel ne. Et quando dicatur hæreditarium. vide aliquid per Deci.cons.185.

Item sub hac specie contine. feudum ligiũ: ad cuius essentiam tria requiruntur.primò,q̃ vasallus iuret fidelitatem.nul lius alterius fidelitate reseruata, secundò, q̃ expresse in inue-

stitura

Universidad de Deusto Biblioteca

ſſitura dicatur cp̃ feudū ſit ligium. 3°. cp̃ vaſallus principl̃r perſonam ſuam. & in conſn̄tiam etiam bona non feudalia ſubiiciat pōti domini. de p°. eſt gl. in cle. paſtoral̃. de ſent. & re iud. in ver. rurſus. de ſecundo. eſt deciſio Bal. in c. inter dilectos. in 6. col. de fi. inſtr. de tertio. habetur per ſpec. in ti. de feu. §. quoniam ver. 17. ſequitur. Mar. de lau. in c. 1. in 9. col. in ti. qui feu. da. po. Ita Cur. vbi s. ibi 5. ſub hac. vbi ſubi ūgit cp̃ ideo dr̃ feudum ligium. quia plus ligat vaſallum quamalia feuda. & Addit multos effectus feudi ligij.

Primus. effectus eſt. quia licet in aliis feudis. vaſallus poſſit feudum refutare & hoc modo amplius non ſeruare domino. c. 1. de vaſ. qui. contra conſti. Ioth. & no. Can. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti.

Tamen in feudo ligio. non admittitur. pœnitentia nec refutatio ita ſignāter Bal. in c. cæterum in 8. col. de iud. refert ſingulariter. Cur. vbi s. allegando. etiam Mar. de lau. in ca. 1. in 7. col. in ti. qui feu. da. poſ.

Secundus effectus feudi ligij eſt. quia licet. in aliis feudis. pares curie ſint iudices. c. 1. de contro. feu. apud par. termi. tamē in feudo ligio ſolus dominus eſt iudex. Ita Bal. d. c. cæterum. in 5. col. de quo. vide Cur. vbi s.

Tertius. effectus eſt. quia in ipſo veniunt omnia bona vaſalli. poſſem domini. vt dixi s. in ver. item ſub hac ſpecie. contine. feudum ligium. ibi de tertio. habetur per ſpec.

Quartus. effectus eſt. quia licet in aliis feudis fœminæ regulariter non ſuccedant. vt dicam. j. in Rub. de ſucceſſ. feu. q. Tamen in feudo ligio de conſuetudine. ſuccedūt fœminæ. ſecūdum. Alex. in 1. vol. conſ. 30. refert Curtius vbi s. vbi dicit. hº ſane intelligeñ. quando conſtaret de tali conſuetudine. vt loquitur Specul. in d. §. quoniam. verſ. 21. & dicit. probari. in c. ſignificauit ext. de reſcri. quod etiam vult expreſſe. Alex. in d. conſ. 30. repetito in 5. vol. conſ. 2. in 6. col. ibi ad quartum.

Secūda principalis ſpecies eſt feudi improprij. & iſta etiam multa nomina. complectitur.

Et p° complecti. feudum franchum ſiue liberum. quod dicitur duobus concurrentibus. p°: cp̃ in conceſſione dicatur. cp̃ ſit franchum. ita Bal. in d. capit. inter dilectos. in 6. column. & Alex. in d. conſ. 30. ſecundò, quòd ille qui habet feudum franchum non teneatur. ad aliqua ſeruitia. ſi ad expreſſa. ita Curt. vbi s. ibi ſecunda. principalis vbi ponit effectus feudi franchi.

Primus. effectus eſt. quia licet regulariter. in feudis ſeculāribus. eccleſia non ſuccedat c. 1. §. 1. de Alie. feu. Tamen in feudo francho. ſuccedit eccleſia. ita Bal. in Auth. niſi rogati. in vltima col. C. ad Treb. Alex. in d. conſ. 30. in 1. vol. repetito in 5. vol. conſ. 2. circa fi.

2. effectus eſt. quia licet regulariter. Vaſallus de feudo teſtari non poſſit. c. 1. §. donare. in tit. qualiter olim feu. po. al. tamen in feudo francho. poteſt teſtari. ita Bal. in d. authen. niſi rogati.

Tertius eſt effectus. quia in iſto non admittitur. poteſtas renuntiandi feudo. ſecundum. Bal. in d. c. ceterum in 8. col. de quo tamen vide cur. vbi s. ibi tertius. effectus.

Quartus. effectus eſt. quia vaſallus. irrequiſito domino. ſaluo tamen iure domini. poteſt feudum franchum alienare Bal. in l. 1. in 2. col. C. ſi à non compe. iud. & Hoſt. in c. fi. de reb. eccleſ. non alie. quam op. Sequitur. cur. vbi s.

Secundo. ſub iſta ſpecie. feudi improprij. contine. feudum non rectum. de quo. eſt text. in c. 1. in ti. qui. mo. feu. conſti. & in c. 1. de feu. guar.

Tertio. continetur feudum hīta. quod app. perſonale. quia non tranſit ad hæredes accipientis. c. feudum habitationum. in ti. de feu. & benefi. vt refert. Cur. vbi s.

Quarto. continetur. feudum ſoldate. de quo eſt tex. in c. 1. §. ſoldata. in ti. quis dicatur. dux. rc.

De aliis autem pr̃ibus diuiſionibus feudorum: poteris videre. per feudiſtas. in prælud. feu.

Si feudum antiquum diuidatur. inter fratres. & fiat inueſtitura cuilibet cenſetur. feudum nouum Bolog. in conſ. 1. in 4. col. al. Bal. in 1. part. conſ. 117.

In contrarium faciunt dicta s. eo. §. 2. in 2. op.

Rub. Quæ ſint regalia.

Quæro quę dicantur regalia. dic cp̃ habetur. in c. 1. in ti. quę ſint reg. & per Bal. in c. 1. in ti. epiſcopum. vel abba.

No. cp̃ quando princeps infeudat regalia. nō valet infeudatio ñ. ſit appoſita clauſula motu proprio. vel ex certa ſcientia. l. j. C. de peti. bo. ſubla. lib. 10. & ita vult Albe. de rox. in l. quotiens. C. de præci. imp. offer.

In generali vēditione. nō veniunt regalia. Calca. conſ. 101.

De mero & mixto imperio. & omni da. iuriſdictione.

Quæro an merum imperium. poſſit acquiri præſcriptione. ſeu conſuetudine? Bal. in l. imperium. in 2. lectu. ff. de iuriſdic. om. iud. tenet cp̃ ſic. idem vult Imo. in c. cum contingat. ext. de ſo. compe. per l. 1. C. de emancip. libe. & l. viros. C. de diuer. of fi. lib. 12. de quo vide Ample Iaſonem. in d. l. imperium. in 9. & 10. col. vbi poſt multa fac. conclu. cp̃ merum imperium poteſt per præſcrip. acquiri.

Limitat non procedere. in his quæ competunt principi in ſignum ſupreme poteſtatis vel in ſignum vniuerſal̃ recognitionis. nam talia nunquam poſſunt contra principem præſcribi. l. comperit & ibi Bal. C. de præſcrip. 30. an. & alia multa quæ al.

Secundo. limitat procedere. in eo qui habet caſtrum vel territorium. vt ille poſſit præſcribere. quantum ad ſibi ſubditos tantum. ſecus quo ad alios. al. Butr. in d. c. cum contingat.

vide in materia. Iac. in trac. feu. ver. cum mero rc. in 3. col. ibi moueo etiam.

Quæro vlterius an habens merum & mixtum imperium ex inueſtituta vel preſcriptione. poſſit ſubditis ſuis collectam imponere. vide ſupra. in verbo collecta. imponitur.

Sed an poſſit à ſubditis. petere adiutorium. quando dat nuptui filiam vel quando duc. vxorem? Bal. in c. 1. §. ſimiliter. in ti. de capſis. contra. dic. cp̃ non. Niſi eſſet ſpēs conſuetudo. & ita vult Pau. de ca. in l. Neminē C. de ſa. ſan. eccl. bene faciunt no. per Bal. in com. Pac. conſtan in ver. Pactiones. vbi dicit. cp̃ inde bita ſeruitia. præſumuntur per metum extorta. al. Io. Andr. in nouel. in c. 1. de præſcrip. in 6. Et idem. Bal. in c. 1. in ti. qua. vaſ. iu. deb. fidel. dicit. cp̃ noua iuramenta à ſubditis extorta præſumuntur impreſſiua.

Vbi autem eſſet conſue. tenerentur. ſubditi. vt vult Bal. in d. §. ſimiliter. bene fac. quod no. Spec. in tit. de feu. §. quoniam. ver. & no. cp̃ vaſalli cōitum. & Io. de Marſ. in tit. quib. mo. feu. amit. ver. erunt etiam. & Io. ray. in c. imperialem. §. inſuper. ver. quæro de filia maritan. in tit. de prohi. alie. feu. per Fed. vbi dicit. cp̃ nedum vaſalli. ſed etiam ſubditi. debent adiuuare & cōtribuere in dota. & in nuptiis. fm conſue. & iure proba. in l. mater. fm. Cy. C. de iu. do. & in §. illud. in aut. vt li. ma. & aui. & ita vult Alex. in 2. volu. conſ. 35. Quid de filia ſpuria, vide in ver. princeps. §. 49. & quid ſi intrat religionem. ibid. §. 50.

An poſſit princeps imponere præſtantias cleric. vide Parp. in l. placet. col. 38. de ſac. ſan. eccl.

An autem habens merum imperium, poſſit dare licentiam tollendi corpora ſuſpenſor. ad furcas. tex. eſt no. cp̃ non. in l. 2. C. de cada. puni. Iac. in tract. feu. in ver. cum mero. col. 3. cum lic. iudic. tolli poſſunt Marſ. in l. fi. col. 7. de quæſtio.

Vtrum habens merum imperium, debeat ſuccedere hōi ſuo, ſine leg. hærede decedenti. Bal. in l. 1. C. de hered. decurio. videtur velle, cp̃ ſic. ſubdit tamen ibi Bal. cp̃ tales ſubditi putent de eorum bonis teſtari. quia ſunt ingenui, niſi conſue. haberet contrarium.

Videtur tamen diceñ. contrarium. valet cp̃ dominus loci, non debeat ſuccedere ſubdito ſuo, niſi demum deficientib. liberis, parentibus, propinquis, & coniuge. l. 1. C. vnde vi. & vx. & l. vitrico. & l. affinitat. C. com. de ſuc. faciunt no. per Bar. & Ang. in l. 1. C. de bo. vac. lib. 10. vbi dicunt cp̃ tale ius ſuccedendi. ſubdit. non competit, niſi ex conſuet. vel priuil. & ita dicit Ang. temperari dictum Bal. in d. l. 1. & ita vult Iac. vbi s. in 4. col. ibi. ſed an iſte nobilis.

Pone cp̃ ex priuil. dñs habeat ius ſuccedendi ſubdit. Quidā ſubditus habens domicilium in territorio ipſius dñi. deceſſit, & habebat quodam nomen debitoris in alieno territorio. vtrum dictus dñs ſuccedat in illo nomine debitoris? vr̃ cp̃ non, per no. per Bar. & doc. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fi. ca.

Quid ſi extet ſta. vel conſue. cp̃ decedenti ab inteſtato ſuccedat eccl̃ia. an condito teſtō. & hr̃de repudiante hr̃d. aditam. an admitta. eccl̃ia. Bar. in l. j. ff. de ſuis & leg. tenet cp̃ non. ſeq. Rui. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. col. 33. de lib. & poſth.

In contrarium fac. quod vult Bal. in l. mercatores. C. de cōmer. & merca. vbi dicit, cp̃ bona mob. concernunt p^m illius cuius ſunt. Immob. vero concernunt territorium, vbi ſunt ſituata. & licet nomina debitorum ſint ſpēs de per ſe. l. à diuo pio. §. 1. ff. de re iud. cum ſi. tamen ſi ac. perſonalis competat ad mo. noñ deb. computa. inter mo. ſecus econtra. ita vult gl. & Bar. in l. poteſt. ff. de aucto. tuto. & gl. in ver. connumeranda. §. 1. in auth. de non alie. no. per gloſſ. & doct. in l. 1. C. ſi aduer. tranſac. ſi ergo nom deb. concerni. p^m ſubditi ig. rc. Iac. vbi s. ibi ſed formo. vide j. in rub. quid ſit inueſtitura. ver. de royalis & homagiis.

Furcharum erectio. eſt ſignum meri imperij. ſecundum Bal. in l. 1. C. vt ne lice. ſine iud. aucto. al. præd. ſig. impo. & in l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

à procu.C.mãd.& in c.1.in ti.quid sit inuest.de quo habetur. per Ang.in l.arboribus.§.de Illo.ff.de vsufr.Iac.vbi j.prox.

fideicommissum resultat ex sola coniecturata mente testatoris,etsi ex verbis non constet. Cur.Iun.consl.121.n.10.cõmunem dicit.Ex quibus quando testator ordinat,q̃ sua bona vsque in perpetuum remaneant infra scriptis filiis & hæredibus suis,& eorum descendentibus, resultat substitutio fideicommissaria,Curtius consil.tertio,numer.20.communem dicit. Idem.

fideicommissum relictum alicui,si sine filiis decesserit,expirat relictis filiabus,Cur.Iun.consl.139.nu.14.communem dicit. Idem.

fideicommissum vniuersale transit in ecclesiam,vel ciuitatem absque restitutione.Ias.in l.vt inter diuinum,nu.11.C.de sacros.eccle.communem dicit. B.Villal.

fideicommissum non dicitur resolutum,vel renunciatum per diuisionẽ factam inter fratres: etsi promissum sit nõ contraueniri diuisioni. Bello.consl.19.nu.8.communem dicit.ex Bart.l.qui Rome.§.duo fratres.q.j.de ver.obl.ff.& Dec.consl. 86.nu.4.

fallit,si fideicommissarius sciebat,ad se pertinere fideicommissum:& diuisit:nam videtur resolutum,Idem ibi num. 10. communem dicit ex Bar.in d.§.duo fratres. Idem.

Prælegata quæ præcedunt fideicommissum, veniunt in restitutionem fideicommissi, licet tale fideicommissum non fuerit iniunctum per verba omnino vniuersalia.Est commu. opi.secund.Dec.consl.252.viso puncto.vers. sed tamen prædictis.M.Chærian.

Quando honor præcedit grauamen,prælegata & fideicommissa veniunt in restitutionem fideicommissi,& per verba indefinita,& non vniuersalia relicti.Est comm.opi.secun.Alex. consl.25.circa prin.vers.quantum ad 2.vol.1. Idem.

acquisitum ex substitutione compendiosa, quæ valet iure fideicommissi post aditam hęreditatem,quando talis substitutio compendiosa præcessit fideicommissum, venit in restitutionem talis fideicommissi.Est com.opi.secun.Deci. in consl. 81.in casu proposito.130.vol.1.Idem, tenet Decius,in consl. 80.circa medium vol.1. Idem.

acquisitum ex pupillari substitutione,venit in restitutionẽ fideicommissi, quando tale fideicommissum fuit per verba vniuersalia iniunctum.Est comm.opi.secund.Alex.in l.ita tamen.§.qui suspectam.ff.ad S.C.Trebel.vide j. in verb. Substi. pupill.nu.2.

In fideicommissaria substitutione,filium succedere in locũ patris esse magis communem opinionem dicit Alex.consl.36. vol.3.& Ias.consl.158.vol.2.Dec.autem consl.2.& consl.227. & consl.229. contrariam opinionem magis esse communem dicit. I.Fich.

fideicommissum conditionale decedente fideicommissario pendente cõditione,non transmittitur ad hęredes,iuxta l. 1.§.sin autem aliquid sub conditione. C.de cad.toll.Etiam ad proprios liberos.vt benè probatur in l.hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Treb.& est gl.communiter approbata in l.1.C.de his qui antè aper,Tab.vbi Bal.Saly.& alij Bart.& alij in Lis cui. ff. de actio.& obl. & tradunt communiter Doct. in locis prædictis. Soci. Iun. in consl. 54. numer. 13.& consl. 63.numer. 1. volum.4.

Limitatur,quando voluntas testatoris colligi potest in cõtrarium.per aliquas habiles coniecturas.Nam sicut fideicommissum,quod de sui natura est transmissibile,potest ex voluntate testatoris fieri non transmissibile.l.in conditionibus.§.1. ff.de conditio.& demonstr.vbi Doct.notant. Ita & per Contrarium,fideicommissum sui natura non transmissibile,potest per testantis voluntatem fieri transmissibile:vt tradunt Bald. & alij in d.l.j.C.de his,qui antè apert.Tab. & de hoc communis doctrina in l.3.ff.de leg.1.vt refert Soci.Iuni.in d.consl.63. sub nu.2.& 3.vt per eum. E.Muscul.

fideicommissum conditionale,siue spes ad illud,non transmittitur fideicommissario decedente pendente conditione. Bart.in l.is cui.ff.de actio.& obliga.& alij in l.1.ff. de leg. 1.& est communis opi.gl.Bal.Saly.& aliorum in l.vnica.C. de his, qui ante apert.Tab.Soc.Iun.in consl.66. nu.6. dicens,se aliàs quoque hanc opinionem communem probauisse,& sæpe defendisse à fundamentis in cõtrarium,per Soc.patruum suum allegatis,vt per eum in 4.vol. E.Muscul.

fideicommissum licet aliquando ex coniecturata mente testatoris,possit dici inductum,tamen id non procedit,quando tali interpretationi repugnat ratio recti sermonis, vt est doctrina Bart.communiter approbata & recepta in l.fi.ff.ad Trebel.pro quo bene facit l.Plautius,in fi.ff.de auro & arg.lega. Soc.Iun.consl.14.nu.9.vol.4. E.Muscul.

fideicommisso subiecta, post mortem possidentis possunt per eum in testamento alienari,& sic titulo legati,vt fideicõmissi relinqui,& valebit tale legatum,si aliud non obstaret.Ita in terminis de hoc est casus in l.cum pater.§. cum pater. ff. de leg.2.& ibi no Bar. & alij sequũtur.maximè Io.de Im.licet per alios non allegetur.Nam ibi testator,qui prædium quoddam ex causa fideicommissi debebat filiæ, reliquit filio exhęredato, & ibi determinatur prædium illud deberi exhęredato. Nec dicatur, q̃ ille textus in hoc debet dici correctus per auth.res quæ C.com.de lega.vt voluit glos.in d.§. cum pater. Quoniam respondetur, q̃ hoc omnino falsum est,quia nulla dicatur facta correctio,vt Dyn.Bartol. & alij communiter dicunt,ibi,reprobando illam glos.Quod etiam tenent Doctor. in l.final.§.finautem sub conditione.C.communi. de legat.vt ibi per Salyc.in secunda oppos.Hæc refert Socin Iuni.in consilio sexagesimooctauo. numero quinto. volum. quarto. E.Muscul.

fideicommissum ex sola testatoris voluntate coniecturis collecta exoritur,etiam si verba nulla in id spectantia proponantur.commune ait Curtius Iunior consl. 121. numero 10. E.Suarez.

fideicommissum quo pater hæreditatem suam ad aliquem pertinere, aut peruenire simpliciter constituit, si eius filius sine liberis decesserit, à filij hærede non ab ipso filio relictum censetur, quamobrem omnis prorsus hæreditas debebitur, ac pleniori iure eiusce modi fideicommissum valebit.commune inquiunt Paris. consil. quadragesimoprimo. numero 44.& consilio septuagesimoprimo,numero 9.& sequent.libr.tertio.Grat.consl.134. nume.quadragesimoquinto.libr.primo.& consilio 103.numero 13.lib.secundo. ac latissimè Iulius Clarus de testament.quæst. 62. versic. tertius est casus.& si contrarium magis commune asseueret Galeaul. in l.centurio.nu.409.ff.de vulg.quem meritò carpit Iul.Clar. vbi suprà. Idem.

fideicommissum conditionale nullo modo transmittitur. commune proferunt Curtius Iunior consilio lxxix.numero primo,& consilio centesimotrigesimoquinto numero quinto,atque Anto.Gome.de testament. capit.5.numero 9. Quod ampliabis, vt nec huiusmodi fideicommissum ab ascendente in descendentem traiiciatur, vt frequenter placitum renunciant Dec.consl.115.in principio,& consl. 574.Cur. Sen.consl.75.nu.4.Curt.Iun.consl.135.nu.5. Idem.

Fideicommissum post impuberis mortem à memine expressim relictum, à filij hæredibus in dubio relinqui videtur quapropter & ipsa legitima filij portio restitui debebit.commune dicunt Alex.in l.1.§.vlti.nu.3.ff.de vulg. idem Alex.& Ias.nu.16.in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.illo tit. Rhodericus Soarez Quoniam in prioribus.limit.1. C.de inoff.testa. Guliel.in c.Raynutius.ver.absque liberis,in secundo tractatu

Universidad de Deusto
Biblioteca

compendiosè.nu.45.de testa. Etsi contrarium commune esse miserint in literas Rip.n.126.Galeaul.nu.409.in l. Centurio, ff. de vulg. quorum sententiam non probo, ac videndos consulo s.relatos,ver.isto.nu.105. Idem.

Fideicommissum vniuersale non ideò minus debetur, ac firmum validúmque est, ꝙ testamentum vel inofficiosi querela ruptum sit,vel ob filij præteritionem nullum declaretur, vt crebris Doctorum suffragiis exceptum inquiũt Alex.Ias.n. 11.Cur. Iun.n.53.in auth. ex causa.C.de lib.preter.Dec.cons. lxxxv.nu.3.Guliel.in c.Raynutius,vers.eodem testamento in 1.n.237.de testa.Ant.Gome.in l.xliiij. Tauri.nu.5. Idem.

Fideicommissumvniuersale transit in ecclesiam vel ciuitatem absque restitutione,vt commune dicit Ias.in l.vt inter diuinum.nu.10.de Sacros.eccle.& generaliter cuicunque illud sit relictum antevllam restitutionem,atque adeo ante aditam hæreditatem , in hæredes transmittitur.commune inquiunt Aret.nu.8.Alex.n.21.Ias.à nu.306.Mar.Ant.nu.154.Bal.Nouell.nu.46.nu.47.Soc.Iun.nu.235.Aymon.in 1.par.nu.36.& 2.par.à nu.263.& antea Rip.nu.73.atque eleganter Alciat.n. 21.in l.cum filiofam.ff.de lega.lib. 1.Rip.in l. hæredes mei. §. cùm ita,n.57.& in l.vbi purè.nu.3.ff.ad Senatusconsult.Trebellia.Guliel.in c.Raynutius.ver.si absque liberis: in 2.à n.6. & à n.70.de testa.Alciat.lib.4.Paradox.c.5.in fi. Marian. Iun. cons.cxlj.n.27.lib.2.Ant.Gomez.de testa.c.5.nu.9.& nu. 14. vers.item quæro. Idem.

Fideicommissi restituendi onere præssi ascendentes non fruuntur beneficio.l.cum acutissimi.C.de fideic. vt nec descẽ dẽtes si vel purè in vita, vel post certum tempus restitutio fieri iubeatur.communia fatur Ant.Gomez.de testa.c.5.nu.35. ver.imò quod magis est.nu.37. E.Suarez.

Fideicommisso abvltimo morienti relicto alterna inter instítutos institutio facta cẽnsetur.commune dicit Cur.Iun.cons. cxj.nu.4.Villa.in sua collect. E.Suarez.

Fideicommissum an &quando inducatur.ex prohibitione alienationis?vide subtiliter dec.con.23.& con.38. Sonz.in 2. part.cons.227.& cons.249. P.Andora.

Fideicommissum an fiat caducum.si substitutus præmoriatur.hæredi.vide Paul.de Castr.in 2.volu.cons.353.alias. 351. Idem.

Si fideicommissarius emat rem sibi aliquo casu restituendam poterit eueniente casu agere ad prætium.gl.in l.qui Rome.§.duo fratres.& ibi doct.maxime.Alex.in 21.col.de verb. obl. Idem.

Filius fideicommissarius. non potest reuocare fideico. per pẽm alienatum si adiuit eius hæred. sine inuentario.vel cum inuentario. sed subsunt tot bona quæ ascendunt ad fideic.ita in terminis.tenet Lud.Rom.cons. 18. Idem.

Alienatio bonorum subiectorum fideicommisso in diem vel sub conditione reuocatur adueniente die vel conditione nisi pro dote filiarum vel donatione propter nuptias.aut. res quæ.C.communia de lega. habetur ibi per Cyn.& no.per Bar.in l.seruo legato.§.1.ff.de lega.1.& l.si fundum.ff.de conditio.& demonst.& in l.fi.§.fin autem.C.commu.de lega.& ꝙ Bar.in l.marcellus.§.res que.ff.ad treb. & pretium eo casu debet restitui emptori. text. in l. emptorem. §. ibidem. ff. de actionibus emp.& in terminis substitutionis seu alienationis rei subiecte fideicommisso est text. in l. fi. §.emptor. C. communia de legat. etiam inscienter ementre rem fideicommisso subiectã quo ad pretium non quo ad duplum & interesse. d. §.emptor.& ibi gl. P.Andora.

Fideicommissi ius vniuersalis, etiam ante agnitionem vel restitutionem, transmittitur ad hæredem substituti. & Com. opin.secun.Dec.in cons.478.in causa domini Aurelij.vers.& cum dicta.vol.3. M.Chærian.

Ampliatur, vt procedat etiam in fideicommisso in codicillis relicto,vel virtute clausulæ Codicillaris inducto.Est com. opin.secun.Dec.ibid.& idem Dec.cons.409.visis.vol.3.Vide j.in verbo Transmissio. Idem.

in Fideicommissis filius nõ subintrat locum patris vel matris.Est mag.com.opi.secun.Dec.in cons.408. in causa.vol.3. & in cons.1.memini.vol.1.& in cons.lxxix.in pr.co.vol.& in cons.217.& 412.& in cons.478.in causa domini.in fin. Vide Parisium in cons.9.nu.20.volu.2. Contrarium tenet Alex.& dicit esse comm.in cons.137.præclarè.vol.1.cum Alex.tenet larè Crauetta,in cons.lxvij. Idem.

Vbicũque grauamen precedit,relictum acquisitum ex substitutione non venit in restitutionem Fideicommissi. Est cõ. opi.secun.Deci.cons.lxxx.visis in prin.vol.1.Hoc verum, nisi grauamen fuerit iniectum per verba vniuersalia. quia tunc non veniret.vt patet supra acquisitum. Idem.

Vbi honor sequitur grauamen, taliter relicta non veniunt in Fideicommissum.Vel relicta post onus iniunctum, nõ veniunt in restitu.Est mag.com.opi.secun.Com.con.228.quod dominus Serantonius.vol.4. Idem.

In fideicommissis filius in locum patris non succeder, sed proximior in gradu præfertur.Est mag.comm.opi.cum Bald. in l.cum ita.§.in fideicommisso.reprobata.ibi gl.de leg.2.fm Dec.in cons.408.in casu.vol.3.& in cons. 1.memini. Sed opi. gl.contra Bar.dicit mag.com. Socy.Iun.in cons.116.viso pũcto.nu.9.vbi reprobat Dec.vol.1.Rayn.cons.clxxj. casus. nu. 10.vol.2. M.Chærian.

Fideicommissum conditionale non tranfmittitur ad hæredes.Cur.Iun.cons.lxxix.nu.1.communem dicit.

Amplia & etsi fideicommissum sit ascendentis, quia non transmittitur ad ascendentes.Cur.Iuni.cons.135.n.5.& Seni. cons.lxxv.nu.4.& Deci.in cons.115.in prin.& con.574.com munem dicit. Villal.

Fidelitas. vtrum iuramentum fidelitatis possit per procuratorem præstari?vide in tit.de feu.in rub.quid sit inue.in ver. de iuramento fidelitatis.ibi,nunquid autem. P.Andora.

P R O.Fidelitas & diligentia præualet diuitiis.in §.fi.Instit. de suspect.tu. Idem.

P R O.Fides est credere,quòd non vides.canone,domo.de pœnit.dist.4. Bellon.

P R O.Fides veritatis verborum adminicula non desiderat. l.1.C.si min.se ab hæred.abst. Idem.

P R O.Fides etiam hosti seruanda est.c.noli.36.q.1. Idem.

P R O.Fidem fallere grauissimum est.l.1.ff.de constitu.pecu. Idem.

Fides,quam priuatus hosti dedit, seruanda necessariò non est. commune ait Zas. relatus à Did. à Couar.in contrarium, cùm rei publicæ damnũ non vertitur bono exemplo abiens. in tract.de spons.2.par.ca.3.§.4.nu.14. cum præced.quam in rem nos alibi multas hincinde auctoritates colligimus multa ex præclaris rei Romanæ monumentis exempla aduocamus. E.Suarez.

Fidem , quæ à iudicibus de impunitate reis idcirco datur, quo facilius ac luculentius flagitiorum veritas innotescat, seruari non est necesse, & si ordinariis pœnis locus tunc nullus sit.commune aiunt latè &eleganter id pertractantes Ant. Gome.de delict.c.12.nu.6.& nu.7.Did.à Coua.lib.resolut.c. 2.n.16.Iul.Clar.in sua pract.crim.§.vlt.q.55.vers.circa secundum.& vide quæ latius j.obseruamus ver.Iudices. E.Suarez.

fides data hosti,fidem frangenti non est seruanda, communis est opi.Soarez n.177.Limita, nisi reipublice damnum sit. vt ibi. Bonacoss.

Fides data à iudice reo, vt confiteatur, non est seruanda, communis opi.Soarez.ver.fides.n.178. Bonacoss.

Fides quanta adhibeatur testibus,statur Iudicis arbitrio, vt est communis opi. Burs.cons.20.nu.53. Bonacoss.

Fides rumpitur quando quis negligit seruare promissa.l.1. ibi sed solum.vbi etiam doct.C.de dolo. P.Andora.

frangenti fidem , fides frangatur eidem. l. si conuenerit in fi.ff.pro socio.l.si instituta.ff.de inoff.test.l. cum proponas. la 2.& ibi doct.maxime.Ias.C.de Pac.l.quæro.§. inter locatorẽ. ff.de loca.Pau.de Castr.in 2.vol.cons.74.in fi.2.col.Barb.in 1. vol.cons.33.in 7.col.Bal.in c.cum adeo.de reseri. vbi dicit. ꝙ habet locum etiam si quis deffic.in modico.& pro hoc dicto Bal.est tex.in l.fi.ff.de cond.ob cau.quem all.Ias.ĩ l.si pro fundo.in 2.col.C.de transs. vbi habetur ꝙ paria sunt non implere. vel non perfecte. Vide quæ latius dixi.in verb.Pactum.§.36. vbi etiam posui limitationes. ad hanc regulam. Adde Ludo. Rom.cons.244. P.Andora.

Graue est fidem fallere.Bal.in 4.parte.cons.492.hypo.sing. 148.Ludo.Rom.cons.52.scilicet seruanti fidem.&non aliter hypo.sing.177.

Fides non est seruan.hosti.à priuata per. l.1.ff.de dol.Ias.latissime in l.conuentionum.in 1.col.ff.de pac.

Secus in pub.persona,quæ etiam hosti fidem seruare tenetur.vt habetur.in locis præal.Bal.in d.l.1.§.non fuit.

Fidei præstatio.an equiparare iuramento.Fely.in c.2.col.5. de sponsa.

Fides adhibenda non est multum pollicenti. Bart.in l.non omnes.ff.de re militar. Idem.

Fide bona quando quid fit,an dicatur bene fieri. Ias.in l.eũ qui.§.in pluribus.ff.de iureiur. Idem.

Fidem de pretio qualiter quis dicatur habere.tex.& glo. in l.quod vendidi.ff.de contrah.empt. Idem.

Fidem de pretio an possint habere vendentes alieno nomine.Bart.remissiue in l.si procurator.§.si ab eo.ff.de iur.fisci.Idẽ.

Fideiuss

Universidad de Deusto

Fideiussor potest agere contra suum principalem, vbicunque creditor confiteretur sibi satisfactum esse ab isto fideiussore, & sic confessio ipsius creditoris asserentis sibi satisfactū fuisse à fideiussore, sufficit ad agendum contra principalem, ita expresse tenet Bart.cons. 160. Titius promisit Sempronio eundem indemnem reseruare, & ibi Apostillantes ad eum, & eandem opinionem sequitur Saly.& ibi Pau.de Cast.Rom.n. 1.Alex.& Ias.n.9.in l.duob. reis.ff.de duob.reis.Fel.in c.si cautio.n.89.de fide instr.Cepola cons.ciuili 12.Deci.in l.2.§.fi.ff. si cert.pet.& cons.493.n.6.Tyraq.in tractat.de vtroq; retract. in ti.de retractu lignager gl.16.n.84. & in ti. de retractu conuentionali.gl.6.num.17.& Alc.in lege solutionis verbo ff.de verb.sig.& in l.1.in fi.C.de transact.& Afflict.in decis.91.n.3. & in decis.94.n.3. vbi dicit magnum verbum, ꝙ ita communiter tenetur per Doct. & istam opinionem veriorem & magis communem audacter attestatur Mars.in repet.rub.n.265. C.de fideiussor.In contrariam verò partem inclinauit gl. d.l. duobus reis.§.in fideiussore.in ver.solutionis,quam sequitur Bartol.præcipitanter,& sibi contrarius ibi,& in l.& per iusiurandum.§.antep.ff.de acceptilatio.& in lege cùm filius.in fin. prin.ff.de verb.oblig.& in l.reos.in 5.q.ff.de duobus reis,Roman.in l.prædia.ff.de acq.poss.Fulg.in d.l.duobus reis.& Moder.in addi.ad Alex.cons.90.in addi.ad n.3.vbi refert Alex.in multis consilio tenere istam secundam opinionem:tamen qc quid dicat Bart.cum aliis sequacibus in præcitatis lecturis ob hoc non discedendum suademus à dicta communi,quæ videtur verior de iure,& sequenda est in consulēdo,& iudicando tanquam communis, & ita per istam communem consuluit in Ciuitate Florentiæ Pau.de Cast.vt ipse refert in d.l.duobus reis.& pro hac parte consuluit Fran.Tigrinus, vt referunt Alex.& Ias.in d. l. duob. vbi se pro hac opinione communi his consuluisse,& ita in effectu cōsuluit cons.90.n.3.vol.3.&cons.123.vol.6. F.Viuius.

Ille cui debetur ex fideiussione,dicitur propriè creditor,& fideiussor dicitur propriè,& indistinctè debitor secūdum Bartol.in l.1.n.34.ff.si cert.pet.per l.si fideiussor.in prin.ff. de leg. 1.& ista Bart.opinio corroboratur plurib. rationibus, primò quia sicut tollitur obligatio principalis, ita tollitur obligatio fideiussoris,l.cùm quis.ff.de solu.Secundò facit quia lex prohibens minoris debitorem esse tutorem,comprehēdit etiam fideiussorem,vt per Angelum in auth. vt hi, qui oblig. perhi. res minores.§.1.Tertiò confirmatur secundum Dec.in d.l.1. quia ab eo inuito creditor exigere potest,toto titu.ff.& C.de fideiusso.& ista Bart.sententia sic corroborata est communis teste Aret.in §.1.nu.8.Instit.de oblig.Alex.in d.l.1.nu.48.Nigro,Bolognetto,& aliis Moder.ibi,qui quidem Moder.respōdent omnibus in contrariam partem allegatis,& Dec.in 1.lectu.nu.30. F.Viuius.

fideiussor si efficiatur nō soluendo, non potest creditor petere,vt alius præstetur,si sumus in fideiussore conuentionali. communem dicit Alex.cons.60.lib 5. B.Villal.

Fideiussor non dicitur idoneus,qui non habet immobilia: nisi fideiubeat pro diuite.Hippo.in Rub.de fideiuss.ff.nu.228. com.dicit.

Nota istam communem ad intel.l.1.ti.18.l.3.For.ll.quæ loquitur de identitate fideiussoris. Idem.

ADDITIO.

Nota quod si pauper fideiussit pro diuite, omnia bona inter eos aggregantur ac pro vnico patrimonio reputantur sal tem quo ad redden.creditorem cautum,vt per eundem Marsil.in d.Rub.n.179.In qua materia,nota ꝙ licet communis opi.sit ꝙ per solutionē factam à principali de re aliena suo creditori in solutum recipienti liberetur, & principalis debitor ac fideiussor,Instit.quib.mod.toll.ob. in prin.Bart.in l.si quis. ff.de solut.contrarium tamen ex equitate tenuerunt Domini de Rota in vrbe,rationibus,de quibus per M.Ant.Bar.in trac. de temp.Vti.& contin.in c.18.sub nu.23.vt dixi ꝛ. in litera D. sub nu.14.

Fideiussor in duriorem causam iurans obligatur tanquam principalis Alc.in c.cum contingat.n.174.de iureiur.comm. dicit. Idem.

Nota istam communem ad intel.l.7.ti.12.par.5.& pro eius limitatione,&limita etiam d.l.vt per Segu.in l.si ex legati causa.ff.de verb.obl.vbi dicit, ꝙ fideiussor potest se obligare sub guarentigia:licet principalis non sit ita obligatus: quia illud non dicitur plus,sed efficacius.vt in l.Marcellus.ff.de fideiuss. Idem.

Fideiussor,inuito creditore mutari non potest.Hiero.Cagnol.in l.plus cautionis.numero 7.ff.de regu.iur.communem dicit. Idem.

Fideiussor potest petere vt liberetur à fideiussione: si diu stetit in obligatione:quod relinquitur arbitrio iudicis.Anto. de Tremo.in addi.ad Bonacoss.in pract.excep.in Rubr. quib. mod. suo nomi. numero 3.in verbo diu stetit communem dicit.

De iure regio dicitur stetisse diu per annum,l.8.tit.18.libr. 3.For.ll.& cum hac communi cōcor.l.14.tit.12.par.5.vbi ponit alios casus in quibus potest fideiussor petere vt liberetur à fideiussione.Sed has leges &communem intellige,nisi aliàs obligatio sit guarentigia:quia potest petere: vt statim liberetur.Did.de Segu.in l.si ex legati.n.74.ff.de ver.obl.& Suarez in l.post rem iudicatam.n.14.ff.de re iud.quem intellige post quam creditor habet facultatem agendi,secund.Bal.in l.cum notissimi.§.illud.C.de præscrip. 30. anno. quod dictam nota pro intel.l.tit.13.lib.3.ord.de præscriptiōe delicti per decem annos.& l.63.tau.de executione non faciendâ post decem annos.&l.de madrid.anno 1534.de apocha recognita,& de cōfessione facta in iudicio, quæ in compilatione noua habetur sub tit.9.l.5.lib.3.& 4. Idem.

fideiussor potest agere contra debitorem ex sola confessione creditoris dicentis recepisse debitum à fideiussore.Hippo. in Rub.de fideiuss.numer.265.& Anto.de Tremo.in add.ad Bona.in pract.except.in Rub.quib.mod.suo no. numero 39. vers. sub iudicibus secularibus. versic. fallit. 20. communem dicit. Idem.

Hanc similiter communem dicit Ias.in l.sciendum. nu. 30. qui satisd.cog.Quam ampliat vno modo,& limitat quatuor modis Hyppollit.in Rubr.de fideiuss.sup.alleg.num.27.cum seq. I.Fich.

Fideiussor est idoneus testis pro fideiussore,ad probandum quòd non fideiusserint principaliter. Iason. in lege, dictantibus, numero octauo. C. de testamentis. communem dicit. B.Villal.

Fideiussori non citato non nocent facta contra principalem,Rip.in l.his,apud.numer.34.C. de eden.communem dicit. Idem.

Fideiussor licet in causis criminalibus vbi pœna capitalis imponenda est, vel etiam corporalis, interuenire non possit (quæ & ipsa communis est opinio) tamen potest, quando consuetūdine loci ita receptum esset. communem dicit Petr. à Duennas. libro primo. Regul. Iuris. Regul. 231. in fine. I.Fich.

PRO.fideiussor pro fideiussore accipi potest.l.Græcè.§.fi. ff.de fide. Bellon.

PRO. Fideiussor non potest obligari in grauiorem causam, quàm principalis. lege, Græcè. §. illud. ff. de fideiuss. Idem.

Fideiubens Titio de eum repræsentando toties,quotiens. seu de eum sistendo iuri, & non repræsentauit, nec fecit eundem iudicio sistere tenetur vltra pœnam debitam fisco ratione fideiussionis,& prædictæ remissionis parti,ad cuius instantiam fuit captus,ad interesse,secundum gl.fi.in l.fi.ff.si quis ius voc.non ierit,quam communem esse asseuerat Afflict.de cis.234.& ibi quoque explicat ita sacrum consilium iudicasse,& sequitur istam communem Foll.pariter in sua pract.crimina. in fragmentis. rubric. de fideiussoribus. numero 260. circa finem. dict.practica. F. Viuius libro secundo. opinio. 209.

Fideiussor tutoris qui patitur nomen suum apud acta scribi nisi præsens contradicat,perinde iuxta communem tenebitur ac si stipulatio interessisset vt refert Bened.Capr. reg. 56. nu. 18.vide infrà Tutor.

Fideiussor in causa criminali, si is pro quo fideiussit postea imputatus sit de alio crimine, & bannitus, tunc ille fideiussor datus in prima causa non tenebitur illum consignare sub pœna in fideiussione contenta. imò sequuta condemnatione contra reum remanet fideiussor liberatus, nec tenetur illum amplius præsentare. Communem dicit Albert. in quart.part. stat. quæst. 64. & Bossi. in titul. de carcer. fideiuss.relaxan.numero 41.Clar.d.§.fin.quæst.46.versic.quæro. P.Fichard.

fideiussor in prima instantia, regulariter non tenetur in secunda. sed lata sententia expirat eius fideiussio. communem dicit Boerius decis.315.numero 1.Pari.cons.171. numer.30.lib.3.Clar.d.§.fina.quæstione 46.versic.sis tamen. P.Fichard.

fideiussor de iudicio sisti,& iudicatum soluendo,acceptus in causa principali, non tenetur in causa appellationis, nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

alind sit actum, per casum singularem secundum Bar.in l. cũ apud.ff.iud.sol.& l.2.cum gl.ordinaria.C.de procur.& §.si verò aliquis.in fi.Inst.de sat.Quicquid contra senserint Guil.de Cu.& Marsil.in d.l.cum apud. Idem in fideiussore de rato secundum Dyn.ibi per iura præall.Præmissa limitari possunt secundum Bart. vbi s.nisi victus appellasset, & appellationem deseruisset non prosequẽdo. quia tũc teneretur etiam in causa appellationis. quia agitur tunc ex prima sententia, non ex secunda.l.fi.C.de temp.appel. Balb.decis.99.

Fideiussor si habuerit confessionem à creditore, quod ei satisfactum sit, potest agere contra debitorem, non aliter probata numeratione, quia confessio creditoris de recepto verã probat numerationem, vt fideiussor contra debitorem agere possit Alex.de Imol.post Pau.de Cast.in cons.90.in 3.lib.&in cons.26.in 2.lib.& in cons.123.in 6.vol.con.Dec.in con.493. nu.6.in 4.par.cons.Hipp.de Mars.in Rub.de fideiuss.nu.310. vers.35.quæro.vbi ipse inquit: hanc sententiam veriorem & magis communem esse, ꝙ sufficiat talis confessio creditoris dicentis, sibi satisfactũ esse à fideiussore, vt ipse fideiussor possit agere contra principalem. Matth.de Afflict. in Decis. sacri cons. Neapoli. Deci.94.nu.2.& 3. Quam sententiam quoque communem esse ante Hipp.tradit Ias.in l.duobus reis.nu.9.ff. de iureiur.sequitur Rolan.à Valle, in cons.17.nu.9.in j.Tom. cons. Licet multi alij Doc.contrariam sententiam secuti fuerint, quos referunt Hipp.de Mars.in d.rub.d.n.310. Et apostil. Alexan.in d.cons.90.in ver.Florentiæ.in d.3.lib.cons. kirch.

Fideiussor docens de solutione per instrumentum confessionis creditoris tantùm, non potest agere contra debitorem principalem: quia debet de reali solutione constare, secundũ gl.cum Bar.in l.duobus.ff.de iureiur.Cy.in l.si quando.C.vnde vi. Balb.decis.305.

Fideiussor omni priuilegio competente principali gaudebit, si faciat quod reus principalis suscipiat in se iudicium motum contra ipsum fideiussorem, & opponat tale priuilegium vel exceptionem ex persona sua. textus est not.in l.idémque. § sed generaliter.ff.mand.& gl.magna, in l.si fideiussor. ff. illo eo.tit. Idem quando fideiussor se opponeret in iudicio, non vt fideiussor sed vt defensor principalis rei, per casum in l. verũ. §.1.ff.pro socio. Balb.decis.17.

Fideiussor ordinis vel excussionis exceptionem solum ante litem contestatam allegare potest. vt commune placitum esse arbitratur Raphael Cuman.ad fin.Soc.nu.9. Zas.n.17. in l.1.ff.de excep. Ias.in l.decem.n.6.ff.de verb.obl. Fel.in c. exceptionem nu.42.de excep. Ang.in §.appellatur.nu.16. Sed ego contrarium æquius melius existimo, ac non minꝰ receptum affirmare ausim. nam id docet gl.in l.3.ff. de excep. ad finem. quam illic sequitur Alb.& Ang.Spec. idem affirmantem laudans: & probant Bal.nu.3. Salic.nu.6.ver.sed caue. Paul.nu.3. in l.2.C. comm.divi. Benedict.de Plumb.in trac.de discus. nu. 18.additio ad Iaco.de Aren.in tract.de excussio.nu.32. Anto. de Trem.in pract.ad Bonacur.vers.aduerte & antea Paul. Ca. in d.l.decem.nu.6.& in l.vlt.n.9.ad fin.ff.si cert.pet. Montan. in sua pract.c.de except. Aymon Crauet.in cons.263. fauentque maximè iuris rationes, de quibus alibi & latius & opportunius. E.Suarez.

Fideiussor indemnitatis (vt doctores loquuntur) & si omnibus fideiussorum beneficiis ac legum auxiliis renunciet, non tamen poterit ante principalem debitorem cõueniri. vt commune dogma assero intrepidè ex Bar.& Plat.in l.1.C.de conuenien.fisc.debit.lib.11. Ang. Alex. Ias. Dec. Alci.in l.vlt.ff.si cer.pet. Bal.l.1.C.de iis, quæ in fraud.cred. Salic.in l.1.C.quod cum eo. Alex.cons.29.nu.22.lib.7. Rhod. Soarez in tit.de los emplasamentos. Amplia vt idem processurum sit, & si huiusmodi fideiussor iureiurando se obstrinxerit. vt frequentius receptum arbitror ex Alex. Ias. Dec. Alci. ĩ allegata l.vlt.ff.si cer. pet. Fel.in c.ex rescripto de iureiur. conferunt ea, quę tradunt Tiraq.in l.si vnquam.n.147.C.de reuoc.donat. Did.à Couar. in c.quamuis pactum in 1.part.§.4.de pact.lib.6. Memineris q; semper quod absque dubio huiꝰ generis fideiussor excussionis exceptionem poterit opponere post litem ꝓtestatam, & si alios fideiussores non posse concedamus, vt frequenter placitum opinor, ac verissimum asseuero cum Bald.in c.ex rescripto, de iureiur. Ias.n.1. Alc.n.3 .in l.vlt.ff.si cer.pe. Aret.in l.decem. Hipp.in rub.nu.314.ff.de fideiuss. qua in re labitur. Alex. cons.29.nu.24.lib.4. E.Suarez.

Fideiussor pater ante liberorum executionem, pro quibus promisit, aut interuenit, conueniri insolidum potest. vt commune aiunt Pirrhus in l.2.C.de decur.lib.x. Viuius lib.3. opi. 239. Idem.

Fideiussor, mercator, vel campsor, cõueniri atque exigi ante debitoris ipsius executionem potest. vt commune pronunciare non verebor ex Bal.& Sal.in l. frustra.C. de non nume. pecun. Ang.in §.item si quis.in fraudem. Inst.de Action. Ias.in singularia.num.39.ff.si cert.pet. Cur.Sen.cons.6. Dec.in l.vlt. nu.23.ff.si cer.pe. Hypp.de fideiuss.n.8. Cassan.in consuet. Burgund.rub.1.§.5. Ant.Gome.de contract.c.13.n.4.vers.4. limi. Eman.à Costa in l.si ex cautione.limit.17.nu.2.C. de non nu. pec. quod placet, & si apertè reluctetur text.in Iustin. nouella 36.de argentar.contract.§.1. sed hac de re vberius alibi. Idem.

Fideiussor à debitore solutionem diu remoranti, vt sese fideiussione expediat, rectè ac iure exiget, eaque in specie iudicis arbitratus temporis spacium metietur. vt commune inquit Ant.de Trem.in addit.ad Bonac.in pract.excep. in rubr. quib.mod. suo no. num.3. vers.diu stetit. Villa.in sua collect. Idem.

Fideiussor ad corporis pœnam propter alterius delictum. subeundam interuenire nequit. vt commune aiunt Didac.à Couar.lib.2.resolut.c.8.n.8. Iul.Clar. in practi.§.vlt.q.46.ver. sed nunquid. Idem.

Fideiussor non quis inde constituetur, quod etiam apud iudicij acta præsens, gnarus ac tacitꝰ fuerit, cum alter illum pro se fideiubere diceret, nisi si & expressim consenserit. commune ait Boer.decis.314.nu.5. Idem.

Fideiussor de aliquo sistendo totiens, quotiens, si cum requisitus non stiterit, nõ solum ad pœnam fisco tenebitur, sed & parti ad id, quod eius interest, obligabitur. cõmune inquit Afflict.dec.234. Falle.in pract. criminalis fragment.in rub. de fideiuss.nu.260. Idem.

Fideiussor ex remedio l.2.C.de rescin. vend. absque dubio iuuari.poterit. vt commune ponunt Alex.& Iac.in l.1.C.de fideiuss.minor. Idem.

Fideiussor ita pauper, vt de suo nequeat soluere, ne in carcerem alioquin trudatur, poterit de principalis debitoris bonis soluere. vt frequenter placitum affirmat Hippol.in rub.n. 429.ff.de fideiuss. Idem.

Fideiussor, cum reus principalis soluendo est, & ipse excussionis beneficio non renunciauit, & testis, & iudex pro principali esse poterit. communia inquit latè Viuius lib.1. opi.399. post iuris vtriusque apprimè carum Io.Ronchegall.in l.reos. nu.53.ff.de duob.reis. Idem.

Fideiussor simpliciter datus, atque accepꝰ in prima instantia, si appellatio interuenerit, & deserta non amplius in euentum vllum tenebitur. commune ponunt Viuius lib.2. opin. xcviij.ac Iul.Clar.in prac.§.vlt.q.45.vers.sis tñ cautus. Idem.

Fideiussor in prima instantia, non censetur repetitus in secunda, & est communis opinio. Etiam in criminalibus, Boeriꝰ decis.315. Parisi.cõs.171.n.30.li.4. Clar.q.46.vers.si tñ cautꝰ. Et ideo qñ iudex maleficiorum recipit fideiussores, debet facere eos obligari ad omnẽ pœnã, quæ posset sequi ratione ꝑ cessus. vt docet Paul. de Cast. post Bart. in l.rẽ in iudiciũ.ff. de in litẽ iuran. Et liberãtur fideiussores de præsentãdo se ad mãdatum potestatis. & de soluẽdo omnẽ ꝺdemnationẽ, si post ea reus fuit ꝺdemnatus, & eius bona ꝺfiscata. Cast.in l.si debitori.n.2.ff.de fideiuss. Et no.qsi statutũ imponat pœnã centum ꝑ vulnere, & mille ꝑ homicidio, & aliquis accusatꝰ vel inquisitus de vulnere dedit fideiussores, & est relaxatus, qa pœna est pecuniaria, & postea ille vulneratus est mortuus, & iudex ꝺdemnauit accusatũ in mille, non tenentur fideiussores, Cast. in l.fideiussores nu.1.ff.de fideiusso. vide tñ postea. Bonacoss.

Fideiussores in instrumẽto pacis adhibiti in casum contrauentionis secundum communem opinio. non possunt cogi ad soluendum pœnam, nisi legitimè & plenè constet de pace rupta, & de contrauentione per testes, vel veram confessionẽ principalis, pro quo fideiusserunt. adeò quod eius ficta cõfessio, quæ inducitur ex contumacia, seu bãno contra contumacem dato, non sufficeret, vt est communis opi. de qua Rolan. à Valle in cons.94.nu.24.in 3.vol. Et no.ꝙ fideiussor, qui fuit præsens, & scriptus fideiussor pro condemnatione soluenda, si non contradixit, obligatur. Bart.in l.1. ff.de fideiuss. Arno. commentario. 174. Et si carceratus offert fideiussores, & aduersarius nõ cõparet, potest iudex recipere. & illum relaxare. Cast.in l.eum, pro quo quis.ff.de in ius vocan.nu.2. Bonac.

Fideiussor ib. relaxatur reus, & procurator admittitur vbi non imponitur pœna corporalis, vt est communis opinio. de qua Mars.cons.75.n.j.in 1. Et debent esse idonei fideiussores, aliàs nõ debet iudex maleficiorũ relaxare reũ accusatũ. Ang. in l.edicto. quæ est l.1.ff.in ius vocati vt eant, vel satis. quia nõ intelligitur cautum, qñ est vitiosè cautum. Ang. in l.quoties. ff. qui satisd. cog. Et recipiens fideiussorem minus idoneum, sibi imputet. vt ibi ꝑ er Ange. Et debet esse ideneus fideiussor facultra

facultatibus, possidendo stabilia, vel mobilia, vt mercator. Ang.in l.fideiussor.ff.eo.qui satisd.cog.Et quis sit pauper,vel diues iudicis arbitrio relinquitur inspecta qualitate causæ, & cõditione personarum.Ang.in l.si verò.§. 1. ff. qui satisd.cog. Menochius de arbitrio iudicis.Et debet quis dare fideiussores ciues,& non forenses.Ang.in l.fideiussor.§. 1.ff.qui satisd.cog. & est communis opinio.de qua Riminal. nouissimus in cons. 93.nu.16.& seq.vbi facit differentiam inter fideiussionem necessariam & voluntariam,si necessaria, & tunc forensis est idoneus.Et caueant officiales,ne relaxent carceratos cum fideiussore de iudicio sisti tãtum,quia liberantur per sententiam cõdemnatoriam. Sed debent recipere fideiussores debitum solui,vt inquit Bal.in c.dilecti. n. 12. de appella. vbi dicit bonam practicam. & no.quia quidam potestas, qui hoc ignorauit, ꝓ incauta relaxatione cuiusdam carcerati, in syndicatu fuit cõdemnatus,&desolatus.vide Cast.in cons. 328.in 2.vol.Vbi tradit cautelam,ꝙ iudex faciat apparere in actis, qualiter ex tali, & tali iusta causa, quæ animum suum mouerunt,pronunciat non esse talem personaliter detinendum. sed sub fideiussoribus dimittendum. Et not.ꝙ si Notarius Curiæ maleficiorum recipit fideiussorem pro communi Ferrariæ, ꝓ omnibus quorum interest, vel interesse posset, non committere malum in eius districtu: Offensus Bononię,non potest agere ex dicta stipulatione ad pœnam contractus.Bald.in l.1.§.huius studij. ff. de iusti.& iure.& dictus fideiussor non tenetur ad pœnã quanti pluris.Bal.in l.siue in duplum.ff.qui satisd. cog. Et no.quod reus conuentus suo nomine, tenetur satisdare iudicatum solui. Et licet pœna sit parua & ipse reus sit ditissimus, non tamẽ debetPotestas dimittere propriam promissionem sine fideiussore,quia ista est forma data, ꝙ recipiatur fideiussor,à qua nõ est recedendum Bal.in l.minor.§.fi.ff.de procurato.Et licet qs sit obligatus ad dandum fideiussorem teneatur dare illum, q sit idoneus facultatibus. Tñ si aliquis ad iudicem ducatur,debet relaxari,si persona sibi coniuncta pro eo præsentãdo fide iubeat, licet non sit idoneus facultatibus. text. est in l.1. cum duabus seq.ff.in ius vocati eant,vel satisdent.de quo Cur.iun. in cons.257.nu.28.in 3.vol. Bonacoss.

Fideiussor non intercedit,vbi venit imponenda pœna corporalis.Soarez.vers.fideiussor.nu.145. Bonacoss.

Fideiussores in instrumento pacis adhibiti.in casu contrauentionis,non possunt cogi ad soluendum pœnam, nisi legitimè & plenè constet de pace rupta per testes,vel veram cõfessionem principalis,vt est communis opi.Rolan. à Valle. in cons.94.nu.24.in 3.vol.Adeò, ꝙ eius ficta confessio, quæ inducitur ex contumacia,seu banno contra contumacem, non sufficeret,vt est communis opin.Rolan.ibi.Et fideiussor promittens præsentare reum toties quoties non liberatur,si domus reo fuerit assignata loco carceris.D.Hieron.à Monte. In suis quæst.variis.q.28.Et quoties sit reus personaliter captus, & incarceratus,eius fideiussores per hanc incarcerationem liberati esse dicuntur.D.Nonius in cons.103.nu.8.Etiam si dictum fuerit toties quoties. Bonacoss.

Fideiussor & correus:an pro fideiussore & correo testificari possint?Dic,ꝙ sic,quando in causa principaliter non testificantur, etiam si fideiussor pro confideiussore deponat: qui non interceserunt vt principales, sed vt confideiussores, ita Alex.cons.78.col.1. vers.& ideo lib.1.Qui fideiussor ratione sui interesse: non est idoneus testis, teste eodem Alex. cons. 154.nu.4.lib.5.ꝙ autem fideiussor non sit idoneus testis:scribit idem Alex.cons.176.col.2.nu.3.lib.7. De quo plura not. Ias.in l.si cui legetur.§.si titio.n.15.ff.de leg.j.Viui.inter com. opi.lib.18.vers.testis. idem Ias.in l.dictantibus.post n.8.C.de testam.

Fideiussor qui simpliciter promisit sistere in iudicio,vel ꝓmisit sistere quandocunque.fuerit requisitus, vel toties quoties placuerit iudici, an liberetur lata sententia? & dic, quòd non,secundum Iaso.in l. fideiussor.§.in fideiussorem.colum. secunda post numer. 9. ff. qui satisdar. cogan. & an fideiussor possit se obligare ad pœnam mortis, si reum non præsentauerit? vide eundem Iaso. in l.non impossibile. numer. 2. ff. de pac. vbi concludit quòd non, de quo vide quæ scribit Rom.sing.129.Doc.in apostil.ad text. in l.si quis reum.ff. de custod.reor.

Fideiussor in duriorem causam cum iureiurando acceptº instar debitoris principalis tenetur,non amisso tñ epistolæ Dini Adriani, aut excussionis beneficio. vt commune pronuntiat Alciat.in c.cum contingat.nu.174.de iureiur. E.Suarez.

Fideiussor in pecuniam acceptus, cùm principalis rem debet nullo modo ac nulla via tenetur. commune ponit Arius Pinellus in diuersã omnia abiens in rub.part.1.c.3.n.18.cum seq.C.de rescind.vendit. Idem.

Fideiussor de iudicato soluendo obnoxius executioni est absque alio nouo processu,commune inquiunt Cagnol.in l. nemo alienæ in fin.ff.de reg.iur.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q. xcv. ad fi.in prin.At qui fideiussor ex contractu est,sententiæ contra principalem latæ executioni non item subiectus est, vt commune affirmant Imo.in c.peruenit.de fideiuss.Turzan. opin.cxl. Idem.

Fideiussor ex conuentione acceptus si fiat non soluendo, non poterit idcircò creditor alium idoneum postulare,vt cõmune testatur Alex.cons.lx.lib.v. Idem.

Fideiussor in id, quod interest, rectè accipitur, cum principalis factum debet.commune pono ex Aret.in l.in illa stipulatione.in 1.n.3.ff.de verb.ob.Alex.in l.si insulam.n.42.ff.illo eod.tit.Ias.in l.non amplius.§.vlt.nu.15.ff.de leg.lib.1.Dec.l. certi condictio.nu.7.ff.si cert.pet.& in c.1.lect. 1.num.22. de iudic. Idem.

Fideiussor in maiorem summam acceptus nec vllo modo, nec aliqua in quantitate obligatur.commune aiunt Fulg.in l. hactenus.§.1.ff.de constit.pecu.& Alex.& Ias.nu.9.in l.1.§.si stipulanti.ff.de verb.oblig.Sed aduersa opinio, quæ fideiussorem in pari summa ipsi debitori obligari censet.& verior mihi videtur,& æquè recepta est,quippe quia ab ea stant Azo in summa de fideiuss.nu.7.Cyn.& Albe.in l.vlt.C.de fideiu.Dec. & ad eum Apostil.in l.in eo quod plus.n.13.ff.de reg.iur.Galeaul. Alciat. Corasi. & Duare.in allegato §. si stipulanti mihi, ac Balduinus Costa, & Stephanus Bodæus in §. fideiussores, Insti. de fideiussor. & notabili eam vberrimè comprobamus.

Fideiussor cum debitore rectè iuréque paciscetur,vt pro ea quantitate, quæ debetur.emptum sibi pignus sit si intra certũ tempus non liberetur,ac non liberatus ipse soluerit, nullúsq; erit consequenter in fideiussore locus constitutioni. l. vlt. C. de pact.pignor.vt commune inquit,ex multis cõtrarium cordatè ipse probans Arius Pinel.in Rub.2.part.ca.1.nu.31.C.de rescind.vendit. Idem.

Fideiussor soli bona non habens. non aliter nec alias dicetur idoneus. quam si pro diuite spondeat, vt commune dicit Hippol.in rub.nu.228.ff.de fideiuss.vt nec qui castrum munitissimum habet,vel alia ratione difficile conueniri potest idoneus fideiussor dicetur,vt verius cum Ang. atque Angeli sectatoribus in l.2.ff.qui satisd.cog.pono. Quamuis contrarium commune pronuntiet Boer.q.238.& qui eum laudat Iac.Menoc.nu.315.Nec ita procurator litigiosus aut cauillosus fideiussor idoneus habebitur, vt receptum ponit Viuius lib.2. opi.cxij.Nec rursus idoneus fideiussor censebitur qui patrimonium non habuerit,& si summa fide dignus habeatur ac vitæ honestate excellat,vt commune pronuncio ex Alb.Soc.num. 3.& aliis in l.2.ff.qui sat.cog.Alex.Aret.& reliquis in l.si quis stipulatus.§.si quis ita.ff.de verb.obl.quicquid Ias.in l.1.n.19. ff. qui satisd. cog. Hippol.in rubr.ff.de fideiuss.num.180.scribant. Idem.

Fideiussor patiẽs se nominari,poni,ac describi in actis curię à notario pro fideiussore alicuius,&incontinenti non contradicens tunc obligatur,teneturque licet expresse non dicat,ita promitto, atque fideiubeo, & sic iste fideiussor nominatus apud acta eo præsente, & non contradicente nominationi de se factæ censetur promisisse,& quod omnia fuerint solenniter acta,sicut si fideiussor expressè describi consensisset,vt voluit Bar.in l.cùm ostendimus.§.si.ff.de fideiuss.tut.&curatorum.& Ruinus,n.11.Marcellus Berincutius. cum aliquibus aliis Moder.in l.1.ff.de verb.obl.Bald.cons.204.vol.1.Ang.in trac.maleficiorum.in gl.pro quibus Antonius fideiussit,nu.12.Benedi.de plumbi.in l.manumissio.ff.de manum.vind. & Alberic. de Rosate,in tracta.de testibus.sub nu.129. in rubr.qui testes non cogantur testificari. Sed opinio hæc Bart. & sequacium communiter à nostratibus reprobatur,in d.§.fi.& variis in locis iuris nostri.vt latè deducit, & apertè fatetur Boeri. decis. 314.n.5.videlicet,quod non inducatur aliquo modo stipulatio, etiam ob iudicij calorem vbicunque fideiussor ipse deferi ptus nihil respondeat. F.Viuius lib.2.opin.111.

Fideiussor non est idoneus quotiescunque custodiam castri haberet,vbi fideiussio p eum dari,ac præstari debet,q̃m iudex,seu eius familia nullo modo potest accedere ad exequendum ꝺ eum,fm gl.Bart.n.1.Ang.Roma.Paul.& Alex.in prin. in l.2.ff.qui sat.cog.& Boer.decis.238.nu.5.post medium.vbi ait sententiam istorum communem fore,& Alex.in d.l.2.nu. 1.& sequitur Marc.in repeti.rub.ff.de fideiussor.nu.302.idẽm que videtur dicendum in notario,vel procuratore valde rixoso,litigioso,cauilloso,siue potenti,qui tanquam non idoneº haudquaquam ad fideiubendũ admittitur,fm gl.Bar.Alex.n. 2.in d

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.in d.l.2.&Nattam conſ.cxliij.n.10.& ob doctrinam iſtam ſi cuti veram,& communem declaraui in facti contingentia in ciuitate Therami,dum eram ibi iudex criminalis quendã Horatium Delficum ciuem ibi, & procuratorem non fore idoneum fideiuſſorem:item non eſt idoneus fideiuſſor,qui caret bonis immobilibus, ideò ob hoc poteſt tãquam nõ idoneus recuſari à creditore,vt voluit gl.in §.ſuſcepto.in auth.de exhi. reis.Spec.ti.de ſatiſd.§.dicto verſ.ſed ſi ſcholaris.Bald.in c.coram.de of.dele.Ang.Paul.Caſtrẽ.Alex.n.5.& Iaſ.n.1.in d.l.2. ſed hoc non procedit, vbi principalis valde diues,& idoneus foret,ſiue reperiretur, tunc equidem quis quantũuis pauper ſeu nõ idoneus facultatibus admittitur ad fideiubendum pro eo,ſecundum glo.in verſ.præſtitiſſe.in l.mulier.C. de iure do. Paul.Caſtren.Roma Alex.nu.4.Iaſ.num.5.& alios in d.l.2. & Marſ.in d.rub.ff.de fideiuſ.nu.269. vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem. F.Viuius lib.2.opin.112.

Fideiuſſor repetens à debitore principali ꝙ ꝓ eo ſoluit nõ admittitur ad probandum ſolutionem per ſolam creditoris confeſſionem, & ſic per huiuſmodi confeſſionem non probatur ſolutio, & fideiuſſor ob hoc duntaxat repetere nequit à debitore illud,quod aſſerit ſoluiſſe pro eo,ſecundum glo.in l.duobus reis.§.j.ff.de iurciur.quam ſequitur Bart.ibi,& Fulg. Bart.in l.reos.in 5.q.ff. de duobus reis.& Rom.in l. prædia.ff. de acq.poſ.ſed Bar.ipſe reuocando,ſeu mutando iudicium in melius tenuit,&voluit contrarium conſ.clx.Titius promiſit, videlicet. vt fideiuſſor poſſit agere contra debitorem vigore talis confeſſionis creditoris dicentis ſibi ſatisfactum eſſe à fideiuſſore,& ſequitur Sal.Pau.Caſtr.Roma.Alex.& Iaſ.in d.l. duobus reis.& ita conſuluit Alex.conſ.25.viſo inſtrumento. vol.2.& conſ.128.vol.6.& opinionem iſtam inquit communem Fulg.& Alex.in d.l.duobus.§.j.n.2. Bellonus conſ.lxxvij. nu.6.&ſeq.Tiraq.in tracta.de vtroque retra.in tit.de retractu conuentionali.§.1.gl.18.n.84. & Marſ.in repetit.rub.ff.de fideiuſſori.n.310.& 312.vbi etiam ſequitur & declarat,& ſecũdum communem iſtam conſuluit quoque Paul. Caſtr. conſ. cccxcvj.queritur vtrum fideiuſſori,prout ipſe refert,aut teſtatur,in d.l.duobus reis. & ſequendo ego communem ſententiam prędictorum breuiter concludo,quod licet multi ex doctoribus dicant Bar.contrariari,in hoc tñ non meretur allegari contrarius, nam in d.l.duobus reis.non firmat pedem, vtiſ enim verbo forte, & opinionem iſtam communem plenius poſui,quàm hic in 1.li.communium opinionum, & eam ibi quoque ſequutus fui in opinione fideiuſſor poteſt agere. F.Viuius lib.2.opin.113.

Fideiuſſor pauper à creditore vocatus, & conuentus in iudicio poteſt ſoluere de bonis principalis ſtante paupertate ſua,& impoſſibilitate,difficultate, ſeu impotentia ſolutionis de ſuo proprio,ne in carceribus maceretur,& in eis perpetuò detineatur,ſecundum Bar.per illum tex.in l.ſi procuratorem. §.ſi ignorantes.in prin.ff.mandat.Ang.in auth. vt omnes obe. iudi.Bal.in c.ſi qui teſtium. in fin. extra de teſt. & Bart. & Bal. in l.ſi.in auth.qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi opor. quorum ſententiam ſequitur,declarat,& ait eſſe cõmunem Marſ. in repeti.rubr.ff. de fideiuſſor.num.429. F. Viuius libr.2. opin.114.

Fideiuſſor eius, qui verè debitor eſt, ad debitam quantitatem infra ſex menſes ſoluere promittens non liberatur, nec eximitur ab obligatione fideiuſſoria, licet creditor ſine licentia,& conſenſu ipſius fideiuſſoris diem ſolutionis debitori ꝓrogauerit,& ſic fideiuſſor iſte non liberatur,ſi creditor mutat obligationem ex conuentione facta cum debitore principali circa cõſenſum ipſius fideiuſſoris ſecũdum Hoſt.Anch. Imo. & Abb.in c.conſtitutus.de fideiuſſ.Bar.in l.Lucius.§.Paulus. ff.de adminiſt.tut.Alex.Iaſ.nu.2.in l.lecta.ff.ſi cer.pe. & Marſ. in repe.rub.ff.de fideiuſ.nu.19. & ſeq. cum aliis relatis ibi per eum quorum opinio communis eſt,teſte Iaſ.& Dec. in d.l.lecta.& Marſ.in d.rub.vbi citat etiam doctores contrarium aſſeuerantes,coſdémque allegat Augu.Beroius,in c.de cauſis nu. 34.& ſeq.de offic. iud. deleg. vbi hoc indeciſum derelinquit. F.Viuius lib.2.opin.110.

Fideiuſſor datus,ſeu acceptus in prima inſtantia, non tenetur in eo, quod poſtea iudicatur in cauſa appellationis, niſi aliud actum ſit.l.cum apud. ff. iudicatum ſolui, quem tex.dicit ſingularem ibi Bart.in pr.& quamuis.d.l.cum apud,loquatur, vbicunque prima ſententia fuit abſolutoria ,& actor appellauit,nihilominus idem eſt ſi prima ſententia condemnatoria fuerit,& reus appellauerit,ſecundum Bart.nu.4.& Ang.ibi per tex.gl.in l.2.C.de procu.& ibi Cyn.& communiter omnes, & inſti.de ſatiſdationibus.§ ſin autem.de quo ibi per Fabrum, & Aret. nam non oritur actio iudicati ex prima ſententia, ſed ex ſententia appellationis confirmatæ, ideoque imputetur actori ꝓtra reum in cauſa appellationis ſi non petierit cãueri.l.eos §.fi.C.de appel.hocque verum apparet,vbi appellatio non eſt deſerta,aliàs ſecus,ſecundum Bar.in d.l. cum apud. Imò memorata communis ſententia ampliatur intantum procedere, vt cautio de iudicio ſiſti,aut repræſentando minimè ſe extendat in cauſa appellationis,quia expirauit per ſentẽtiam.l.græcè. §.& poſt litem.ff.de fideiuſſ.& ibi per Pau.Caſt.& Imo.verùm huiuſmodi cautio quotieſcunque præſtita eſt pro abſente,tunc expirat,ex quo ſemel reus extitit præſentatus,ſecùs ſi fuerit præſtita pro reo præſente,quoniam durat vſque ad ſententiam,ſecundum Alex.in add.ad Bart.in l.1. ff. ſi quis in ius voc.non ierit,hoc verò limitatur nõ procedere,quando cautio de ſiſtendo reo in iudicio toties,quoties iudici viſum fuerit præſtita foret, nam durat etiam poſt ſententiam iuxt. not. Bart.in l.ſi quis res.ff.de cuſt.reor.& per Ang.in l.1.§.1.cod. tit. F.Viuius lib.2.opi.118.

Fideiuſſor promittens præſentare reum toties quoties, &c. non tenetur repreſentare eum, qui propter vulnus inflictum detinebatur, ſi deinde vulneratus ſit mortuus, vt eſt communis opi.de qua D.Hiero.Gabriel.in conſ.181.num.5. Bonacoſſ.

Fideiuſſores tenẽtur repreſentare reum,quem promiſerũt repreſentare toties quoties. ſi reus eſt bannitus, ſi ſibi tamen fuerit factus Saluuſconductus à iudice de voluntate Principis,& fidantia oblata: vt eſt communis opi. de qua D. Hiero. Gabriel.in conſ.181.n.23.vbi allegat Ange.dicentem ita cõmuniter ſeruari,quia data fidãtia impoſſibilitas ceſſat ſiſtendi in iudicio.Si tamen facta omni diligẽtia, ipſe reus bãnitus nolit ſub aliqua fidantia comparere,excuſantur ipſi fideiuſſores de præſentãdo toties quoties à mora,& per cõſequens à pœna, quia difficultas excuſat à mora, & conſequenter à pœna, vt ibi.n.24.& ſeq.Et ibi dicit.n.17.ꝙ licet qs promiſerit repreſentare reum toties quoties , ꝙ ſi pro vulnere ſit reus accuſatus,ſic moriatur, vel in bãno ponatur. Et poſtea reuerſus homicidium committat,non tenetur ipſe fideiuſſor.Etiam ꝙ ipſa fideiuſſio ſit præſtita in inſtrumẽto cũ clauſulis gñalib.quia in his prætoriis ſtipulationib.gñalia verba reſtringũtur exæquitate.Caballi.de eo quod intereſt.n.172.vide Gram.in cõſ.66. n.64. In ciuilib.vbi idẽ dicit,ꝙ æquitas ſeruatur, non rigor in iſtis iudicialibus & prętoriis ſtipulationib.Et vide per eũdem Gabriel.vbi ꝫ.n.17.18.& 19.vbi ꝓ D.Baptiſta ab epo. Bonac.

Priuilegium concessum alicui, simul ac omnibus suis descẽdentibus,tam masculis,quàm fœminis,quo casu filiæ possunt gaudere huiusmodi priuilegio si sunt virgines, aut viduæ, secùs si essent maritatæ, quoniam mutant statum, & sequuntur forum viri, vt tradit Bart.in l.quoties.C.de priuileg.scholasti. lib.12.& latè Ias.in l.j.n.18.C.de const.prin.Marſ.in rub.de fideiuss.n.113.& in l.vnic.n.200.C.de rapt.virg.& Ripa in li.2. responsorum, ca.3.nume.2.& ista est communis opinio,teste Hieronymo.Chucalon in addi.ad Deci.in l.fœminæ,numer. 95.in litera L.ff.de reg.iur.quamuis Dec. & malè in ca.nouit. num.4.ext.de iudiciis, affirmauerit contrarium, quòd mulier nupta retinet omnia priuilegia, ac omnes prærogatiuas, ex quibus non distrahitur à seruitio mariti, & hoc idem tenet Alex.in l.cùm quædam,nu.14.ff.de iurisdictio.omnium iudicum. Viuius.

Filia quæ per statum propter existentes masculos,vel agnatos excluditur,si à patre in testamento præterita sit,& illi masculi vel agnati, propter quos ipsa excluditur, instituti, non potest testamentum dicere nullum, neque contratabulare. com.l.Clarus.§.testamentum.q.42.ver.quæ quidem. P.Fich.

filia quæ sine patris consensu alicui nupserit,non potest ob hãc causam exhæredari nisi etiam turpiter & obscænè viuat. commu.dicit idem Clarus.in §.T.quæst.41. versi.sed quid si. Idem.

filia quæ vigore statuti ab intestato excluditur, legitimam petere non potest: & si prætereatur in testamento,testamentum nõ annullatur.est com.opi.secun.Deci.cõs.264. reuocatur in dubium.circa prin.vide latiſ.per Soc.cons.cl.per totum vol.1.vbi dicit magis communem, versi.prætereà ille. Et esse magis com.dicit Alex.cons.47.abundè.n.11.vol.2. M.Chæ.

Statutum disponens quòd filia dotata non succedat, cùm sit odiosum,contra l.maximum.C.de lib.præter. non porrigitur ad bona, sita extra territorium statuentium. est com. opi. secun. Alex.cõs.16.viso tit.quæstionis.in prin.& fi.vol.1.Dec. cons.276.proponitur quòd dominus. & cons.314.pro resolutione.in fi. Idem.

filia exclusa ab hæreditate paterna per statutum, vel renuntiationem,non prohibetur succedere fratri qui paternam hæreditatem adiuit. Est com.secun. Dec.cons.309. viso puncto. in prin. Idem.

filia enormiter læsa veluti cum pro vna dote pluribus hæreditatibus renuntiat, potest tali renuntiationi contrauenire etiam nõ obstante iuramento. Est com.opi.secun.Dec.consi. 379.requisitus.circa fi. Idem.

Statutum simpliciter disponens, quòd filia dotata non succedat,intelligitur de hæreditate dotantis,non alterius:nisi vltra procedat,exprimendo illas personas, à quarum hæreditate velit ipsam excludi.est com.opi.secun. Deci.cõs.346.omissis his.ver.est ergo insistendum. Idem.

Filia in bonis patris debet habere legitimam.auth.nouissima.vbi Doc.C.de inof.testa.& Dec.in consil.89.circa fi.Item & Trebellianicam, quæ faciunt dimidiam partem totius hæreditatis.cum sit grauata restituere ipsam hæreditatẽ sub conditione,secundũ cõmunem opi.Canonistarum. in c.Raynut. in c.Raynaldus.extrà, de testa. quæ etiam de iure ciuili communiter tenetur. Dec.in consi.55.n.8.& in cons.218.nu.5.& Rol.à Valle,in cons.85. vbi ipse multas authoritates Doc.adducit.n.12.in 1.Tom.cons. kirchouius.

filia impudica exhæredari potest,nisi resipiscat,vt est communis opi.Suarez verbo filia.n.287.& seq. Bonacoss.

filia ob parentum crimina,etiam læsæ Maiestatis,nõ plectitur,vt est communis opi.Soarez.ver.filiæ.n.30. Bonacoss.

filia contrahens matrimonium sine licentia patris,non cõtrahit ingratitudinẽ ex qua possit exhæredari.Nisi elegerit virum turpem Pan.in c.1.de sponsa.Pet.Rauen.in compe.ti.de Sponsa.col.2.communẽ dicit Vezinus Hispanus in suo Aerario.Communium opinionum. Bonacoss.

filiæ ob parentum crimina,etiam læsæ Maiestatis, non puniuntur, vt est cõmunis opi. Soarez in eius Thesauro.in verbo.filiæ.n.303. Bonac.

filia licet nupserit & collocata fuerit in matrimonium, tamen pater,secundum veram & communem sententiam,eam dotare obligatur: quia ipse ad duo tenetur,scilicet ad dãdum maritum filiæ,& constituendam dotem:glo.in verb.l.obligamur.vbi bona additio.in l.obligamur.ff.de actio.& oblig.l.fi. ver.neque enim.C.de dot. promiss.ita refert Ias.in l.si donatus.§.si quis indebitam.nu.5.ver.item moueor. ff.de condict. causa data. kirchouius.

Filiafamliàs licet nupta sit, & traducta ad domum viri, cùm remaneat in potestate patris. l. si vxorem.C.de cõd.inser.non potest super bonis maternis,vel super dote facere testa.Bal.in l.senium. n.5. verſ.sed an filiafamiliàs possit testari. C.qui testam.face.pos.Alex.de Imo.in cons.17.in libr.2.cons.& idem in d.l.senium.nisi ad pias causas & patris consensu.c.licet.§.fi. de sepul. in 6. Et hanc communem opinionem Doct. esse inquit Io.Dilect in arte testandi.tit.1.de his,qui non habent testamenti fact.Caute.1.n.1. Kirchouius.

Filiafam

Filiafam.(decet enim vt segnioris.semper generis fœminas masculis subiungamus) absque patris consensu matrimonium contrahens non idcirco iustè exhæredabitur. commune inquiunt Petrus Rauen.in compend.titul.de sponsal. Feli. numero 59. Dec. numer.trigesimosexto in capit.ecclesia,de constit.Ias.in authen.sed si post.C.de inoff.testa.Did.à Couar. in tracta. de spons.2.parte. capit.3.§.octauo. numero 5.& 6. E.Suarez.

filia quæ impudicitiæ notam sibi inussit,non solùm à patre etiam inhonestè viuente exhæredari potest. sed & alimentis destitui.vt commune latè ponit Viuius lib.1.opi.130.non tamen ob illam eandem causam à matre meretrice exhæredari poterit, vt idem Viuius eodem in loco frequenter placitum renunciat.quin si se hæc filia correxerit,& ad bonam frugem redierit, nec à matre, nec à patre, & si vterque summa honestissimæ vitæ laude polleat,exhæredari potest.commune asseuerant Rip.in l.vlti.nu.223.& sequ. C. de reuocan.donation. Viuius vbi supra,ac magna interpretum caterua, quam suprà retuli ver.exhæredationis causæ pœnitentia abolentur.Quãuis certè hac in specie contrarium omnino asseueranter censeam.sed ea.de re alibi. Idem.

Filia, cui pater mille sestertia testamento reliquit, si postea nuptum cum dote collocetur,non amplius ex illo legato cõ sequetur,quam quatenus dotis summa ipso præponderatur. commune fantur Alex.& Ias.in l.huiusmodi.§.1.ff.de leg.lib. 1.Io.Disect.de art.testan.titu.6. caut.36.Sed tu perleges,quæ copiosius hac de re obseruaui suprà ver.dos. Idem.

filia substitutum excludet,vbicunque illa conditio,si absq; filiis, adiecta proponitur, commune inquit Dec.cons.520.n. 3.& n.5. Sed vide, quæ superius alicubi ea de re vberius scribo. Idem.

Filia si in dote, quam iam penes maritum habet, instituatur, non præterita censetur, nec testamentum aliqua ratione inde periclitatur.commune affirmant Alex.cons.168.nu.11. lib.5.Ias.in auth.nouissima.n.49.C.de inof.testam. Guid.Pap. cons.63.n.3.Turzan.opi.38.I.Clar.de testam.vbi etiam.recepram illam sententiam asserit, quæ ad maiorem cautelam iubet,vt præterea in duodecim imperialibus instituatur. Idem.

filia dotata si masculis,superstitibus statuto excludatur,atque illi masculi mortem obeant,sic ad ius,succedendi patri redit, ac si nunquam exclusa esset vt frequenter placitum testificantur Soc.cons.63.in causa,circa fi.lib.1.Turzan.opi.162. Idem.

filia dotata si Statuto excludatur, cuius ĩ statuti rubrica sit, vt filia dorem adepta in ascendentium bonis nõ succedat, ab omni omnium ascendentium successione excludetur: & si in ipsamet statuti constitutione nõ alterius deinde fiat mentio, quàm matris vel auiæ,vt commune latissimè ponit Viuius li. 1.opi.314. Idem.

filia emancipata absque patris cõsensu ritè & olim potuit, hodieque potest,iure etiam ciuili,matrimonium cõtrahere, vt commune ponunt Eman.à Costa.in l. cùm tale §.si arbitratu.amplia.9.nu.3.ff.de condit.& demonstra. Did.à Couar.de spons.2.par.c.1.§.8.n.3. Idem.

filiæ tum virgines,tum viduæ iis priuilegiis fruuntur, quæ illarum maioribus tum masculis,tum fœminis cõcessa sunt, at quæ iam matrimonio aliquorum coniunctæ sunt, non itidem iis priuilegiis potientur, commune aiunt Chucalon ad Dec.in l.fœminæ.n.95.ff.de reg.iur.Viuius libro 1.opin.126. magis commune pronunciat Soc Nep.cons.168.n.57.libr.2. Sed contrarium proculdubio semper æquius, ac verius est, quod etiam magis commune asseruerunt Dec.cons.223.Cagno.in l.cùm quædam puella ff.de iurisdom. iud. & affirmant complures laudati à Tiraq.in l.1.connub.37.& qui copiosissimè allegantur ab Ario Pinelo(qui contrarium crebrius quidem fatetur,sed falsum omnino probat)ĩ l.3.n.34.C.de bon. mater. E.Suarez.

filiæ, si paternis bonis cum iureiurando renuncient, iuramenti absolutionem impetrare poterunt,ac deinde suum ius solẽniter prosequentur,quia scilicet eo ipso enormissimè læsæ cẽseantur, vt frequentibus doctorum suffragiis probatum inquiunt Dec. consi.203.nume.5. Viuius libr.1. opin.221. Idem.

filiæ,quæ superstitibus masculis statuto excluduntur, si in paternis testamentis prætereantur, ac masculi illi hæredes instituantur, non poterunt ratione aliqua eiusce modi testamẽti tuantur idcirco impugnare,vt commune affirmant Alex.n.6. Dec. ta idcirco impugnare,vt commune affirmant Alex.n.6. Dec. n.4.in l.filiæ dotem.C.de collat.idem Alex.nu.16. Ias.nu.58. Claud.nu.21. Crot.nu.109.in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff. de lib.& posthum.copiosius Iul.Clar.de testam. qu.42. verb. quæ quidem conclusio. Si autem extranei homines hæredes scribantur, aliud prorsus erit, vt receptum asseuerant Berous in c.Raynutius.nu.237.de testam.Viuius libro 1.opi.315.& si valde atque immeritò dubitet I.Clar.vbi supra, ver.secundus est casus. Idem.

filiæ ob patrẽtum crimina etiam læsæ maiestatis,& ob quæ filij plectuntur, nullam omnino pœnam incurrunt, vt receptum interpretum dogma effert Gygas de crim. læsæ maie. q. 14.n.15.quid enim mali de hoc sexu vel suspicari, vel in futurum timeri fas est? Idem.

Filia,statutum quòd filia dotata existeñ masculis non succedat:tunc dicitur filia dotata,quando pater ei reliquit mille pro dote, pater enim ita legando exercet actum paternum constituendi dotem filiæ,& ideo statuto satisfactum videtur, teste Bar. in l.titio. §. titio genero. de cond.& demon.Bal.nouel.de dote 6.par.priuileg.17.col.pe.& part.11.§.hactenus.n. 22.& est communis opi.secundum eundem Bal. par.1.col.4. Brun.de statut.exclud.fem. Artic.6.q.3.q.7. vbi dicit contrariam opi.de iure veriorem sed pro Bar.stat gl.in l.cum plures. §.pe.ver. alio patre vbi Bar.ff. de admin. tut. & vide quæ scribit Bal.vbi etiam Saly.col.vl.in l.sancimus.C.de nupt.Bar.autem opi.sup.alleg. intelligi potest: vbi statutum diceret, fœminam extañ masculis non succedere, dotari tamen debere, & si ita conceptum fuerit statutum, fœmina dotata non succedat extañ masculis, tunc falsa est opin. Bar.si quidem dicta dotis qualitas adesse debet: tempore quo filia excluditur à successione, nec dotata dicitur ea fœmina saltem vere: quæ dotem habet sibi sub conditione relictam, vnde hoc casu cõtra Bar. tenet Castr. d. §. titio genero Brun. de statut. exclud. fœm.articu.11.q.3.eo tamen casu quo vera sit opin.Bar.filia percipere debet alimenta ab hæredibus patris interim dum matrimonij conditio non euenerit, Saly.d.l. sancimus.col.fi. Quæ autem dicatur filia dotata? vide Alex. cons.13. post nu. 12.lib.3.vbi doct.in apostil.Ias.in l.commodissimè col.2.post num.1.ff.de lib.& posth. & quando locum habeat statutum, quòd filia dotata nõ succedat,& quid si statutum dicat:quòd dotetur?Alex.d.cons.13.num.10.12.14.libr.3.quid de statuto, quòd filia vel soror dotata excludatur ab hæreditate patris?& vide eundem Alex.cons.151.lib.2. Doct. in apostil.ad Bal.in l.1.litera H. C. de ser. fug. & Dic, quòd statutum quòd filia dotata non succedat:intelligitur de dotata tempore mortis,& congrue:saluo supplemento legitimæ,secus si statutum dicat,quòd debeat stare contenta dote data,Alex. consil.69. libr.1.151.libr.2.& si dicat statutum quòd debeat dotari:poterit dotari post delatam successionem,etiam si nolit nubere, teste Alex.consil.121.libr.6.cui adde,quòd filia dotata si per statutum excluditur: Dos non debet esse minor legitima, Alex.dict. consil.69.numer.2.libr.1.vbi apostil. dicit hoc. non habere locum quando filia dotatur à parente & future successioni renuntiat, Alex. consil.29.libro tertio.& in terminis conclusio. prædictæ, quando filia per statutum excluditur: quòd Dos congrua dicitur,quæ non sit minor portio quàm sit legitima:not. Alexand.dict.consil.centesimo vigesimoprimo.libro sexto. Dec.consil. vigesimosexto. colum. prima.in princip. vbi apostil. plura not. & ibi Dec.numer. secundo.loquitur de filia quando dotatur ab alio quàm à patre: quòd debeat dotari secundum quãtitatem patrimonij patris, item de filia quando dote contenta cum iuramento renuntiat successioni paternæ quòd non poterit pẽtere supplementum legitimæ, nisi maximus esset excessus, de quo plura scribit Port. libro quarto. concl. trigesimasecunda. & quòd filia licet à successione paterna excludatur stañ masculis, debeat tamen competenter dotari, no.Dec.cons.centesimo octuagesimo.n.2.

Filia primi matrimonij licet excludi possit per statutum à successione, tamen admittitur ad bona quæ deferuntur filiis primi matrimonij, in pœnam patris & matris transeuntis ad secunda vota.Sal.in l.fœminæ.§.illud.C.de secun.nupt.vbi refert se casum in facto habuisse,quod statuto prouisum fuisset, vt filius masculus succederet patri & matri exclusa filia, mortua matre successerat masculus, cui masculo postea ex statuto pater solus successit. postea pater se ad secundas nuptias contulit,& discessit superstite vno filio ex illo matrimonio, & dicta filia ex priori matrimonio, & in eo casu dubitatum fuisse, an illa habere deberet bona materna ad patrem prouenta mediante successione filij: & dicit ipse de iure responsum fuisse, filiam ex priori matrimonio admitti. cuius sententiam communiter alij doct.sequuntur Marian. Socyn. in consilio trigesimoquarto. numero tertio. versiculo. insuper etiam. Barthol. de Salyc. in primo volumin. consilio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phil.Dec.in conſ.87. num.3.ver non obſtat. & Albert.Bru.in trac.ſuper ſtatutis excludẽtibus fœminas & cognato. lineam à ſucceſ in art.8.prin.q.15.n.57.& 58.& in art.13.q.5.nu.75. verſ.& prædicta ſunt limitanda.ex Deciſ.Sal. Et hanc Saliceti opinionem communiter approbatam eſſe dicit quoque Rol. à Valle,in conſ 95.n.43.in 1.Tom.conſ. kichouius.

FILIAM dotatam patri ab inteſtato ſuccedere non debere, ſi ita ſtatuto prouiſum fuerit,pater condidit teſtamentum inſtituit filios,& filiam præteriit,filia præterita impugnat teſtamentum,fratres contra illam,quod vigore ſtatuti ſit excluſa, opponunt, reſpondet ipſa, ſtatutum excludere ipſam ſolummodo ab inteſtato, vnde ſtatutum non eſt ad caſum confecti teſtamenti trahendum. Quam ſententiam plerique approbarunt.Bal.tamen contrariam ſententiam cõſulendo amplexus fuerat,cuius ſententia communis eſſe videtur referente Chriſtoph.Portio,inſti.de exhære.libe.n.22.ver.& infertur ad quę ſtionem frequentem,circa fi.titul.per rationes. Quia cui non competit ius petendi legitimam, non competit ius rumpendi teſtamentum.l.Papinianus.§. ſed nec impuberis.ff.de inof. teſt.Deinde ipſe addit materiam patri ne conficeret teſtamẽtum dari,ſed tandem inquit potius conſuli,vt pater filiam dotatam, volens condere teſtamentum, inſtituat in duodecim imperialibus vna cum dote, ne præterita, dicat teſtamentum nullum.ſecundum gl.in l.3.§.proinde. in verb.patrimonium eſt.ff.de minoribus 25.annis.Quam doctrinã latiùs ibid.Alb. nu.13.& 14.proſequitur,& inquit Bar.in d.l.3.§.ſed vtrum.in fi.ita obſeruari de facto,cuius queſtionis mentionem faciunt Iaſ.in auth.nouiſſima.n.13.& 46.C.de inof. teſta.eamque latiùs explicarunt Io.Dilect in tract.de arte teſtandi,tit.3. Cautel.5.numer.2.& Iul. Clarus in libr.3.ſenten.§.teſta.quæſt.44. kirchouius.

Filiatio ex parte matris ita probatur per præſumptiones, ſicut probatur ex parte patris, Aug.Bero.in q.90.n.1.commu nem dicit ex tex.in c.afferte.de præſump.& Bar. in l.non nudis.C.de probat. B.Villal.

Filiatio per contractum non probatur.Coua.in epiſt.4.c.8. §.3.n.6.commun.dicit.Sed Dec. in conſ.54. dicit contrariam com.Tamen pro concordia,dic quòd in petitorio ſolus contractus nõ ſufficit,in poſſeſſorio autem,cum agitur ad alimẽta ſufficit.Doct.in c.2.qui filij ſunt leg.Vel dic,quòd ſolus cõtractus ſine adminiculis non probatur,cum aliis adminiculis ſic, vt in ſimili dicimus de nominatione,niſi ſit actus, in quo filius nominatur qui ſoli filio competit vt eſt in emãcipatione. ac melioratione.Iuel ſimiliter.Coua.ibi nu.7. comm.dicit ex Iaſ.conſil.102.volum.4. vide Lud. de Goza.conſil.13.per totum.

Nota iſtam communem ad intellectum l.fi.titul.19.par.4. loquentem de patre negante filium: & ad intellect. 24. titul. 5.part.1.

filiatio probatur, ſi naſcatur in domo, & de concubina retenta in domo.Coua.ibi.n.8.communem dicit ex gl.in c.Michael.de filiis presbyt. Idem Villal.

filiatio & quaſi poſſeſſio eiuſdem probatur,quòd quis tractabatur & alebatur vt filius.Fer.Vaſquius lib.2.Illuſtr.contr. c.85.n.20.communem dicit. I.Fichar.

Concor.cum l.9.tit.14.par.3. Villal.

Etiam in deciſoriis,vbi principaliter agitur ad hæreditatem obtinendam, ſufficit agenti probare quaſi poſſeſſionem filiationis,per tractatum reputationem.Eſt com.opi.ſecun. Dec. conſ.54.in cauſa D.Antonii. M.Chærian.

filiatio probatio quaſi poſſeſſionis operatur, vt actor, vel reus obtineant,tam in petitis,quàm in poſſeſſione,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.98.n.8.lib.1.

Probatio transfertur in aduerſarium ex quaſi poſſeſſione iuris probata per alterum, ſecundum communem per Burſ. conſ.98.n.7.lib.1.

filiationis quaſi poſſeſſio probatur ex communi opinione, tractatu,ac nominatione parentum,ſecundum communem opi.per Burſ.conſ.88.n.6.lib.1.

Spuria filiatio,probatur vt filiatio legitima,ſecundum magis communem per Burſ.conſ.98.n.6.lib.1.

filiationem probant tractatus, vox, fama,nominatio, & ſimilia.iuxta communem per Burſ.conſ.83.nu.5.lib.1.

PRO.finis eſt ſpectandus: vnde Exitus acta probat, ſecundum Ouid.l. ſi quis. ff.de rit. nupt.l.non intelligitur.§.ſi quis palàm.ff.de iur.fiſc.l.Mela.ff.de alim.& cib.leg in §.quia verò hactenus.in auth.de nup.in c.literas. de deſp.impub. extrà.& c.præterea.de teſt.cog.vel non.

OB.contra imò principium eſt ſpectãdum.in l.1.ff.de orig. iur.in l.creditor.2.C.de pigno.actio.cum ſimilibus.

SOL.principium ſpectandum eſt in omni negotio,ex quo actio oriri poteſt,vt in cõtractibus,vel quaſi,delictis,vel quaſi,& in decretis, & conſtitutionibus, niſi propter fauorem aliud inducatur,ſicut in matrimonio c.literas. & c.acceſſit. de deſpon.imp.& in libertate.l.homo liber.ff.de ſtatu homi.§.1. inſtit.de ingen.in ver.ſufficit. finis autem attendẽdus eſt, cùm quæritur an id dedit, vel nõ dedit,ſeu quãdo dediſſe videtur, vel quando poſſidet, vel reſtituit, ſiue cum capere potuit,vt hic:ita declarat gl.in c.dudum, in verbo, electionis tempore. de electio. Bellon.

Fines agror. quomodo probentur inter duas ciuitates, villas,oppida,vel caſtella habes gloſſ.in l. cum aliquis C.de iure delibe. & ibi Bal.gl.in l.prædiis §.titio.ff de leg.3. in l. optimã. C.de contrahen.& commit.ſtip.& in c.cum cauſam. extra.de prob.aliam in ca.cum olim el 1.de cenſi.aliam.in c. ſi Papa de priuil.in 6.de quo.vide imo.Ro.& Alex.in l.ſcieñ.ff. de verb. obl. Barb.in 2.vol. conſ.6.in 1.col.vbi dicit quòd probantur per antiqua.inſtrumenta.& in 2.vol.conſ. 18.in 22.col.Bal.in 1.par.conſ. 154. Bolog.in conſ.4. Pan.in ca.ſuper.eo.extra de parroch. P.Andora.

Terminus.ideſt finis.late Cor.conſil. 158. verſic.pro cuius rei,&c.

fines præſumuntur eſſe illius ciuitatis quæ pº. occupauit. Alex.in l.rem quæ nob.in fi.6.& in princ.7.col.de acqui.poſſ. P.Andora.

finis.omne Agens agit propter finem.& finis mouet agentem.proba.in l.eam quam.C.de fideicom. & in l. nec apud C. de hæred.inſti.Barb. ſæpe maxime.in 3.vol.conſi. 1.in 15.col. P.Andora.

Finis declarat quaꝑ res ſit cenſenda. l. ſed & ſi quis. §.interdum.& ibi flor.ff.de vſufr.Spec.in tit.de fruc. & intereſſe.§.1. verſ. ſed quid ſi debitor. fac.illud ouidianum.exitus acta probat.&c. P.Andora.

Quorum finis malus eſt, eorum ſubſtantia mala eſt. Bal. in rub.C.pro ſocio. Idem.

finium regundor.libellus ſic forma.propono contra Pe. ꝙ cum poſſiderem. talem fundum ruſticum. & ipſe poſſideret. vnum ibi vicinum in tali loco, &c. confines dictor. prædior. ſunt turbati. Adeo quòd bene agnoſci non poſſunt. Quare peto dictos confines declarari & poni. ita quòd amodo diſcerni & cognoſci poſſint. poteſt etiam concludi hoc modo. P.Andora.

Quare peto vſque ad tales fines & terminos ſñ adiudicari. & tales debere eſſe terminos & confines declarari. & ſuper ipſis confinibus dicto Petro ſilentium imponi.& hãc formam libelli ponit Ang.Are.in §.quædam.inſti.de actio.Bar.in l. demonſtra.falſa verſi.Moueo vlterius.ff.de cond.& demon.habetur aliquid per Fel.in c.quia indicante.in 1.col.de præſcrip. vbi tracta.materia agrimenſorum. P.Andora.

Statur terminis ſeu finibus antiquis niſi aꝑ probe. Iaſ.in d. §.quædam in 15.col.

De pœna.l.agrariæ de termino amoto.vide Fel.in d.c.quia indicante in 1. col. vbi etiam dicit quòd poteſt puniri in corpus arbitrio iudic.ſecundum qualitatem perſonæ.&delicti.& Iaſonem in d.§.quædam.in pe.col. vbi remiſſiue ponit an per illam pœnã quinquaginta aureorum.ſit ſublata pœna corporaꝑ extraordinaria. P.Andora.

PRO.fiſcus præfertur priuato. l.ſi is, qui.ff.de.iur.fiſ.tot.titul.C.de priuileg. fiſc. Quandoque tamen iura quæ obtinent in fiſco,obtinent & in priuato,vt in l.item veniunt.§.ait ſenatus.ff.de petit.hæred.&econtrario in l.exemplo.C.de probat. Bellon.

PRO.fiſcus eſt ſemper diues,& ideo non ſatiſd.l.j.§.ſi ad fiſcum.ff.vt lega.nom.caueat. Bellon.

Fiſcus in feudo non ſuccedit. commun. in §. F. quæſt. 84. P.F.ex Clar.

fiſcus præfertur ſubſtituto, ſi inſtitutus indignus fuerit:cõmunem teſtatur Ripa in l. 1.n.155.de vulga. & pupil. Quæ opinio indubitãter procedit,adita hæreditate per indignum,vt ibi per eum. B.Vill.

Fiſcus, & priuatus quando concurrunt, & non apparet de potiori iure alterutrius,ſi ſumus in cauſa onoroſa, præfertur fiſcus priuato:ſi autem cauſa eſt lucratiua,præfertur priuatus fiſco,Ant.de Fano.in trac.de pigno.in 2.par.n.4.& 118.communem dicit. Idem.

Fiſcus qui habetur loco hæredis in bonis condemnati non poteſt facere,Curt.Iuni.conſilio 120.communem dicit. Idem.

Nota iſtam communem ad intellectum l.7.tit.8. par.8.& l. 16.titul.7.part.6. & leg.2.titul.2.part.17. & l.3.tit.20.part.7.

loquen

loquentem de bonis quæ ex delicto fisco applicantur &vide quæ habes supra in verbo emphyteusis. Idem.

fiscus succedens in bonis priuati per viam publicationis bonorum,siue alio modo,tenetur ea obligatione,qua teneba tur priuatus.text. est in l.via constitui.§. si fundus.ff.de seruit. rust.prædio.& in l.cùm quidam.§.fiscus.ff.de vsu.& in l. si ma rito.ff.so.ma.idemque concludendum est in oneribus legato rum,& fideicommissorum,& reliquis omnibus,vt onera cre ditorum fiscus ipse subire debeat,quando bona vacantia sibi referuntur.l.recusare.§.si fisco.ff.ad Treb.l.si Titio,vbi Bar.& alij.ff. de leg.2. & l. si seruus plurium.§.si quis ante, & ibi om nes Doct.ff.de leg. 1.& hoc certè ac tutè intelligendum est,v bicunque culpa hæredis bona vacare,& ad fiscum transuola re cœperunt,l.sororem.C.de his,qui.vt indig.& d.§.si quis an te.& tenet Ias.in l.eam quam.nu. 13.C.de fideic.& Alex. in d. §.si fisco,vbi appellat istam esse communem opinionem. cõ trariam verò partem,vt etiam si sine culpa hæredis ipsa bona vacare cœperint adhuc fiscus onera subire debeat,& sic vt te neatur legata,atque fideicommissa agnoscere,tenet Sali.in §. pen.per tex.ibi.C.de cadu.tollen.vbi firmat hanc esse commu nem sententiam.sed si propter crimẽ,lęsę maiestatis,vel aliud simile publicarẽtur bona testatoris,ille tam intestatus,intesta bilis decedit quoad legata,& fideicommissa,quàm quoad in stitutiones.l.2.per quam ita firmãt ibi Bart.Alberi.Paul.Cast. Cuma.Alex.Ias.Ripa,& alij communiter.ff.de leg. 1.F.Viuius lib.2.opi.129.

fiscus in ambiguis vel quæstionibus,vel doctorum opinio nibus,vel probationibus,si aut de lucro,aut de pœna exigen da agat cõdemnari debet.commune aio ex Ias.in l.de die.ff.q satisd.cog.Rip.in rub.nu.5.de iudi.Hipp.in rub.nu.393.C.de probat.Sylvest.in §.res fisci.insti.de vsuca.Fan.de pign.2.part. memb.4.n.118.Did.à Couarru.lib.1.resolut.c.16. E.Suarez.

fiscus in damnati bonis locum hæredis subiens, plus iuris, quàm ipsemet iudicatus habere nec potest, nec debet.com mune inquit Cur.Iun.cons. 120.Et ad omnia illi⁹ debita pror sus tenetur,cuius bona asciuit.vt receptum latè attestatur,ac diligenter explicat.Iul.Clar.in prac.§.vlt.q.78. vers.sed an te netur,cum seq. Idem.

fiscus& si ex partium stipulatione facta in compromisso de pœna fisco applicanda nõ acquiratur fisco ius ad pœnam,al tera partium cõtrauenientẽ.l.arbiter intra,cum gl.ff.de arbit. tamen secus est notario de consensu partium ita stipulante,se cundum Bar.& Doct.in l. 1.in pr.ff.de iure fis.Balb.decis.164.

fiscus. Quidquid acquirit officialis fisci,præsumitur in du bio acquirere de patrimonio &prouentibus fisci:nisi aliunde se doceat acquisiuisse, secundum gl. mirabilem in l.facultas. C.de iure fisci.quod videtur sanè intelligendum de eo officia li, qui habet administrationẽ rerum & prouẽtuum fiscalium non de iis qui tantum iustitiæ præsunt. Balb.decis.101.

fiscus ad quem peruenerũt bona alicui⁹, si ea capit tãquam bona cõfiscata,tenetur ad onera legatorum &fideicommisso rum,& creditoribus hæreditariis,quasi hæres,& habetur loco hæredis Com.dicit Crauetta cons.265.n.7. & sic tenetur per soluere omnia debita cõdemnati,vt communem esse dicit Al ber.in l.actione.§.publicat.ff.pro socio.Sed quando capit bo na vt vacantia,eo casu non tenetur ad legata, neque ad fidei commissa.ita communiter receptum.attestatur Rip.in l ex fa cto.§.ex facto.n.6.ff.ad treb.At si deferuntur ad fiscum ex suc cessorio edicto, s. deficientibus aliis succesoribus, tunc licet Salic.in l.vnica.§.pe.nu.29.C.de caducis tollẽd.secutus Baldũ in l.eam quam.nu. 5.in fi.C.de fideic.dixerit communem esse ꝙ etiam tunc teneatur fiscus.Cõtrariam tñ,ꝙ nõ teneatur,cõ munem dicit Claud.in l.recusare.§.si fisco.nu.3.ff.ad Treb.& hanc magis cõmunem atque in practica obseruari dicit Clar. d.§.fi.q.78.vers.sed an. P.Fichard.

fiscus an habeat bona delinquentis tacitè obligata vel hy pothecata,licet aliqui simpliciter dixerint ꝙ non, & ita com munem asserat Sali.in l.si quis post.nu.6. C.de bon. proscr. & Bost.in tit.de bon.public.nu. 81. Clarus tñ ita distinguẽdum dicit.Aut loquimur ante delictum commissum,& tunc certũ est ꝙ non habet in eis aliquam hypothecam, vt communem dicit Butrig.cons.61.nu.3.& Picus in repetitio. l. post contra ctum.n.40.ff.de donat.Aut loquimur post delictum commis sum, antequam inchoatum sit iudiciũ criminale, & similiter dicendum est, ꝙ nullam habet hypothecam, vt communem dicit Alex.in l.rescriptum.in pr.n.8.ff. de pact. Aut loquimur post sententiam,& dic.ꝙ à die latæ sententiæ habet fiscus bo na delinquentis hypothecata,vt comm.dicit Augu. ad Ang. de malef.in verb.Dictum Sempronium nu.11.Hęc.Clar.d.q. 78.vers.fi. P.Fichard.

fiscus præfertur creditoribus delinquẽtis ex delicto.etiam in pecuniariis,nõ tamẽ præfertur eius creditoribus ex contra ctu.com.opi.attestatur Didacus lib. 1.resolut.c.16.n.8. Clar. d.q.78.vers.vbi. P.Fichard.

fiscus si alicui succedat, quocunque casu bona ad illum de ferantur, nunquam tenetur vltra vires hæreditarias etiamsi non confecerit inuentarium.comm.dicit Ias.in l. scimus.in prin.nu. 1 C.de iur.deliber. Apostillar.ad Abbat.in c. 1.in fi.in versic. hæreditarius de solut. Clar. d.q.78.versic. vnum scias. P.Fichard.

fiscus præfertur creditoribus delinquẽtis ex delicto, etiam in pecuniariis. Non præfertur creditoribus ex contractu, vt est comm.opi.Clar.q.78.ver.vbi. Bonacost.

fiscus si alicui succedit quocunque casu bona ad illum de ferantur,nũquam tenetur vltra vires hæreditarias.Clar.q.78. vers.vnum scias. Bonacost.

fiscus vbi fideicommissum est simplex,quia continet solam tacitam prohibitionem alienationis,à lege capit bona bãniti quatenus viuat ipse bãnitus:vbi verò fideicommissum sit ex pressum in casu alienationis,tunc non rapit fiscus,sed admitti tur sequens in gradu fideicommissi.D.m.Alcia. in cons. 146. in 5.lib.vbi communem & certam opinionem asserit.Et si fis cus comparet pro suo interesse,reuocat ad suum iudicem,sci licet ad procuratorem fisci,idem est in ecclesia. vt per Dec. in cons.vlt.nu.8. Bonacost.

fiscus potest vindicare rem incidentem in commissum in tra quinque annos.Bar.in l.commissa.n.4.ff.de publica.vbi & apostil.Bal.in l. 1.ff.de rerum diuisio.ver.& no.quod fraudata gabella colum. 5. in pr. aliàs elapso quinquennio non potest, quia etiam in bonis delictis fisco propter vectigal non solu tum præscribitur spacio quinque an.Marc.fin.307.vbi latius. Benè verum est,quod istud tempus quinque annorum intelli gitur à die scientiæ fisci.Natta con.225.n.2.in 1.vol.Marc.cõs. 87.nu.15.communem dicunt. Bonacost.

fisco non probante, reus absoluitur,vt est comm.opi.Burs. cons.65.nu.3. Bonacost.

fiscus non rapit bona banniti expressè prohibita alienari, com.est opi.D m.Alcia.in cons.68.nu.1.& n.8.& 9.Bonacost.

fiscus contra eximentem aliquem in ius vocatum, vel in carceratum potest iurare in litem,vt est commun.opi. de qua Plotus.in l.si quando.nu.588.C.vnde vi. Bonacost.

fiscus non priuilegiatur plus quàm damnatus,in cuius suc cedunt bonis.com.est opi.Soarez.verb.Fiscus.n.307. Et ideò à sententia lata cõtra fiscum nõ datur appellatio in terminis l. 1.si de momenta.post.fue.appella.vt est comm.opi.de qua D. Contardus in d.l. 1.q.21.per totum.fol.312.

fiscus qui habetur loco hæredis in bonis condemnati,non potest facere,ꝙ condemnatus non poterat.Cur.iun. in cons. 120.communem dicit. Bonacost.

fiscus ad quem peruenerunt bona alicuius, si ea capit tan quam bona confiscata tenetur ad onera legatorum & fidei commissorum,& creditoribus hæreditariis quasi hæres,&ha betur loco hęredis,vt est comm.opi.&sic tenetur soluere om nia debita condemnati,vt est com.opi. Sed quando capit bo na vacantia,eo casu non tenetur ad legata,neque ad fideicom missa,vt est comm.opi. & si deferantur ex successorio edicto, scilicet deficientibus aliis succesoribus,nec tenetur fiscus,vt est magis comm.opi.& practicabilis.Clar.q.78.vers.sed ante. Bonacost.

fiscus non habet bona delinquẽtis tacitè hypothecata,vel obligata,vt est comm. opi. quæ est vera ante commissum de lictum.sed post,ante tamen quàm sit inchoatum iudicium cri minale,idem est aut post sententiam,& à die latę sententiæ fi scus habet hypotecata delinquẽtis bona.vt est com.opi.Clar. q.78.vers.fi.

fiscus est bursa Cæsaris vel principis. 16.q.7.c.maiores.Vel hodie est saccus sine conscia.quia omnia malè quęsita imbur sat.l.in hæredem.ff.de Calum.& l.papi.ff.de inof.test. Bal. in c. 1.in vlt.col.quæ sint reg.dicit.ꝙ fiscalia dicuntur pœne male ficiorum. item bona vacantia. bona contrahentium incestas nup.bona confiscata.redditus plaustrorum & nauigiorum& collecte.

Et quare dicat fiscus.vide Ang.in §.fi.inst.de vsuc.P.Ando.

fiscus & respu. sunt Idem.gl.in l.properandum.in vers. su per iure in fi.C.de iud.de quo.vide Bal.in l. 1. q̃i in fi. com. C. de pe.iud.& in l.fi.C.de hæred.vel act.vend. P.Andora.

Debitor fiscalis manifestè conuictus non appellat. Ita Sal. in l.quoniam. C.de app. Idem.

Vtrum.in exactione debitorum fiscalium.sit seruandus or do iudiciarius videtur ꝙ non.per.d.l.quoniam in vers.iussi.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed Sal.ibi dicit q̃ ant est debitor fisci ex causa priuata.puta emptionis vel huiusmodi. & hoc casu debet seruari ordo iudiciarius.contra debitorem fiscalẽ negantem.sed si sit ex causa pu.vt propter tributa,& c. Secus quia procedi.vello leuato. & executiue. tex. est no.ĩ l.missi opinatores.C.de exacto.trib. li.x.Et quot remedia habeat fiscus contra non soluentem tributa.vide Bal.in l.i.C.si propter publ.pensi. Idem.

In fisco nihil est spẽ nisi expresse inuenia. Ias.in l. 1. in 2.col. ff.de officio. procu. ces.& in l.final.in prima. colum.C.de iu. delib.

Imo in dubio contra fiscum iudicari est.Fel.in c. fi.in 2.col. de re iud.Ias.in l. 1.in 10.col. Sol.ma.& in l.si is qui in vlt.col. C.qui te.fa.po.& in l. 1.in 4.col.C.de hæred. instit. Panor.in 1. parte.consil. 106.in fi.& est tex.in l.non puto. ff.de iu.fi. Lud. Ro.cons. 185.in 4.dubio.faciunt no.per eundem Fel.in c.Cæterum in 2.col. vers.Limita 2.de officio. ord. vide etiam Mathes.not.72.& que dixi.in ver. testamentum reddi.nullum.in vers.si reperian.duo testamenta.ibi aduerte tamen.

Limita vt per Iasonem.in l.de die.circa fi.ff.qui satisd. cog. videlicet. qñ fiscus agit ex causa lucratiua descendente ex delicto. Secus si fiscus ageret ex cõtractu vel huiusmodi.quia si probat.essent pares sentẽtia debet ferri pro fisco.al.multa que vide.& idem vult in d.l. 1.in 10.col.sol.ma.de quo.vide ĩ ver. Reus.§.2.ver. limita tamen hanc regẽam Ang.in §.fi.instit.qui. mo.te.in fir. Idem.

Quot requiran.ad hoc.vt valeat vẽditio rei fiscal. vel deb. fisci.dic vt per gl in l.3.C.de iu.fi.li.10.& no.in l. 1.C.si aduer. fis.& in l.si quis C.de rescin.vend. Idem.

Vtm.fiscus tenea.ad inuentarij confectionem.vide Alex.in rub.ff.de acq.hæred. Idem.

An autem possit reuocare alienata in eius fraudẽ.vide Bar. & doct.in l.post contractum ff.de don.& in l.si quis post.ff.de bo.dam. Idem.

Fiscus non tene.stare colono. Ias.in l.diuortio.in 10.col.ff. sol.ma. Idem.

Fiscus cui incorporata sunt bona delinquent.an possit conueniri à creditoribus.vide Ludo. Rom.consil.73.idem Lud. consi.93.vbi etiam ponit an requira. excussio contra fiscum. Idem.

Vbi pœna aplica.fisco.dicitur causa criminal. l.2.§.fi. & ibi Bar.ff.de sepul.vio.licet allegetur gl.contraria.& ibi doct.in l. si qua per calumniam C.de epi.& cle.

An tunc actio sit popularis? Lud.Ro.cons. 152.tenet.q̃ nõ. vide in ver.popularis actio.§. 14. Idem.

Fiscus nunquam moritur c.si gratiose.& ibi arg.de rescrip. in 6.& l.proponebatur ff.de iud. Idem.

Ecclesia an habeat fiscũ.vide Fel.in c.cæter.de iud.& Card. in clem.2.§. 1.de hære.vbi dicit.quòd prælati ecclesiæ habent fiscum. Idem.

An emphyteof transeat in fiscum.vide doct.in l. si finita §. si de vectigalibus ff.de dam.infec. & Alex. in l.in insulam.vbi plures al.remissiones ff.sol.ma. Idem.

Fiscus potest vendicare bona à fratribus. qui in vita patris. hered paternam diuiserunt.Ias.in l.fi.in 2 col.C.de Pac.dixi latius.ŝ.in verbo communi diuidundo.§.81. Idem.

Quod ab indigno aufertur.fisco applica. Ias. in l.si pater.in 3.col.C.de hæred.instit.al.no.per Bar.in l.aufertur ff.de iu.fi.& l.pap.§ meminisse.ff.de inoff.te.Ang.cons.pen.

An autem tunc.fiscus dica.proprie hæres. Ias.in l.ex facto. §.Iul.ff.de vul.& pup.tenet quòd non.

Limitat tamen Ias.procede.quãdo indignitas procedit cul pa hæredis. secus si per errorem testatoris. quia tunc applica. venientibus ab intestato.habetur etiam.per Sõz.in 1.par.cõs. 22.in 4.& 5.col.vbi dicit quòd quãdo aliquis est incapax.hæreditat.illa applica.venientibus ab intestato.secus si ab eo aufertur tanquam ab indigno. quia applica. fisco.al. multa que vide.

Vide etiam in materia quãdo aufertur à spurio cui debeat applicari.Cor.vol.2.cons.236. Idem.

Ius fisco quesitum.ex facto alterius non aufertur.etiam secuto accordio inter partes.Barb.nofr. volu.2. cons.18.in 10. col.al.Bal.in l.in insulam §.fi.ff.sol.mat.& idem vult Ias.in l.fi. in pe.col. ff.de pac.in quibus loc. dicunt.quòd si duo nobiles fecerunt pacem.& promiserunt eam nõ rumpe.sub certa pœna. applican. ecclesiæ. quanquam rupta pace reconcilient se. per hoc nõ præiudicat ecclesiæ. cui erat ius iam quæsitum.& idem vult ipse Ias.in l.2.in 85.col.C.de iure.emphi.Barb. vol. 4.cons.66.in 1.col.Alb.in 2.parte.q.127.

Fac.quod no.vult Bar.in l.inter omnes.§.recte.ff.de fur.vbi dicit quòd ex eo quod fit priuato queritur ius reipu.& ibi post. nit.q. de eo qui intitula.de furto. An excuse.comparente domino rei furate. & dicente fuisse factum de eius voluntate.& concludit.quòd non.nisi concurrerent alie coniecture. vt qa erant consanguinei vel vicini.& res erat modica,& erat consuetus ita concede.

Et ad istud dictum Bar.addo.Alex.in 3.vol.cons. 1.in 4.col. & in 2. volum. consil.24. Felin. in capit. 1. in vltim. col.de præsump.Ludo.Rom. consil. 506.in 2.dubio.Angel.Aret.in tracta. M. in ver. comparent dicti inquisiti in territorio, &c. in 5.& 6. col. & Iasonem in l. 1. in 1.col. C.de fur. ibi 4.nota. Pe.gerar.sing. 55.Ang.in §. 1.insti.de obl.quæ ex delic.Bal.no. in l.transige.in pe.col.C.de transac.

Limita ñ pœna sit in omitten.Corse.in ver.pœna carta 20. Idem.

Fiscus succedit morienti sine hærede.Alex.vol. 1.cons.31. reperito in 4.vol.cons.111. Idem.

Fiscus habet bona delinquent.obligata. saltem post sentẽtiam. Alex.vol. 1.cons.75.in 1.col. Idem.

Fisco tene.reus ede.nisi in causa criminali. Alex.vol. 1.cõs. 132. Idem.

fiscus. post quinquennium non potest vẽdicare bona.quæ in commissum ceciderunt.Bar.in l.commissa.in fi.ff. de publi ca.per.l.2.C.eo.Addo.Alex.vol. 5.cons.31.Alex.in l.forma §. fi.ff.de censi.

Secus si res emphi. cadat in commissum. quia etiam vltra quinquennium potest per dominum cum fructibus vendicari Sonz.ample.in 2.parte.cons. 167.in 3.& 4.col. Addo Bal.in repe.Lemilius in 3.col.ff.de mino.faciunt no.per Barb.vol.4. cons.70.in 24.col.& seq.

Si tamen interim res pereat casu fortuito libera.deb.Bal.in l.2.C.de vecti.& com. Idem.

fiscus succedens loco filij preteriti. non potest dicer. testamentum nullum.frãc.cren.sing. 12.al.Bal.in l.si qua pœna ff. de his qui sunt sui vel alie.iu.idem vult sing.octuagesimonono. P.Andora.

fiscus in criminalibus non restitui.in inte.franc.cren. sing. 22.al.Bal.in add.ad Spec.in ti.de accus.vers.sed quid si ipsum. in fi.2.col.

Vide tamen quæ dixi in ver.sententia.§.62.

Multa priuilegia fisci. vide per Bal.in l. 1. C. de hæred. vel ac.vend. P.Andora.

fiscus an teneatur facere inuentarium, Duæ sunt opi. quarum prima est negatiua, Bar.in l. prima. §. an bona ff. de iure fisci Bal.in l.fi.in princip.quæst. quarta. vbi etiam Castr. C.de iur. delib. vbi quòd fiscus siue capiat bona tanquam vacantia, siue ex delicto alterius non tenetur vltra vires hæreditarias non confecto inuentario.qua in re,Dic quòd in omnem casum quando fiscus succedit alicui, siue tanquam in bonis vacanti, siue ex confiscatione, nunquam tenetur vltra vires hæreditarias, etiam si non confecerit inuentarium, & hanc communem dicit Iaso. in dict.l. fi.in princ. col.secunda.Clar. practic.crim.§.fi.quæst. septuagesimaoctaua. ver.vnum scias. pro qua vide Boss.titul.de bon.publ. numero 23.& titulo,de fisco.

Altera opi. est affirmatiua, ex text.in §.pen. in auc. de hær. & fal.in qua quæst. Dic,quòd prima opi. locum habet quando fiscus accipit bona non tanquam hæres sed tanquam bona vacantia,vt quia venien ab intest. vel ex testamento repudiauerant: quo casu ad eum non tanquam ad hæredem veniunt,l. 1.C.de bon.vacan.libro decimo. & idem si capiat bona ex delicto, quia tunc non tenetur vltra vires hæreditarias, teste Clar. dicta quæst. septuagesimaoctaua. vbi dicit hanc communem, secus quando fiscus capit bona tanquam hæres quia tunc cum tanquam hæres institutus accipiat, tenetur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto, & tunc procedat secunda opin. & hæc concordia videtur colligi ex Bar.in rub.de acq.hær. Quæ omnia declara, vt latius per Rol. de inuent.q. 10.

Flagranti in delicto deprehensi, & absque sententia puniri possunt vt frequenter placitum copiosè ponit,atque accuratè declarat Iulius Clarus in practic. §. vlti. quæstione octaua, post Aegid.Bossium.in practic. titu. de denunciat.numer.10, E.Suarez.

Flebotomia. Die decimotertio. februarij fac. quem non posse illo anno mori ex febre. Ioan. Andr.& Panorm.in capi. cum ad monasterium.de statu.monach. & Panorm.refert ibi Anto.de Butr.dicentem, quòd Ioan. Andr.sic seruabat ex reuelat. Angeli. sed non est consulenda non indigenti: cum vitam minuat. ita firmanus in hoc. verbo, flebotomia. P. Andora.

Flum

Flumina nauigabilia, etiam si inter regalia, soli Imperatori reseruata, numerent, quo ad vniuersale, tñ in particulari sunt earum ciuitatum per quarum territorium transeunt. Ita dicit Bald. in l. si plures. C. de condit. inser. Ange. & Io. de Imo. in l. fluminum. n. 3. ff. de dam. infec. Signorolus cons. 70. Alex. con si. 194. visis verbis instrumẽti. n. 6. vol. 2. Iaſ. in l. quo minus. n. 39. ff. de flumi. Iac. de S. Georg. in ver. fluminibus. (in tract. feu. Et est communior. I. Fich.

Fœmina est capax feudi, si pro eo nullum præstetur seruitium. com. d. in §. F. q. 73. ver. vlterius. Imò etiam si præstetur seruitium, quod tamen æquè per fœminam vt per masculum præstari possit, fœminæ admittũtur. communem dicit I. Cla. §. Feudum. q. 73. ver. item quid si. P. Fich.

fœmina potest esse testis in testamento inter liberos. com. dicit in §. T. q. 8. ver. Secundò infertur. Idem. ex eod.

fœmina semel admissa non excluditur postea per superuenientem masculum. communem dicit in §. F. quæstio. 80. Idem ex eod.

Fœmina semel exclusa semper remanet exclusa. com. in §. F. q. 80. ver. sed quæro. Claro tamen nõ placet, sed dicit si ageretur inter fœminam, & dominum feudi, tunc dicit, se credere absolutè, q fœmina non maneat exclusa, neque feudum aperiatur domin. Idem.

fœminæ admittuntur ad successionem feudi, si ita sit consuetudo vel statutum in prouincia. communem dicit in §. F. q. 73. ver. sed quid si adsit. Idem.

fœminæ etiamsi bona non sint feudalia, habeant autem annexam dignitatem & administrationem cum mero, & misto imperio, tamen non sunt eorum capaces, Ita communem esse dicit Clarus in §. F. q. 73. ver. Sed quæro. Addit tamen cõtrarium hodie seruari de consuetudine. Idem.

fœminæ regulariter in feudo non succedunt. com. in §. feudum. q. 73. Idem.

fœminæ si in inuestitura expressè sint vocatæ, tũc deficientib. masculis fœminæ admittuntur. com. dicit in §. F. q. 73. ver si. item quæro. Idem.

Fœminæ succedunt in feudo empto. Magis com. dicit Cla. in §. F. q. 73. ver. sed quid in feudo empto. Idem.

fœmina semel exclusa semper manet exclusa, &c. vide quæ notaui suprà in versicul. filia semel exclusa, &c. numero 60. I. Fichar.

PRO. fœminæ vno partu septem filios edere possunt, cum septem habeant receptacula, secundum Medicos. in l. antiqui ff. si pars hæred. petat. Bellon.

PRO. fœminæ non habent filios in sua potestate. Illud. §. ad testamenta. ff. de bo. poss. contra tab. §. fœminæ. instit. de adopt. §. ceteris. Instit. de hæred. qualit. & diffe. Idem.

PRO. fœminæ tutores dari non possunt. l. fœminæ. ff. de tute. nisi mater & auia autn. matri & auiæ. C. quando mul. tutel. off. fung. poss. Idem.

fœminæ etiam comprehenduntur in conditione (si sine filiis) nisi sit adiectum, masculis, non obstante, quod testator, priam filiam exclusserit, ac etiam, quod lege municipali masculi excludant fœminas, Textus est in l. 1. & ibi plenè tradunt scribentes. C. de condit. insert. cum similib. per Soc. iun. in cõsi. 108. n. 32. 2. vol. & Et hanc opinionem pulchris, & plurimis rationibus firmauit Curt. Sen. in consil. 14. & eandem firmat consulendo Rom. cons. 148. Alex. in cons. 227. ver. secundũ quod videbatur. vol. 2. & in cons. 55. vol. 3. Dec. in cons. 370. viso testamẽto. & in cons. 570. vbi dicit, quod Doct. communiter ita tenent. Curt. iun. in cons. 49. & in cons. 163. vsque ad finem. Et latè Carol. Ruin. cons. 143. & 144. 152. 153. & 154. vol. 2. Vbi concludit in terminis nostris, filiam excludere sub stitutum. & firmauit Alc. in l. inter stuprum. §. ff. de verb. sign. Paris. cons. 41. Ioannes testator. nu. 25. & 26. vol. 3. Vide plura per Soc. Iun. in cons. 26. sub num. 4. vol. vbi communem ait. E. muscul.

fœmina exclusa per statutum temporaliter, videlicet (donec, & quousque masculi extarẽt,) deficientibus masculis, venit reintegranda ad portionem suam à qua per masculos fuit fœt exclusa, iuxta doctrinam Bald. magis communiter receptam in l. fi. §. 1. ff. ad Tertyl. Quam approbat etiam Soc. iun. cõsi. 82. nu. 7. vol. 4. E. Muscul.

fœmina tametsi, secundum gl. in l. tutela. ff. de tutelis, & gl. in c. Religiosus, de testa. lib. 6. executrix testamenti esse de iure nequeat, verius tamen est, quod & consuetudine obseruatur, secundum Spec. ti. de instrum. edi. §. nunc verò, vers. quod de muliere, & ibidem Io. And. in addit. quod de iure esse possit, iuxta gl. in l. vnic. §. pro secundo. C. de cad. toll. quod Bald. l. filio. in prin. ff. de alimen. & cibar. lega. & in Lid quod. paupe-

ribus. C. de episc. & cleric. sequi videntur, vbi dicit q fœmina non tantùm in negociis sed etiam in iudiciis ad pias causas cum suo nomine habeat actionem, possit esse executrix, nam leges quæ repellunt fœminas à limine iudicij loquuntur, quãdo non suo nomine habeant actionem, sed nudo volunt fungi ministerio, iuxta l. qui aliena. §. quanquam. ff. de nego. gest. cum quo cæteros transire refert Bened. Capr. in tract. execut. vltimarum voluntatum. memb. 2. nu. 45. post regulas posito.

Fœminæ atque earum liberi priuilegiis omnibus fruuntur quę concessa sunt illarum maioribus, ipsorum descendentib. vel posteris, vel liberis, vel denique filiis, vt commune ostendit, ac latissimè, & diligentissimè contra nonnullos communstrat meus olim juris præceptor Arius Pinel. in l. 3. n. 32. cum duob. seq. C. de bon. mater. quò te conferes de materia acturus. E. Suarez.

Fœminarum quæ exclusæ sunt, liberi non admittentur. cõmune dicunt And. Tiraq. de primog. q. 22. Moder. in consuet. paris. §. 16. n. 1. Did. à Couar. in tract. de sponsal. 2. part. c. vlt. §. 1. n. 5. ver. 4. & amplè ac fructuosè Arius Pinel. in l. 3. n. 19. C. de bon. mat. Vivius etiam lib. 1. opi. 315. E. Suarez.

fœminas statuta ob masculos excludentia rem fauore dignam tractare censentur. commune ait Curt. iun. cons. 57. n. 8. Et si contrarium magis commune asseuerat Soc. Iun. cons. 1. n. 46. & 108. lib. 1. quem meritò carpit Vivius compluria notatu digna ad huiusmodi statutorum materiam aggregans li. 1. opi. 315. Siquidem fœminas masculis superstitibus ab hæreditate abigi, & legi sacrosanctæ, & antiquis 12. tabularũ sanctionibus consentaneum est. Sed ea de re latius alibi, vtentur autem hac statuti prærogatiua, & clerici vt frequenter placitum enunciant Paris. cons. 47. n. 62. lib. 3. Brun. in tract. quod stantib. masculi. 12. art. prin. q. 11. & item Iudæi priuilegio hoc fruentur, ac fœminas suæ religionis omni hæreditate interci pient. quemadmodum frequenter placitum insit Marquard. de Iudæis. 2. par. c. 2. n. 4. Sed & legitimati vel subsequenti parentum matrimonio, vel à principe eadem prærogatiua potientur. cõe ponit Vivius in d. opin. 315. Quamuis legitimati ab alio quam à principe idem iuris consequuturi non sint. sic enim frequenter interpretib. probari attestãtur Dec. in l. liberos fin. C. de collat. Cur. Sen. cons. 16. nu. 5. Brun. vbi s. q. 12. arti. 4. Sufficiet autẽ hæc in specie, cùm fœminæ simpliciter masculis superstitibus excluduntur, vt vel per aliquod temporis momentum filius superuiuat, quamuis ante agnitam successionem occumbat, ac vitam cum morte commutet. vt commune asseuerat Vivius in eadem opinione cum Alex. cons. 20. lib. 1. Soci. cons. 143. lib. 1. & cons. 296. lib. 2. Brun. vbi s. arti. 12. pr. q. 6. Tiraq. in tract. res inter alios acta. limit. 42. & sequẽt. Sed si verba statuti ita concepta fuerint, vt donec masculi supersint, fœmineum genus excludatur, etiam post quadraginta annos deficientibus masculis fœminæ admittentur. quemadmodum pronuntiant receptum Soci. cons. 63. Soci. Nep. cons. 110. nu. 4. & num. 16. lib. 3. Io. Dilect. de arte testan. cau. 6. tit. 11. nu. 5. vbi autem masculi non extiterint, fœminæ absque omni dubio rem prorsus omnem indistincte adipiscentur. quod asserit commune Soc. Nep. cons. 80. nu. 6. lib. 2. Quinimo & vbi exclusserunt, ad legitimæ suæ portionis expletionem agere poterunt. commune scribit Gram. dec. 105. nu. 46. Quod intellige nisi si non solùm simpliciter excludantur, sed & dote contentæ esse iubeantur. commune ponit Vivius d. opi. E. Suarez.

fœminas excludentia ob superstites masculos statuta ad bona aliis in locis sita non proferentur. vt frequentius placuisse testificatur Alex. cons. 16. viso tit. lib. 1. Idem.

fœmina exclusa facit partem ad considerãdam legitimam matris, secundum magis communem per Burs. cons. 115. nu. 4. libr. 1.

fœmina neptis non excluditur propter masculos à successione patris sui, licet filia propria testatoris excludatur, nisi aliter de mente testatoris apparẽat, secundum magis communem quę concl. procedit etiam quòd concurreret filię substitutio, secundum Burs. cons. 86. nu. 7. nu. 9. lib. 1.

fœmina monialis, excluditur ab agnato, propter statutum exclusiuum fœminarum, secundum magis communem per Burs. cons. 93. nu. 28. lib. 1.

fœminã excludit clericus agnatus propter statutum exclusiuum fœminarum stati masculis, iuxta magis cõmunem per Burs. cons. 93. nu. 27. lib. 1.

fœminæ semper nomine filiorum comprehenduntur ad substituti exclusionem. dummodo ille non sit descendens vel agnatus, qui aliter dictam fœminam ab intestato excluderet secundum communem per Burs. cons. 64. nu. 11. lib. 1.

fœminæ

Universidad de Deusto Biblioteca

Fœminæ capaces sunt emphyteusis hæreditariæ mixtæ secundum communem per Burs.cons.92.nu.24.lib.1.

fœminæ dicuntur de familia & de genere nomine patris, ac de posteris,& sicuti fœminę succedũt:ita masculi ex eis descendeñ,fallit quando sunt nuptæ cum non dicantur de familia vel agnatione,nec descendentium etiam fœminarum appellatione veniant,secundum magis communem per Bursa. cons.1.nu.33.lib.1.

Fœminis exclusis à feudo & emphyteusi. illius quoq; descendeñ excluduntur,secundum communem per Burs.consi. 1.nu.40.lib.1.

fœmina semel exclusa à feudo: in perpetuum exclusa censetur,nec mortuo masculo,qui eam exclusit:amplius admitti tur,etiam nullo existeñ agnato masculo,secundumveriorem sentẽtiam per Rol.cons.58.n.65.68.vsque ad.n.74.lib.3. pro quo vide quæ scribit Roma. cons.1.133.367.col.4. post med. 6.fall.Dec.cons.516.col.5.Cur.iun.cons.181.n.2. pract. pap. for.lib.ad reuoc.feud.ver.ac nomine.n.4.& ver. nec superstitibus.post nu.2.

Fugientes rei ad ecclesiam sunt tuti,& inde extrahi nō possunt,vt est com.opi.Clar.q.30.ver.1.vide tamen ipsum ibi.Et hoc etiam habet locum in ambitu & confinibus ipsius ecclesiæ ibi ver.Hinc est.Et domus ecclesiæ,&palatia Episcoporū, etiam ꝙ sint separata ab ea,dūmodo sint intra 40.passus ab ecclesia,Clar.ibi.ver.Scias etiam.Idem est si ecclesia nondum sit consecrata, nec officia diuina in ea celebrata. cōis est opin.ibi versi.quæro.Idem est in ecclesia interdicta, cōis est opi.ibi. vers.Idē etiam.& est idem in ecclesia destructa. absque superioris auctoritate.cōis est opi.Clar.ibi.vers. Maius est.Oratorium autem nō habet hanc ecclesiæ immunitatem,vt reus ibi securus sit.Clar.ibi vers.sed quid communem dicēs, quia est locus priuatus,etiam si ibi diuina celebrentur officia. Omnes igitur confugientes ad ecclesias sunt tuti,vt est cōis cōclusio, Clar.ibi vers.quæro.Fallit in latronibus, aut viarum depopulatoribusque nocturnis agrorum, & homicidis, qui ex insidiis interfecerunt,vt ibi latissimè. & fallit in proditoribus,& homicidis. ex insidiis,vt est cōis opi.Clar.vers.Scias tamen.Idem si animo deliberato quis interfecerit aliquem. Clar. ibi versi.punctus est,vbi cōem dicit Idem in insidioso,vt est cōis opi.Clar.vers.Hoc autem. Idem in fure.quia non gaudet immunitate ecclesiæ,si consensus prælati accedat.Clar.ver.quæro an fures.Idem si quis delinquat in ecclesia, nō gaudet eius immunitate.Clar.ibi ver.Item quæro.cōem dicens. Idem est si vna ecclesia delinquat, & ad aliam confugiat, non gaudet immunitate ecclesiæ. Clar.ibi vers.sed quid. Idem, si ipsimet clerici delinquunt,possunt extrahi de ecclesia,vt est consuetudo.Clar.ibi.vers.vlterius. Itidem, si iudæi cōfugiunt ad ecclesiam.sunt extrahendi,cōis est opi.Clar.ver.Præterea.Excommunicati tamen gaudent immunitate ecclesiæ,si delinquunt, vt est cōis opi.Clar.d.q.30.ver.quæro etiam. Idem,si quis insequutus à familia Curię maleficiorum fugit ad ecclesiam,est tutus,nec inde extrahi potest.Clar.ibi.ver.Pone. cōem dicēs, & iudex laicus in casibus,in quibus rei non gaudent immunitate ecclesię,potest propria auctoritate delinquentes extrahere ab ecclesia,vt est cōis opi.Clar.ibi.ver. quæro nunc. Debet tamen modestè se gerere. & facere sine tumultu, & offensa personarum ecclesiasticarum,Clar.ibi.Et vbi essent restituendi ecclesiæ debet eos restituere.Et debent dicti rei in ecclesia se recipientes interim custodiri, & teneri sub bona custodia. vsque ad ius cognitū & declaratū. An gaudeāt immunitate? Cla.ibi ver quæro modo. Gaudent etiā immunitate ecclesiæ carcerati fugientes ad eā.vel condemnati per ecclesiam transeuntes, vel per cæmiterium. vt est cōis opi. neque violenter extrahi possunt.Clar.ibi.vers. scias autem. Et extractus de ecclesia in casibus,in quib.potest extrahi,potest puniri,vt est cō munis opi.Clar.ibi. vers. quæro modo. Et dictæ ecclesiæ immunitate gaudent, qui post delicta ad ecclesiam confugiunt. Sed etiam carcerati,immo & condemnati,& banniti capitaliter,& qui ad supplicium conducuntur.& transeunt per ecclesiam vel cæmiterium,vt est communis opi.Clar.vers.scias autem. Bonacoss.

Fugientes ad sacerdotem Euchariſtiam in manibus portā tem.gaudent immunitate ecclesiarum,vt est communis opi. Clar.vers.vlt.quæro.Idem in eis, qui ad domos Cardinalium confugiunt.ibi.Clar.versic.Item adde q.30.Arno. folilo. 80. Bonacoss.

Fugientes ad statuas principis sunt securi pro delictis. nec inde extrahi possunt. com.est opi.d.q.30.per Clar.ver.vlt.sed non seruatur. .Bonacoss.

Fugere non tenetur insultatus:nec tenetur de occiso. Ias. in l.vt vim.numer.38.ff.de iustitia & iure. communem dicit. Villalob.

Fugere non tenetur is, qui est insultatus ab aliquo, sed aggressorem impunè occidere potest,dato,ꝙ posset:quin dedecus & iniuria est, insultatum ab aduersario terreri vel fugari. l.clam.§.fi.cum l.sequ.de acq.possess.Et est magis com.opi.secund.Alex.in cons.109.visis.vers.quinimò secundum magis communem vol.1. M.Chærian.

Fugere non tenetur inuasus, vt sequutæ cædis crimine libere

beretur.commune effantur Iaſ.in l.vt vim. nu.38.ff. de iuſtit. & iur.& qui accuratè declarat Ant. Gomez. de delict. cap.3. nu.23. E.Suarez.

Fugiens iudex,vel quiſpiam aliꝰ magiſtratus, vel cùm iam officio functus eſſet,vel cùm nondum ad eius finem peruenifſet,obſtringitur læſæ maieſtatis crimine.vt commune late ponit Vinius lib.1.opi.120. E.Suarez.

Fugientes è carcere pro confeſſis habentur. commune atteſtantur Boer.deciſ.225.nu.9.vberrimè.Viuius.li.1.opi.119. & opi.120.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.21.verſ.3. autem modo. ſi autem ij è carcere fugientes ſtatuto puniantur, non illi cõprehendẽtur,q̃ reuertendi animo diſceſſerunt.vt voluit Bald. in l.1.C.de ſeru.fugit.cuius ſententiam ponit communem Viuius.d.opi.120.& ſi contrarium iure verius proculdubio ſit. vt alibi oſtendo. E.Suarez.

Fugere non tenetur inuaſus,communis eſt opi. Soarez in ver.fugere.num.381.Graſſus commun.opi.libr.1.q.4.cap.2. Bonacoſſ.

Fugiens officialis,tenetur crimine læſæ Maieſtatis. Soarez ver.fugiens comm.dicit. Bonac.

Fugiens cum enſe euaginato & ſanguinolento poteſt torqueri,vt eſt comm.opi.Blancus in l.fi.nu.292.ff. de quæſtio. Bonacoſſ.

Fugiens è carcere poteſt captus torqueri,quia fuga eius facit indicium ad torturam,vt eſt com.opi.Rolan.à Valle conſ. 7.nu.8.in 1.vol.Duen.regu.393.Soarez verſ.fugientes num. 383.ſed non comprehendit ſtatutum,de iis loquens,cos,qui reuertendi animo diſceſſerunt,vt eſt com.opi.ibi Soarez nu. 384.quæ ſibi non placet. Bonacoſſ.

Fugitiuus poteſt capi tempore feriarum in honorem Dei. D.m.Alcia.in c.cum non ab homine. de iudi.nu.71. com. dicit. Bonacoſſ.

fumus fieri poteſt per dominum partis inferioris, niſi fiat ad alterius iniuriam vltra ſolitum.Barb.in l.ſicut. §.ariſto.ff.ſi ſeruit.vend.de quo per Cæpol.de ſeruit.vrb.c.31.& in titu.de igne. & ibi ponit quòd fumus prohiberi debet ne vicinos lædat. P.Andora.

PRO.Funiculus triplex,difficulter ſoluitur. Ercl.4.in ca.1. de treuga & pace.extrà. Bellon.

PRO.Funus filjæs alienum patris eſt.leg.filiuf.ff.de in rem verſ. Bellon.

PRO.Funeſtam vocem potiùs interdici,quàm audiri oportet.l.fi.C.qui accuſ.non poſ.c.placuit.2.q.7. Idem.

funus debet fieri in ſumptibus ſecundum dignitatem & facultatem defuncti.l.ſi quis ſepulchrum.§. ſumptus ff. de relig.& ſump.fu. P.Andora.

funeris impenſa ſemper ex hæreditate. deducitur. quæ etiam omne creditum ſolet præcedere cum bona ſoluen.non ſunt.l.funeris cum.2.ll.ſequentibus.ff.de relig.& ſump.fu.Angel.in §.fi.inſti.de lege falc.

Idem de impenſa infirmitatis Iaſ.in l.fi.§.in computa.in 1. col.C.de iure delib.& ibi Alex.

Limita in ſumptibus neceſſariis.non ad pompam factis.d. §.in computatione.& ibi Iaſ.vide aliquid per Ang.in d.§.fi.inſti.de l.falc. P.Andora.

De ſuo expedit mortuum funerari. ideo mulier de dote. quaſi de proprio patrimonio funeretur.l. in eum. ff. de relig. & ſump.fu. P.Andora.

Maritus ad quem ex titu.lucratiuo dos pro parte peruenit. tenetur.pro parte.ad impenſam funeris Alex.in 1.vol.conſil. 31.repetito in 4.vol.conſ.111.in vlt.col.Addo gl.in l.pro hæreditariis.C.de actio.hæred.Bal.in l.licet.C.de iu do. Idem.

Pannus aureus vel ſimilis qui defertur ad ſepulturam,funeralis iudicatur.Oldrad.in conſil.211.circa fin. fac. quod vult Card. in conſ. 90. verſ. Ad ſecundum. vide Bal.in l.1.§.ſed & qui domini in fi.C.de lat.lib.tol.

Et quæ dicantur.funeralia & quanto tempore durent vide Calde.in tit.de ſepul.conſ.4.alias 379. Idem.

An pro funeralibus poſſit epiſcopus aliquid exigere. vide Cor.in 4.vol.conſ.296.

An ſuccõr in benefi.teneatur.ad impenſam funeris. an vero hæres?vide decium.conſ.157. P.Andora.

fur excuſatur, ſi propter extremam neceſſitatem furetur. com.dicit Marian.in c.ſi quis propter.nu.12.de furt. Cagnol. in l.quæ propter neceſſitatem.nu.3.ff.de reg.iur.quem refert. Beninca.ſ.de paupert.n.22.Clar.d.§.furtum.ver. Quandoque. P.Fichard.

fur manifeſtus dicitur etiam ille quẽm aliqui viderunt furari,licet non deprehenſus ſit in vel cum furto.per gl. in l. fur manifeſtus.ff.de furt.in verb. deprehenſus. quàm communiter approbatam dicit Alber.in ead.l.Clar.lib.5.ſent.§.furtum. verſ.1. P.Fichard.

fur non tenetur niſi ad reſtitutionem rei furatæ,in foro cõſcientiæ.com.dicit Gomeſ.in §.ex maleficiis.nu.14.inſtit.de action.quem refert Beninca ſius de pauper.nu.9.Clar.d.§.furtum verſ.pœna autem. P.Fichard.

fur præſumitur eſſe ille in cuius domo res furtiua inuenta eſt,intellige ſi ſit malæ famæ,ſecùs ſi eſſet bonæ famæ, com. dicit Aug.ad Ang.de malef. in verb. & veſtem cœleſtem,nu. 19.nec tamen talis præſumptio eſt ſufficiens ad pœnam, ſed benè ad torturam, refert Clar.d.§.furtum. verſ. ſed nunquid ille. P.Fichard.

fur pro tribus furtis debet furca ſuſpendi.com.dicit Cepo, in auct.ſed nouo iure.C.de ſerui.fugit.n.84.& 85. P.Fichard.

fur pro vno tantum furto,licet magnum ſit, non debet ſuſpendi.com.dicit Ang.de Vbald.in conſ.71.n.21. inter conſilia criminalia diuerſorum poſito.lib.2.&Gregor.Lopez,quẽ refert Ant.de Padilla in pract. vt dicit Aret. in auct. ſed nouo iure.C.de ſeruis fugit. nu.4. quem refert Chaſſan. ſuper conſuet.Burg.n.15.& Roland.conſ.51.circa ſi.lib.1.& dicit Caecial.in l.cùm ſeruus.ff.de cond.cau.dat. quod vidit quendam qui commiſerat furtum mille ducentorum aureorum,qui euaſit pœnam mortis,& fuit ſolum nodò punitus pro 1.furto. Clar.d.§.furtum.verſ.ſed an. P.Fichard.

fur ſi furetur creditori ſuo à quo ſolutionem recipere non poterat, excuſatur, modò non excedat ſummam debitam. comm.dicit Did.lib.1.reſolut.c.2.nume.15.verſ.4.cod.Clar. d.§.furtum.verſ.excuſatur. P.Fichard.

furem vt liceat occidere illi cui furatus eſt,requiritur ſi nocturnus ſit,vt fiat pro defenſione corporis vel rerum, ſecundò quod occidens prius clamet,tertiò q̃ eum non cognouerit,neque habeat teſtes qui potuerint cognoſcere,vel contra eum deponere,quartò q̃ eum non poterit capere. hæc omnia requiri ſecundum communem atteſtatur Bolencus in reper.l.capitalium.§.famoſos.nu.164.ff.de pœn.Pract.Iodoc.c. 78.n.2.Si verò diurnus ſit licet illum interficere,ſi relo ſe defendat.com.ait Bolencus in d.l.capitalium. num. 165. Alex. conſ.138.nu.9.lib.6.refert Clar.d.lib.5.§.homicidium. verſi. vlt.eſt. P.Fichard.

furca.Pœna furcarum eſt maior decapitatione.Bal.in 3.parte conſ.361.Dec.conſ.65.& in cap.at ſi clerici in 5.col.de iud. P.Andora.

furcarum erectio. eſt ſignum meri imperij. vt dixi in tract. feu.in rubr.quæ ſint rega.verſ.de mero & mixto imperio. ibi furcarum erectio Dec.conſ.249. Idem.

furioſus ingrediẽdo religionẽ teſtari,vel aliàs de bonis ſuis diſponere poteſt,ſine auctoritate curatoris,dummodo appareat q̃ tempore diſpoſitionis,& ingreſſus non fuerit furioſus comm.dicit Clar.in §.teſtamentum.q.28. verſ.Sed nunquid. P.Fichard.

furioſus non poteſt teſtari ad cauſas pias.Comm.dicit Clarus.§.teſtamentum.q.5.verſ.vlti. P.Fich.

furioſus occidens aliquem non punitur,nec tenetur de homicidio,cùm eum fati infelicitas excuſat.l.diuus.ff.de of.præſid.& tradunt omnes Docto. in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil. ſubſti.& in l.furioſum.C.qui teſta.facere poſ.Ampliatur hoc in tantum procedere, vt furor ſuperueniens excuſet furioſum ipſum, à pœna corporali delicti anteà commiſſi, priùs, quàm efficeretur furioſus,non autem à pœna confiſcationis bonorum,ſecundum Bal.in l.humanitatis.C. de impub. & aliis ſubſtit.& in c.1.de eo qui fratrem ſuum occidit,vbi Alua. & Imol.in c.Raynutius.de teſta.& no.idem Bal.& Doct.in d. l.furioſum.in fi.& iſta eſt comm.opi.vt per Iaſ.poſt Alex.in d. l.ex facto.Bald.in c.ex literis.de refer.Ripam in repeti.l.fi. nu. 229.C.de inof.teſta.& in d.l.ex facto.n.30.Carerium in prac. crim.in tract.de homicidio.in §.6.nu.14.& Marc. Ant. Blancum in pract.crimi.in c.incip.imbecilitate.nu.11.Ratio iſtius communis videtur iſta,ſecundum Doct. præallegatos, quia non poteſt formari proceſſus contra furioſum. In contrariã verò ſententiam inclinauit Petrus Duennas in tract. ſuarum reg.in reg.ętas ſeu fragilitas.in 3.amplia.perpulcherrima fundamenta,licet ibidem ſuadeat non eſſe recedendum in conſulendo,& in actu practico à prædicta opin. Bald. cum ſit cõis. Amplia hoc etiam procedere ſi ante furorem fuerit ꝺdemnatus ſecundum Doct.citatos,& alios complures congeſtos per Carerium in d.§.6.nu.5. Sed ſi conſtaret de ſimulatione bene poterit condemnari & puniri,vt per Bald.in d.l.furioſum,vnde cauti peritiq̃ iudices mirabili quodam artificio detegũt malitiam malefactorum fingentium ante ꝺdemnationem,& poſt,ſe eſſe furioſos.qualiter autem probetur ipſe furor?vide

Universidad de Deusto
Biblioteca

Barb.in c.cùm dilectus.de succ.ab intesta.Ias.in d.l. furiosum. Carerium late in loco à.citato.nu. 16. & Marc. Ant. Blanc. in d.ca.imbecillitate.numer. 12. & seq. quia quis non præsumitur furiosus,secundum Bald.per illum tex.in fin C. de hæred. instit.ideo alleganti incumbit onus probandi, vt per Bald. in l.nec si codicillos.C.de codicil.& Cardi.in clem. 1.de homic. in 6.q.2.& an probetur ipse furor per testem non reddentem rationem dicti sui?Vide Bald.declarantem in l.solam.C.de testib.Paul.de Cast.in d.l.furiosum. Carerium in dicto loco nu. 16. & Marc.Ant.Blanc. in prælegata practica crimi.nu. 13. & istam conclusionem ita ampliatam limitat in quinque casi bus Carerius in d.§.6.nu. 13.cum ij.& aliis seq. hisque accedit vnum notatu dignum, q; si quis dum esset sanæ mentis commisisset peccatum mortale, & postea efficeretur furiosus, & moreretur in furore, videtur mori in peccato mortali,secundum Bart.in l.nunquam.§.si vi.ff.de vsucapio.per illum tex.q; dictum Bart.refert pro singulari.Ias.in l.patre furioso.nu.41. ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iuris. F.Vitius.

Furiosus qui habet dilucida interualla,si contrahit, præsumitur contraxisse tempore furoris.Curt.iun.cons. 151.nu.7. Preposit.in c.dilectus.el.2.de spons.Ias.in l.patre furioso.ff.de iis qui sunt sui vel alieni iur.nu. 1. comm.dicunt. B.Villal.

Intellige istam communem, quo ad actus, qui paulò post furorem fiunt,Aret.& Imo.in l. 1.ff.de verb.obl. §. fi. vel si laborat furore continuo, vt per vnum mensem, vel vnum annum: secùs tamen,si per aliquos actus, quia non præsumitur durare.Alcia.in tractat.præsumptio.regu.2.præsumpt. 18.ex quibus declaratur l.6.tit.2.part.4. B.Villalob.

furiosus licet tempore sanæ mentis occidat aliquem non potest pœna corporali affligi.Ias.in l.furiosum. C.qui testa.facere poss.vbi originaliter Bald.comm.dicit.

Amplia, etiam si post delictum efficiatur furiosus non debet pœna corporali affligi, in bonis autem condemnabitur. Ias.ibi nu.7.& 11.comm.dicit. Idem.

furiosus non citatur cùm de curatore prouidendum sit illi.Hiero.Cagno.in l.furiosi.ff.de re iud.in fin.commun. dicit. Idem.

furiosus licet tempore sanæ mentis occidat aliquem, non potest pœnam corporalem pati.Ias.in l.furiosum.C.qui testa. facere possunt,vbi comm.dicit. Bonacoss.

furiosus non debet puniri de his quæ ante furiam perpetrauit.com.dicit Ias.in l.furiosum.C.qui testa. facere possunt, nu.8.& in l.ex facto.nu.30.de vulg.& in l.si seruum.nu.7.ff.si ex noxal.caus.agatur.quem refert Gomes.Arias super legem 45.Tauri.nu.2.Ripa.in d.l.ex facto.nu.73. Didacus in repet. clem.si furiosus.nu.2.Pract.Carrer.nu. 14. Cagnol.l.in negotiis.nu.3.ff.de reg.iur.Menchac.controuers.illust.c.96.num. 31.Duennas reg. 159.Clar.dicto.§.fi.q.60.versi.item quæro. P.Fichard.

furiosus vel mente captus,licet non possit testari.ne quidē ad pias causas.l.furios.C.qui test.fac.pos.c.fi.ff.de suc.ab intestato,idque procedit etiam si statuto contrarium disponeretur,nam cùm talis defectus à natura proueniat, non potest p ius positiuum tolli,per id quod dicitur,in §.sed naturalia,inst. de iur.nat.gent.& ciuil.tamen si dilucida interualla habuisset, ita vt vel ante defectum mentis vel reueniente sana mente. testatus doceatur valebit testamentum d.l.furiosum.& l. 1.§. exigit.ff.de bo.pos.secundum tabul.l.j.C.de sacros.eccl.quod verum est,si ante superuenientem furorem testamentum per fecisset.quia superueniente vel recurrente ante perfectionem furore, etiamsi ad pias causas. testaretur nil valeret, vt voluit Pet.Anch.c.quia ingressa,de testa. secundum quem testamētum imperfectum ne quidem inter liberos valebit. & not. in l.si.C.fam.ercisc.l.si his.& l.ex ea.ff.de testa.quia fauorabilior est causa filiorum quàm ecclesiarum, 18.q.4.c.fin.& not. in l. si quis ad declarandum.C.de episc.& cler. & ita secundum Imolam in d.c.ingressa,de quo per Bartolum,d.l.in testō.ff.de fideicommis.libert.communiter teneri refert Benedictus Capra reg. 103.nu. 15.

furioso perinde atque mente capto,modò furor sit grauis ac freneti similis non sit,exemplariter substitui posse, dicit Imo. in c.Raynutius de testa.per textum,& gl.l.si §. 1.C.de curat.furios.& l.humanitatis.C. de impub. & aliis substitutionibus l. ex facto,vers.nam etsi furioso.ff.de vulg.& pupill.quod communiter teneri refert Bened.Capr.in tractat.substitutionum post regulas posito specie 3 nu.41.

furiosus equiparatur absenti.l.2.§.furiosus.ff.de iure codicil.de quo per Bar.& docto.in l.2.§.fin.ff.soluto matrimonio. P.Andora.

furiosus &mortuus equiparantur.l.bonorum.ff.rem ra.haberi.Ias.in l.si.ff.si ex nox.causa ag.&in l.furiosum.in 1.col.C. qui te.fa.possunt.

Vide tamen Ias.o.in l.ex facto.in 12.col.ver.non obst. illud &c de vul.& pup. P Andora.

Quod ius in furioso statuitur.& in de mente siue mentecapto locum habet & econtra vt collig.in l.si furiosi.C.de nup. & probatur. ex coniunctione. l.humanitatis. C. de impub.& al.substi.quæ loquitur.de mente & mentecapto & l.si.§. 1.C. de cura.furio.quæ fac.mentionem. de præd. l. humanitatis in qua Bal.eleganter dicit.dupliciter dici mentecaptum & cum sæua dementia & quasi rabies. & cum quieta amentia est. vt in authen. vt ij qui prohi.obl.habere res mi.§.&hoc dicimus, & ita vult fulg. qui multa allegat in cons. 80. incip. Quidam ser ventura. & Ias.in d.l.furiosum.in 1.col. Alex. in cons. 54. P.Andora.

Omnia priuilegia competentia minoribus competunt etiam furiosis.per not.per gl.sing.in l.2.C.de cura.furio.Et istā extensionem faciunt Bart.& Bal.in l.1.C. in qui. cau.in inte. re.non est nec.Et idem Bal.in l.iubemus nulli. circa. 2.col. C. de sa.san.eccl.& in l.qui neque.ff.de re.eorum.& in c.1.in tit. de benefi.fratris.& qualiter frater fratri succ. vbi attestatur.d. gl. esse sing.de quo vide Alex.in l.si cum dotem.§. si maritus. ff.sol.mat.

Et quomodo intelligatur illud, quòd furiosus & pupillus æquiparantur.vide Ang.in §.pupillus. inst.de inutit. stipulat. P.Andora.

Qualiter probetur.quis esse furiosus?Vide Alex.in l.mut⁹. ff.de bo.pos.furio.&in l.si cum dotem.§.si maritus.in 3.col.ff. so.ma.& in l.si is qui.§.diuus.ff.de leg.tuto.& in l.cum seruus §.constat.ff.de leg.j.Bar.in l.nec.codicillos.C.de codicil.Ang. in cons. 135.Petr.de Anch.cons. 5.in quibus locis dicunt q; is qui traddit lapides.per viam.præsummitur.furiosus.per glos. in d.§.si maritus.& ibi Alex.dicit.quòd Bal.pro illa glo.alleg. text.in l.2.inver.saxis.vel alio furoris genere.C.de iude.Ang. in §.furiosi.insti.de cura.& in §.1.in fi.inst.qui.non est permis. fa.te.& in §.pen.in 27.col.insti.de excep.

Capitulasi tamen est.secundum.Bal.in §.item furiosi. insti. qui.non est permis.fa.te.vt refert Alex.in d.§.si maritus.quòd non calore iracundie sed more insanorum seu ex consuetudine.lapides proiicit. Quod tene menti secundum eum. quia etiam sapientes aliquando proiiciunt pro sui corporis tuitione.vel alia rationabili causa.& Ias.in d.l.furiosum.in 3.col. ibi nota tamen illud.all.pro hoc text.in l.ob quæ vitia.in ver. more insanorum.ff.de edil.edic.

Subiicit ibi Ias.quòd inuenit Ang. in §.si quis de prædictis in auth.vt cum de app.cogno.dicētem.quòd furor per visum percipitur.ideo secundum eum si testis interrogetur. Si titius est furiosus & dicat quòd sic eo quia vidit eum furentem.iste testis probat.

Subdit ibi Ias.quòd non creditur testi super furore nisi assignet rationem etiam non interrogatus secundum.Bal.ful. & Paul.de Cast.ibi.& Bal.in l.solam.in 1.col.C.de testi. & per alia quæ alleg.Addo Alexan.in tertio.vol.cons.33.in 4.col.ibi & testes.

Probatur.etiam furor si probetur.quòd vadit deriden. per vicos more insanorum.tex.est melior de corpore iuris secundum Ang.in d.§.si maritus.in d.l.ob quæ vitia.

Item probatur.furor.quando probatur.illum teneri in carcere à coniunctis suis.secundum.Bal.in l. diuus. ff. de officio præsi.

Item quando habet memoriam inordinatam. vt quia modo vnum dic.modo oppositum. per tex.no.in c.filii.de hære. in 6.& ibi hoc ponderat Gemy.Furor enim præsummitur ex sermonibus.Bar.in l.apud Iul.alias in l.si fundum.§.ti.&ibi Ias.ff.de leg. 1.

Item si apparet. quòd in testamento suo iussit corpus suū proiici in mari l.quidam in suo.in prin.ff.de cond.insti.

Item si probetur.quòd nescit exprimere. id quod exprimere conatur.text.est no.in c.1.§.si vero.de cle.egro.lib.6.& ibi Gemy.

Item probatur furiosus is quem pater vt furiosum tractauit in testamento.dec.in cons. 86.in 6.col.

Item ex datione curatoris.dec.vbi s.

Item nimium verbosus præsumitur, mente captus. Campen.in 2.parte q.83.

Et vltra prædicta de materia.vide.per gl. 17.q.2.c.consald⁹. & per Alex.in d.l.furiosum.late.per Angel. Arc.in tract.M. in vers.scienter dolosè.&c.in 4.& 5.col.per Alex.in 1.vol. cons. 54.& cons. 141.Et in 2.vol.cons.85.& seq.& in 5.volu. cons. 92.per Sonz.in 1.parte.cons.42.in 2.& 3.col.per Ias.in l.qui fund

Universidad de Deusto Biblioteca

fundum.§.fi.in 1.col.de leg. 1.Cor.conſ. 63.phi.in c.vnico.§. ſi vero.de clericis.in ſexto.Card.in clem.vnica.in tertia q. de homic.

Et inter cætera dicunt quòd ſi infirmus prohibet ne aliquæ medicine ſibi dentur preſummitur.furioſus.gl.in c.prouideñ 83. diſtin.Angel.in d.conſ. 135.& Alexand.in dicto conſ. 92. P.Andora.

Ille qui ſemel fuit furioſus ſemper præſumitur eſſe furioſus.niſi contrarium probetur tertia q.9.capit.indicas.gloſſ.& ibi doct.in capit.fi.extra de ſucceſſ.ab inte.ſal.in dicta l. furioſum.Alex.qui plura.alleg.in 1.vol.conſ. 141.& in 2.vol.conſ. 85.& ſeq.& in 5.volu.conſ.92.habetur per Petr.de Anch.& Card.Floren.in clem.1.de homic.& per eundem Petr.de Ancha.in conſ. 5.per Iaſ.in l.patre furioſo.in prima colum. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iu.Cor.conſ.69.& in ſecundo volum. conſ.21.in pr.Card.in clem.vnica.in 2.q.de homic.Alex.ample.in d.l.furioſum.

Vide tamen aliquid in contrarium per Are.in l.j.ff.de teſta. Ang.in conſ. 135. P.Andora.

furioſus teſtari nõ poteſt.nec aliud negotium gerere. quia non intelligit quid agit.vt inſtitu.de inuti.ſtip.§.furioſus.l.in negotiis.ff.de reg.iu.l.qui ad certum. ff.loca. Alex.in 1.volu. conſ.141. doct.in dicta l.furioſum. Alex.in 5.vol.conſ.92.in 2.colum.ibi quinimo videtur.Cor.in 4.volu. conſ. 22. Card. conſ. 56.phi.in rub.de teſta.in 6.in 5.col.

Limita niſi habeat dilucida interualla.Ita Iaſ.in d.l.patre furioſo.in 1.col.& in l.ſi is qui in prin.C.qui te.fa.po.& in d.l. furioſum.in 1.col.

Et an actus præſumatur factus tempore furoris, vel non, quando habet dilucida interualla?Vide notabiliter.Cor. in dicto conſil.vigeſimoprimo in 1.colum.Card.conſ. 56.& Are. in l.1.ff.de teſta.

Limita etiam quia teſtamentum furioſi.ſapienter factum valet.Barb.in 2.vol.conſ. 59.in 4.col.& ſeq.Iaſ.in d.l.patre furioſo.in 2.col.& in d.l.furioſum.in 2.col.

Vbi tamen de hoc dubitat.Cor.in 3.volu.conſ.216.in vlti. col.Barb.in 3.vol.conſ.43.in 16.col.

Vide in ſimili ſonz.in 1.parte.conſ.42.in vltim.col.aliquid Alex.in 1.vol.conſ. 12.in vlt.col. contra iſtam limitationem. tenet Panor.in c.ſic.tenor.de regula.

Limita pariter.niſi quis fecerit teſtamentum.antequam efficeretur furioſus. Iaſ.in d. l.furioſum.in 2.col.Cor.in 3.vol. conſ.216.in vlt.col.Phi.in d.rub.in 5.col.

Limita quoque.in fatuo.cuius teſtamentum valet.Iaſ.in d. l.furioſum.in 2.col.all.ſo.fa.& Ang.Are.in §.præterea. inſtit. qui.non eſt perm.fa.te.vide ibi per eum.&in l.ex facto.in 16. col.ff.de vul.& pup.Cor.in 4.vol.conſ.91.

Quid in prodigo.vide j̃.in ver.prodigus. P.Andora.

furioſus non poteſt vxorem ducere. & ſic matrimonium contrahere.Iaſ.in d.l. patre furioſo.in 1.col.& dixi latius j̃. in ver.matrimonium.non ſeparatur.§.primo.ver.limita præterea in mſio &c. P.Andora.

In furioſo non exig.interdictio bonis aut curatoris datio ad anullañ. contractus.per eum factos.vt no.in l.is cui bonis. ff. de verb.obl.& in l.1.in pr.ff.de cura.furio.ſecus in prodigo.d. l.is cui bonis. P.Andora.

Quid ſi ante furorem.erat in peccato mortali.an damnabitur.apud Deum.Bar.in l.nunquam.§.1.ff.de vſuc. tenet quòd ſic.refert Iaſ.in d.l.furioſum in 4.col.& in l.fi.ff.ſi ex nox. cauſa agatur.& in lege ex facto.in 11.colum.ff.de vulg.& pupill. Idem.

Sed quid ſi delinquat ante furorem.an poſſit puniri?vide late per Alex.& Iaſ.in d.l.furioſum in pen.& vlt.col.& in d.l.fi. ff.ſi ex nox.cauſa ag.& in d.l.ex facto.in 11.& 12.col.

furor & dementia an equiparentur.Vide Iaſ.in l.2.§. voluntatem in 3.col.ff.ſol.mat.& Cor.in 4.volu.conſ.22. vbi tenet quòd ſic.

An quando datur curator furioſo. debeat quis citari?Vide Alex.in 2.vol.conſ.86.vbi concludit quòd non.

furioſi ſunt in vincul.detinendi.Alex poſt Bar.in l.cõgruit. ff.de officio præſi.& poſſunt à conſanguineis ligari & carcerari.Bal.in d.l.congruit §.furioſi.

Teſtes deponentes quem eſſe furioſum.debẽt reddere cauſam ſcientie.etiam non interrogati:Cor.in 3.volu. conſ.216. in fin.

Contrarium tenet.ipſe Cor.in 4.vol.conſ.22. P.Andora.

furioſus omnibus iis prærogatiuis fruetur, quibus minor ob etatis imbecilitatem potitur.vt frequenter placitum conſtituo ex Alex.& Iaſ.in l.Imperatores.ff.de re iud.Alex.in l.cẽturio,nu.13.ff.de vulg.& pupi.Iaſ.in l.is cui bonis.ff.de verb. obl.Fely,in c.paſtoralis.de iud.Ant.Gomez.de contract.c.14. nu.3. F.Suarez.

furioſus ſi per aperta interualla furore corripiatur, furoris tempore contraxiſſe in dubio preſumetur.commune efferũt Præpoſ.in c.dilectus.in 2.de ſponſ.Iaſ.in leg.patre furioſo,n.j. ff.de iis,qui ſunt ſui,vel alie.iur.Cur.iun.conſ.102.n.7. Idem.

furioſus nec ad pias cauſas validè teſtabitur.commune inquiunt Grat.conſ.30.nu.52.lib.2.Viuius lib.j.opi.373.Idem.

furioſi citatio,ad curatorem illi aſſignandum,neceſſaria nõ eſt,commune ponit Cagn.in l.furioſi.in fi.ff.de reg.iu. Idem.

furioſus quis dicatur quis mente captus:vide catel.verſ.furioſus. & quomodo cognoſcatur quis furioſus, & an furor. præſumatur ſemper durare:Dic,vt per Bar.in l.is qui. §.diuus. ff.de tut.& cur.dat.ab his. Abb.in c.fi.col pen.circa fi.de ſucc. ab inteſt. vbi ponit differentiam inter ſtultum & fatuum de qua per pariſ.conſ.88.lib.3.poſt Alex.conſ.54.libr.1. vbi docet prac. articulañ vt probetur quis mente captus, quam ẽt not.Iaſ.in l.furioſum.C.qui teſt.fac.poſſ.in l.apud Iulianum. §.conſtat.de leg.1.Cur.in l.1.col.5.circa fi.vbi loquitur de teſtibus deponeñ aliquem eſſe furioſumvel mente captum,Cagnol.in l.in negotiis de regu.iur. quomodo autem ſit in hoc capiendum? Vide Alex.in l.ſi cum dotem §.ſi maritus nu.7.ff. ſol.mat.conſ.147.lib.7.Boer.q.23.Rob.inRep.l.is poteſt.nu. 141.de acq.hær.Alex.conſ.92.col.3.lib.5.& qualiter probetur furor?Dic,vt per Bal.in l.ſolã.col. 1.C.de teſti.& de teſtib⁹ ſuper furore deponeñ vide Iaſ.conſ.2.lib. 1.conſ. 178. lib. 2. Blanc.pra.crim.c.8.n.12.& ſeq.Quid de teſtibus deponeñ de ſana mẽte?& dic, quòd eis magis creditur quam deponeñ de furore,teſte Por.libr.2.concl.16. Quibus adde, quòd furioſi nulla eſt voluntas,tex.in l.furioſi de reg.iu.pro quo fac.Boer. q.23.nu.44.58.Qui furioſus ſi habeat dilucida interualla: & ciuilem aliquem actum exerceat & dubitetur, an illum geſſerit quietè vel in furore,cui incumbat probatio,in ea q. dic. id ex ipſo actu colligendum eſſe, attendique debere qualitatem actus, an ſcilicet ſit conueniens homini ſanæ mentis & præſumetur quòd in quiete,& tempore interualli geſſerit.an contra,&ſit ſecus,iuxta not.per Miſin.cen.2.obſer.41.vbi ſecundum hanc opi.iudicatum fuiſſe dicit,de qua vide quæ ſcribit Villal.inter comm.opi. verſ.furioſus,probatio autem furoris ad quem ſpectet?Dic vt per eundem miſing.cent.3.obſer.77.vbi poſt plura concludit, quòd ei qui fundat intentionem ſuam in furore vel ſana mente ſpectat probatio iuxta tradita per ſpec. titu. de proba.§.1. Quæ fatuitas in homine non præſumitur,niſi probetur teſte Rom.conſ.281.nu.7.vbi alleg.l.nec codicillis.C.de codicil.de furioſo autem habeñ dilucida interualla, quando vult teſtari:quòd debeat per alium quàm per notarium qui inſtrumentum receprurus eſt, interrogari.communem dicit Alex.conſil.decimotertio.conſ. 141.lib.primo. Quæ concl.procedit,niſi perſonæ qualitas & conditio aliud ſuadeant, ex not. per Abb.in capitul. dilectorum de teſt.cog.qua in re,vide dilect.titul.primo capitu. 6.& dic, quòd omnibus iis prærogatiuis fruetur ipſe furioſus, quibus potitur minor ob ætatis imbecilitatem, iuxta nota. per Suarez,libr.commun.opin.ver.furioſus. Tremol.ad practic. Bonacurſ..titul. quibus modis cur.fur. Qua in materia, quærunt aliqui, an l. humanitatis. C.de impub.loquens in mente capto, locum habeat in furioſo. de quo habetur per Doc.ad Matheſ.ſing.179. quo in caſu laudatur diſtinctio Catel.in ver.furioſus,quòd furioſus dicatur qui eſt cum rabie & furore euidente, mentecaptus verò, cui mens deficit, & animi conſilium,per text.in §.furioſi.inſtitut.de cur.& cum queſtio eſſet in facto, de quodam parricida, qui dicebatur furioſus tempore delicti: quæſitum fuit, an ratione furoris excuſaretur à pœna.l.penultim. §.final. ff.de parricidiis. de qua in §. alia deinde lex. inſtitut. de public. iudic. in qua quidem l. penultim. habetur, quòd ſi quis per furorem parentem occiderit impunitus erit, quo in caſu qui ſtabant contra intitulatum:dicebant,in dubio quemſ⁹ præſumi ſanæ mentis niſi probetur contrarium.l.nec codicillos C. de codicil. & allegañ furorem incumbere probationem,& nihilominus diſtinguẽ eſſe caſus quos ponit Bal.& Iaſ.in l.furioſum in prin.C. qui teſt.fac.poſſ.ſoc.conſ.42.col.3.circa fi.lib.j de actibus ſcilicet præcedeñ & ſubſequeñ delictum,præterea text.in d.§.fi. loqui in furioſo qui perpetuo furore laborat & non in furioſo per dilucida interualla, quia furioſus per dilucida interualla non excuſatur à pœna,l.pompeix. iuxta diſtinctio.l.Diuus marcus 2.reſponſo. ff.de off.præſid.vbi habetur vera huius articuli prac.& per Iaſ.in d.l.furioſum C.qui teſt.fac.poſſ. vlterius, dato quòd perpetuo furore detentus fuiſſet perpetuis tamen carceribus & vinculis detineri debet.ex not.in d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.diuus.1.responso ff.de offi.præsid.vbi l.c. docet modum & formam custodiæ furiosi & d.l.pen.§.fi.ad l.pomp.de paricid. & fac.quæ idem Ias.scribit in l. si seruum.ff.si ex noxal. caus. ag.vbi inter alia,quærit,an furiosus qui ante furorem commi sit homicid.dum est in furore puniri possit?& quomodo?vide ibi in apostil.vbi habetur conclu.& limit.notab.& vide.catel. ver.homicidium.

Furor per visum percipitur.&ideò si testis interrogetur an Titius sit furiosus, & ille responderet se vidisse eum furẽrem, iste testis probaret.Ita inquit Ang.de Peru.in §.si quis nu.10. in Auth.vt cum.de appel.cognos.Sed communis opin. est in cõtrarium,quia difficile est probare quem esse furiosum,vel mente captum,& directò probari non potest,quẽ esse demẽtem,cum id sensu testis non percipiatur,sed consistat in intellectu.Zabarel.Card.in cõs.56.Et in talitratione videtur testis iudicare potius quàm deponere, quo casu testis non probat. Bar.in l.qui testamento.§.fi.ff.de testa.Bal.in l.solam.C. de testib.Et hanc communem opinionem esse dicit Phi.Dec.in cõ si.448.nu.33. kirchouius.

furor postea superueniens,pœnam corporis,delicto antea patrato,infligendam extinguit.commune aiunt Ias.in l.furioso.C.qui testam.fac.poss.& in l.ex facto.n.30.ff.de vulg.& pupil.Rip.in l.vlt.n.229.C.de inof.testa.Chuchalon ad Decium in l.in negociis.ver.delicto.ff.de reg.iur.Ant. Blanc.in pract. crim.in c.quod incipit imbecillitate, n.11.latè Did. à Couar. in repet.clem.si furiosus,n.2.de homicid.Ant.Gomez.de delict.c.1.num.72.Duennas reg.259.Vinius lib.1.opin.118.Iulius Clar.in practi.§.vlt.q.60.versi.item quæro,cum sequent. E.Suarez.

Furor superueniens reo pœnam corporis afflictiuam temperat,vt est communis opi.Soarez in versic.furor.num.411. Bonacoss.

furor excusat à delicto,si furor tunc adsit,vt est communis opi.Clar.q.60.ver.item quæro.itidem si postea sit effectus furiosus, cõmunis est,vt ibi.idem si post sententiam sit effectus furiosus licet bona possint ex sententia confiscari, vt est communis opi.Clar.ibi.ver.sed quæro.vide Grassum in suis communibus opi.lib.2.c.6.q.4. Bon.

fur vbicunque cum furto reperitur,accusari, ac puniri potest.commune ait Did.à Couarr.lib.2.resolut.c.20.n.15.&in pract.q.c.11.n.9.Vinius lib.1.opi.Iudex domicilij,in fi.& qui multos in vtranque partem refert, ac latè ea de re agens, immeritò tandem in contrariam partem, contra publicam vtilitatem discedit Iul.Clarus in pract.§.vlt.quæst.38.ver.tu scis. E.Suarez.

fures ira condictione conueniri poterunt,vt & conclusio, & condemnatio ad dandum fiat commune pronunciant Ias. Ale.n.1.in l.si quis nec causam.§.vlt.ff.si cert.pe.& si illic Bart. tantùm concludi posse sentiat,vt possessio restituatur.sententq; ab illo Paul.Castr.Aret.& Soci.in fi.commune id asserens,ac Purpur.n.3. Cuius sanè controuersiæ ea mihi probabilior cõcordia videtur,quam eodem in loco scripsit Ias.n.34.& Ale. numer.3.Ias.in l.scire debemus.§.vlrim.ff.de verbor.obligat. vt libello id vitio non vertatur,sententiæ vertatur. E.Suarez.

fures iuramento in litem sunt obnoxij.vt frequenter placitum asserunt Paris.cons.109.n.30.lib.3.Iul.Clar.in prac.§.furtum.ver.item contra furem. Idem.

Fures non ideo minus furti pœnis plectentur,quod dominus rerum furto euersarum protestetur furtum illud sua ipsius voluntate,atque authoritate fuisse patratum,vt communiter interpretibus probari renunciant Curt.iun. in l.1.nu.5. C.de furt.Iul.Clarus in pract.§.furtum.versi. item excusatur. Ant.Gom.de delict.c.5.n.2. Idem.

fures ob defensionem rerum, quæ aliter recuperari nequeunt, necari impunè possunt. commune inquit Ias. in l. vt vim.n.25.ff.de iusti.& iur. &qui complures authores laudat hac de re copiosè tractans I.Clar.in pract.§.homicidium.ver. vlr.est defensio. Idem.

fures furtis committendis assueti, & famosi fiunt, & furca plectuntur. commune asserit Cepoll. in auth. sed nouo iure. n.19.C.de ser.fug.Habebitur autem & famosus,& furca dignus,qui vel tribus tantum vicibus furtum admiserit.commune pronunciant idem Cepol.vbi s.n.84.I.Clar.in pract.§.furtum.ver.scias tamẽ.Caeteri autem fures nusquam crucis pœnas dabunt. vt communiter probatum testificantur Gomez. in §.ex maleficiis,nu.2.& n.3.Instit.de act.Ana. in c.ex literis, post n.9.de furt.Ampliat & si furtum immẽsæ quantitatis susceperint vt frequenter placitum effantur Ant.de Vbal.consi. crimin.diuers.consil.71.num.22.libr.2.& alij,quos accuratè refert Iul.Clar.in d.§.furtum.ver.sed an pro vno. Idem.

Furãs ac surripiens comestibilia &cibaria in extrema famis necessitate constitutus, seu subtrahens nuditatis necessitate vestimenta,vt quia infirmus est,& non potest quærere victũ, vel charistia,est excusatus à pœna furti tam in foro poli,quã fori,dummodo sufficientem nõ excesserit quantitatem, vt in c.discipulos.de consecra.dist.5. &in c.si quis.extra de furt.per Archi.in c.pœnale.14.q.5.& sic tẽpore necessitatis extremæ licitum est furari. & ista est communis opi.Doct. teste Cagn. in l.quæ propter necessitatem.n.3.5.7.& 8.ff.de reg.iur. & ita tenet etiam Abb.in fi.& Ana.circa fi.in c.3.de furt. & Ang.in l.2.§.cùm in eadem.ff.ad leg.& Rhod.de iact. Bonifac.de Vitel.in tract.malefici,in rub.de furibus &latronib.n.29.Couarru.in regula peccatum.de reg.iur.lib.6.in 2.part.§.1. celeberrimus D.Cornelius Beninca sius Perusinus,in tract.de pauperta te.q.7.11.speciali.n.10.cum aliis seq.& Folleri.in pragmatica.de censibus,in ver.Nicolaus episcopus.n.218. in quib. locis infinitis propè authoritatib. approbant istã sententiam,& fatentur communem esse, & aduerte, q̃ necessitas extrema, tunc dicitur vbicunque periculum vitæ imminet,cui aliter,q̃ per istam acceptionem cibariorum subuenire non potest, vt per Tho.in 22.q.66.art.7.sed iste fur, qui propter ineuitabilẽ necessitatem aliena subtraxit,licet prædicta licitè surripuerit, tamen si ad pinguiorem fortunam peruenerit, restitutionem substractorum bonorum facere tenetur, secundum Abb. & omnes Canonistas communiter, in c.si quis. extra de furt.& Cagnolum in d.l.quæ propter necessitatem.n.8. alios quamplures relatos per Couarruu. loco de quo supra, vbi explicat istam esse communem sentẽtiam. Item licet alicui rem alienam furariæquiualentem, quando rem suam occupatam ab aduersario opulenti, & potenti aliter habere non potest, vt est gloss.in cap.ius gentium. prima distin.& ita tenet Inno.in c.cum olim,el 1.n.8.de rest.spol.Alex.cons.135.n.1.vol. 1.Fely.in c.quoniam.n.13.de simo.& in c.2.de sponsi.in fi. Afflict. in constitutio.Neap.lib.1.rub.8.n.36.Marsi.in sing.178.& in sua practica criminal.in §.constante.n.36.& seq.& Folle.in d. loco n.216.& Corta in memoriali,in ver.dolum bonum.circa fi. vbi tenet q̃ creditor potest furtiuè accipere propria authoritate rem sui debitoris.& idem firmat Marsi.in d.§.constãte.n.37.similiterque furtum impunè potest committi in bonis meretricis,vt voluit Marsi.in repet.l.vniceæ.C.de rap.vir.n. 48.& 52.nec non ex furto perpetrato per quoscunque tẽpore quo luditur in domo in qua ludit ur, non datur nec conceditur aliquo modo actio furti.l. 1.§. prætor ait. ff. de aleat. & not.Grammati.decis.40.n.6. & Foller. in pragmat. de censib. in rubr.Nicolaus.numero 211. vbi recitat alios casus, in quibus furtum est punibile. F.Viuius lib.2.opi.133.

Furatus aliquid tempore necessitatis nõ tenetur illud si ad pinguiorem fortunam venerit restituere, in foro contentioso.com.dicit Summa Siluestr.§.furtum.q.5.quem refert Didac.in repet.in c. peccatum. Sed in foro conscientiæ teneretur restituere.com.dicit Marian.ca.si quis propter. de furt. & Beninca.de paupert.numer.37.Clar.d.§.furt. versic. Sed vidi. P.Fichard.

Furibus pœnam quadrupli iure impositam consuetudo iam antiquauit, atque aboleuit, ac si alicubi in vsu adhuc est, ad illam fures in conscientiæ foro non tenentur. commune asserũt Gomez.in §.ex maleficiis.n.14.instit.de actio.Hippol. in pract.crim.§.ex maleficiis.n.14.instit.de actio.I.Clar.in practi.crim.§.furtum.ver.pœna autem quadrupli. Quod tamen & à iure tum diuino tum humano abhorret, & vtilitati iuris parenti maximè reluctatur.sed ea de re alibi latius,atque opportunius agemus. E.Suarez.

Furem occidere licet, si bona aliter saluari non possunt, vt est communis opi.de qua Abb.in c.interfecisti.de homicidio fallit in clerico.Idem Abb.in c.significasti.n.2.eo.tit. Bona.

PRO.Furem nocturnum impunè licet occidere. l. furem. ff.ad legem Corneliam.de sicar.in c.si perfodiens.extra de homicid. Bellon.

PRO.Fures hodie castigari debent, in auth.sed nouo iure. C.de ser.fugit.in cano.fraternitas.7.q.2. Idem.

Fur præsumitur,si penes ipsum res furto subtracta reperitur,si est persona malæ famæ,aliàs non,vt est communis opinio. & ista mala fama facit indicium ad torturam. Char. in §. furtum.vers.sed nunquid.Soarez vers.furto.num. quadragesimonono. Bonacoss.

fur domesticus etiam debet puniri.Clar.d.§.furtum.versic. posset etiam,nam non excusatur. Bonacoss.

fur etiam pro leui re non excusatur.Sed punitur,vt est communis opinio.Clar.in §.furtum.vers.pariter. Bonacoss.

fur excusatur propter necessitatem famis, vt est commu-

Universidad de Deusto Biblioteca

nis opinio.Clar.d.§.furtum.verſ.quandoque. Bonacoſſ.

furto commiſſo in caupona, hoſpes poteſt iurare, & ſibi creditur contra eum, vt eſt communis opin.Cla.in §.furtum, verſ.pro complemento.

furtum eſt minus delictum quam rapina,vt eſt communis opi.de qua Soc.in c.tuæ diſcretionis.num.5.de pœnis. Bonacoſſ.

fur de iure communi punitur pœna mortis. Clar. in §. furtum.verſ.ſed quæro communem dicit. Quando eſt fur famoſus,& terſit furatus,vt eſt communis opinio. verſic.ſed pone quid in terminis ſtatuti. Et licet de duobus furtis quis fuerit punitus, tamen pro tertio ſuſpenditur, quia aggrauant delictum,vt eſt communis opinio.Clar.ibi verſic.quæro etiam.itidem ſi fuit pro duobus primis furtis per gratiam principis abſolutus. quia per eum commiſſo tertio furto, ſuſpendi debet,vt eſt communis opinio.ibi Clar.verſ.ſed quid.& debent tria furta eſſe diſtincta re & tempore, vt eſt communis opin. Clar.ibi verſ.vnum tamen. Bonacoſſ.

fur debet furca ſuſpendi.non decollari,vt eſt communis opinio.Clar.in §.furtum.ver.eſt igitur.& not. quòd ſuſpenſus, vel decapitatus,ſeu aliqua alia pœna afflictus pro ſcelere,dūmodo ipſum pœnituerit,ſi illa pœna eſt ſufficiens pro delicto, prodeſt, vt in alia vita non puniatur de eodem delicto, quia ſcriptum eſt. Non iudicabit bis in idipſum.Abb.in cap. ex parte.num.3.de ſepulturis. Bonacoſſ.

fur excuſatur à furto,ſi dominus rei furatæ erat ſuus debitor,& ab eo non poterat aliter ſatisfieri,vt eſt communis opinio.Clar.in §.furtum.ver.excuſatur.item excuſatur,ſi erat res amici,vel conſanguinei,vel res modici valoris,vel de voluntate domini rem accepit, vt eſt communis opinio. Clar. ibi. in verſ.excuſatur.item quis excuſatur à furto, ſi numerata ſibi fuerit pecunia,vt alteri reſtituat, quia cum ſit conſuetudo, quòd ad numerum deponatur pecunia penes aliquem, ſi ea vtatur,non facit furtum,quia ex numeratione cenſetur tranſlatum dominium in dubio. & tantundem reddere tenetur. vt per Bal.in l.incendium.C.de rebus credi.& eſt gloſſ. in l. 3. C. depoſi. Secus ſi pecunia non fuerit data ad numerum, ſed ſignata in ſacculo,quia tunc ſi quis eam recipiens vtatur,furtum committit,vt ibi per glo.& per Bal.vbi ſuprà.nu.3.quandoque tamen ex numeratione non cenſetur tranſlatum dominium.Pariſi.conſ.131.in 4.vol. Bonacoſſ.

fur dicitur manifeſtus ille, qui viſus eſt furari, licet non ſit deprehenſus cum furto.com.eſt opi.Clar.in §.furtum.verſ.1. Bonacoſſ.

fur non tenetur.niſi ad reſtitutionem rei furatæ,in foro cōſcientiæ,vt eſt communis opi.Clar.in §.furtum.verſ.pœna autem. Bonacoſſ.

furem vt occidere liceat illi,cui furatur,requiritur,quòd ſit nocturnus, & faciat pro defenſione corporis, vel rerum, & prius clamet. & quòd ipſum non cognoſcat. & per ipſum capere non poſſit,vt eſt comm.opi.& ſi diurnus ſit fur,ſi ſe telo defendat occidi etiam poteſt.comm.eſt opi.Clar.in §.homicidium.verſ.vltima eſt. Bonacoſſ.

furatus aliquid tempore neceſſitatis, non tenetur illud, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit,reſtituere in foro contēcioſo,vt eſt commu.opin.Clar.in §.furtum. verſicul. ſed vidi. Bonacoſſ.

fur repertus cum re furtiua alibi quàm in loco, in quo fecit furtum,non poteſt puniri,vt eſt communis opinio, vt per Graſſum in ſuo communium opinionum libro 2.capi. 10.q. 4.Marſil.ſing.77.vnde fur qui furatus fuit Florentiæ,& portauit furtum ſecum Bononiæ puniri non poteſt. & dum iſte caſus de facto occurriſſet in ciuitate Ferrariæ.IlluſtriſſimusDux Hercules ita iudicauit,vt atteſtatur Petr.Rauennas in ſuo Alphabeto aureo.in verbo fur,ſi furatus. vbi communem opinionem dicit.vide Boſſi.de furtis.nu.18. Riminal.conſ.7. per totum. Capici.deciſ.Neapoli.104. Alex. inter conſilia crimi. conſ.71.nu.18.in 2.tomo.communem dicens.& not.quòd ſi quis ſcienter vendit rem alienam.furtum committit,& de furto punitur,ſi ipſam rem tradat verè & non fictè per conſtitutum.Tiraquel.de conſtituto.in 3.part.26.limi.nume.3. vide Soarez,verſ.furto.numero 407.& ſeq.& vide D.Brunorumà Sole conſil.vnico.nume.52.& num.155.vbi quis ſit repertus cum re furtiua,ſi tamen talis ſit bonæ vocis,conditionis &famæ.iſta inuentio non facit aliquod indicium ad torturā contra ipſum,vt eſt comm.opi.de qua ibi fuſius. vbi ponit exemplum in ſtrazarolis. Bonacoſſ.

fur non poteſt pœna mortis puniri pro primo furto, licet magno, vt eſt com.opi.de qua Alex.inter conſ. cri. conſ.81. nu.21.vol.1. Bonacoſſ.

fur furans ex neceſſitate famis non incurrit in pœnam, vt eſt comm.opi.de qua Abb.in ca.ſi quis in ſummario extra de furtis. Bonacoſſ.

fur,qui cum furto reperitur,accuſari ac puniri poteſt,communis eſt opi.Soarez ver.fur.nu.386. Bonacoſſ.

fures ita condictione ɔueniri poterunt, vt & concluſio,& condemnatio ad dandum fiat,vt eſt comm.opi.Soarez verſ. fures.num.387.vide tamen poſtea.num 388. Bonacoſſ.

fures iuramento in litem ſunt obnoxij, vt eſt comm. opi. Soarez verſ.fures.nu.390. Bonacoſſ.

fures non ideò minus furti pœnis plectuntur, licet dominus rerum proteſtetur ſua voluntate furtum factum eſſe,& eius auctoritate,vt eſt communis opinio. Soarez verbo fures. nu.391.

fures ob defenſionem rerum necari poſſunt,vt eſt communis opi.Soarez in verſ.fures.nu.392. Bonacoſſ.

fures furtis committendi aſſueris& famoſi,furca ſuſpendū tur, vt eſt comm.opi.Soarez verbo fures. & ij loco ſunt, qui tria fecerunt furta,vt eſt communis opinio.ibi.nu.394.cæteri fures nunquam debent ſuſpendi,vt eſt comm.opi.num.395. etiam quòd furtum ſit immenſum,vt eſt comm.opi.ibi.num. 396. Bonacoſſ.

furibus pœna quadrupli hodie non infligitur nec tenentur ad eam,etiam in conſcientia,cum ſit ſublata, vt eſt com. opi. Soarez ver.furibus.nu.397. Bonacoſſ.

PRO.Furtum ſine affectu furandi non committitur. l. furtum.ff.de vſuc.

OBIEC.Opponitur de l.qui ſaccum.ff.de furt.vbi,qui ſaccum cum pecunia ſubtraxit, non animo furandi ſaccum, tenetur.

SOL.Ibi animus ei fuit ſecundario,licet non principaliter, vel directè.

OBIEC.Secundò opponitur de l.fullo.§.qui ancillam. ff. eodem titul.vbi furti tenetur,qui ancillam,non meretricem, non furandi,ſed libidinis tantum cauſa ſurripuit.

SOL.Illud ideo,quia domini intereſt,cùm minus modòvaleat,ſecundum gloſſ.in l.verum.ff.eodem.

OBIEC.Tertiò,& vltimò obſtat.l.cum ſeruus.ff.de cōd. can.da.cau.non ſec.vbi furti quis tenetur,licet animo lucrandi non fecerit.

SOL.Ibi etiam erat lucrum quia voluntatem ſuam expleuit doloſè agendo. vt ibi gloſſ.dicit. Vel dic, quòd illis mes caſus ſunt ſpeciales,& à regula noſtra excipiuntur. Bellon.

PRO.Furtum ſine contrectatione rei nō fit.l.ſi quis vxori. § Iulianus.ff.de furt. Bellon.

furtum dicitur caſus fortuitus tunc ſolum quando à perſona domeſtica fit.Eſt communis opi.ſecundum laſ.in con.42. factum quæſtionis.vol.1. M.Chærian.

furtum in re magna dicitur graue delictum.commu. dicit Abb.conſ.25.nu.1.in fi.lib.1.Clar.d.§.furtum.verſ.quæro.an. P.Fichard.

Furti pœna de iure communi non eſt pœna mortis. com. dicit Gomeſ.in §.ex maleficiis,nu.12.inſtitu.de actio.Et licet in cap.primo.§.ſi quis quinque ſolidos.de pace tenend. videatur conſtitutum quod pro furto quinque ſolidorum quis debeat ſuſpendi,tamen illud intelligendum ibi eſt,quando cum furto concurrebat violatio pacis.comm. dicit Gomeſ.in d.§. ex maleficiis.nu.2. & 3. Et quod illa pœna in omnem caſum hodie de conſuetudine non ſeruetur,atteſtaturGandin.de malef.in tit.de furib.nu.10.Bald.in d.§.ſi quis quinque.num.1.& in auct.ſed nouo iure. nu.3.C.de ſeruis fugit.Notandúmque eſt quòd Pariſ.de Pureo in tit.de ſynod.nu.5.dicit,quòd proles illius Federici conſtituentis illud cap.& alij reges ſucceſſiuè qui illam conſtitutionem ſequuti ſunt,malam vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit.refert Clar.libr.5.ſent.§.furtum. verſ. Sed quæro quæ ſit pœna. P.Fichard.

Furta duo prius extra territorium commiſſa, computantur ad tertium in territorio commiſſum,ad hoc vt pro tertio furto ſuſpendatur fur,ſi ſtet ſtatutum q; quis pro tertio furto ſuſpendatur.ita Modernos communiter tenere ait Cepol. in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fugit.n.89.in fi.Clar.d.§.furtum. verſ.Sed pone ſtat ſtatutum. P.Fichard.

furta duo præcedentia,etiamſi fur per gratiam ſuper iis abſolutus fuerit, nihilominus erunt computanda ad tertium commiſſum.comm. obſeruari atteſtatur Chaſſan. ſuper conſuet.Burgund.num.21.quem refert Didacus libr. 2. reſolut. cap.10.num.2.circa fi.Clar.dicto.§.furtum.verſic. ſed quid ſi. P.Fichard.

furta tria vt dicantur, debent eſſe diſtincta tam tempore,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam re.comm.dicit Cæpol.in auth.ſed nouo iure. C. de ſer. fugit.num. 105.Clar.d.§.furtum.verſ.vnum tamen. P.Fich.

furtum factum de re magna dicitur graue delictum, vt eſt communis.vbi latius.Clar.in §.furtum.verſ.quæro an. Bonacoſſ.

furtum vel ſubtractio facta perſona domeſtica, dicitur caſus fortuitus vt eſt communis opinio legiſtarum & canoniſtarum.de qua Laſ.in conſ.42. nu 3. in 1. vol. alias ſecus ſi fiat à perſona non domeſtica.

furtum.ſtatutū,qpro tribus furtis fur moriatur,non habet locum in contrectāte rem vnam per tres diuerſas iuriſdictiones,vt dicatur tria furta commiſiſſe,ſecundum Bal.Ang.Fulg. & Sal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſeruis fugi.Bal. in c.cum eccleſia ſutrina, ext.de cauſa poſ.& propr.maximè cum tale ſtatutum tanquam odioſum ſit ſtrictè & propriè intelligendū.c. odia.de regu.iur.Non enim in caſu præmiſſo eſt plus quàm vna res,vnus dominus, quo inuito res eſt contrectata, conſequentet vnum furtum, quicquid cōtra dixerit Bart.in l.ſi dominum.ff.de fur. Balb.deciſ.270.

furtum dicitur caſus fortuitus tunc ſolum,quando à perſona domeſtica fit,vt eſt communis opinio. Chærianus in ſuo communium opinionum.verſ.furtum.& quando furtum dicatur facere incidens arborem.Ruinus conſilio 105.num. 3. in 4.volu.Quomodo probatur caſus fortuitus, clandeſtinus, vel occultus.Alexand.conſilio 146. per totum. in 6. volum. Bonacoſſ.

furtum eſt licitum eius ſummæ,quæ liquido apparet,& aliter exigi non poteſt,vt eſt comm. opi. Soarez verbo furtum. nu.399. Bonacoſſ.

furtum ſi ab eo famulo vel ſeruo fiat,qui rem deferendam ad aliquem ſuſcepit. ſiue famulus,vel ſeruus rem illam mittētis ſit, ſeu rem accepturi.Si eius tamen conditionis fuit, vt ſimilia negocia tranſigere ſoleret, furti damnum ille patietur ad quem res mittebatur. non verò qui rem mittebat, vt eſt communis opinio.Soarez verbo furtum. Limita niſi res illa. quæ portanda committitur, ac furto intercipitur pecunia ſit, aut res aliqua,quam in genere deberet eius miſſor,vt eſt communis opinio,ibi.num.401. & ſi æquitas videatur in contrarium.item limita.Niſi expreſſim conuentum eſſet, vt aliquis nominatim declaratus,vel ipſemet debitor rem apportaret.ibi. Bonacoſſ.

furti actio etiam pro re minima ſubſtracta,gallina.vel cuo datur,vt eſt communis opinio.Soarez verſ.furti actio.nume. 404.Licet pœna minuatur.vide tamen ipſum,& hoc eſt,quia de minimis curatur quando tractatur de conſeruandis regulis iuris communis.vt declarat Curt.iun.conſilio.287.num. 19. Bonacoſſ.

furtum eius ſummæ,quæ alioquin liquidò debetur, & aliter exigi nequeat,licitum vnicuique eſt.commune aiunt Dida.à Couarru.lib.1.reſolut.ca.2.num.15.verſ.4. eodem iure, & latè Viuius lib.2.opi.133.vbi alias ſpecies recenſet,in quibus furtum aut licet,aut non punitur. E.Suarez.

furtum ſi ab eo vel famulo,vel ſeruo fiat,qui rem deferendam ad aliquem ſuſcepit,ſiue famulꝰ ſeruúſve rem illam mittentis ſit.ſeu rem accepturi: ſi eius tamen fuit conditionis,vt ſimilia negotia tranſigere ſoleret,furti damnum ille patietur ad quem res mittebatur,non verò qui rem mittebat.vt commune ponit Ant.Gomez.de contract.cap.6.nu. 3.Excipe niſi res illa,quę reportanda committitur,ac furto intercipitur,pecunia ſit,aut res aliqua, quam in genere deberet eius miſſor. vt frequenter placitum dico ex Paul.Caſtr. & Alex.ad Barto. in l.argentum.ff.commod.Baldus & Salic. in l. ſi is cui. C. de furt.laſ.in l. 1.ff.de eo per quem factum erit. Anto.Gomez.d. c.7.& ſi ęquitas,atque ipſa vtilitas iuſti propè mater & æquirefragari videatur verū ea de re alibi vberius. Excipe ij.niſi ſi expreſſim conuentum eſſet vt aliquis nominatim declaratus vel ipſemet debitor rem apportaret,vt probat luculēter text. in leg.eum qui.§.vltimo cum l.ſequenti.ff.commod.&ponit receptum Gomez.vbi ſ. Idem.

furti actio etiam pro re minima, veluti pro ſubtracta gallina, atque etiam ouo intercepto dabitur. vt receptum reſtificantur Tiraquel.in tract.de indic.in rebus min.exigend.verſ. 10.Didac.Couar.libr.1.reſolut. cap.3. num. 12. & qui vſu id ſeruari ſcribit,licet pœnam imminui ob rei furto ablatæ exiguitatem affirmet Iulius Clarus in pract.criminal. §. furtum. verſ.pariter etiam quamuis Didac.à communi placito diſſentiētis opinio mihi magis arrideat eamque alibi probare multum,lateque adnitar. E.Suarez.

furto ſublatam rem qui bona fide emit,ſi res extet,illam reſtituere tenebitur,ſi verò euanuit,quatenꝰ locupletior factus eſt, rei precium domino illius refundet. vt frequentiſſimis qua Theologorum,quà canoniſtarum calculis ſancium aſſe uerat Didac.à Couarru.in cap.peccatum, de reg.iur.libr.6. E. Suarez.

furto res amotæ,atque apud aliquem ſpectatæ fidei homi nem repertæ, illum furti non arguent. ſecus ſi vilis atque improbatæ vitæ homo ſit.commune affirmat Auguſt. ad Ange. de malef.in verſ.& veſtem cœleſtem,poſt nume. 19. ac latius Iulius Clarus.in pract.§.vlt.q.21.verſ.vlt. Idem.

furto res ſibi ſubtractas vnuſquiſque in alterius domo poterit inueſtigare, ſi facultatem prius à iudice adipiſcatur. vt commune doctorum placitum renunciant Auguſt.ad Ange. de malef.in verſ.& veſtem cœleſtem.numero trigeſimoquarto. practica conradi poſt numero 14. Quamuis huiuſmodi copiam non eſſe à iudicibus faciendam aſſerat receptum Abbas in c.qui cum fure.ext.de fur. quem refert accuratè de materia agens Iulius Clarus in pract. §. furtum verſ. quæro nunquid. Idem.

furtum eſt contrectatio rei alienæ fraudulóſa inuito domino cum animo & intentione lucri faciendi.l. 1.§. 1.ff.de fur.§. furtum.inſti. de obl. quæ ex delic.na. vide Ang.in tract.male. in ver.& veſtem.in 1.col.Alex.in 4.vol.conſ.127. P.Andora.

Libell*.in actione furti ſic formari poteſt. Propono. quòd talis equs ad me ſpectabat & ſpectat iure dominij. vel quaſi. vel poſ.tantum.vel quòd habebam ius in eo.vel habebam in commodatum,prout caſus erit. Et qꝰ ipſum equm.Petrus de hoc.anno præſenti. 1494.& de præſenti menſe aprilis. de tali domo mea.ſita &c. contra meam voluntatem furto abſtulit clā.ſi fur.non erat manifeſtus.Alias dicas palam & manifeſte. Si tñ velles addere ſcienter & dolosè, & appenſate animo lucrandi poſſes.& qꝰ ipſum equm de loco ad locum amouēdo. contrectauit.Quare peto dictum.Pe.puniri ad duplum,ſi non erat furtū manifeſtum, alias ad quadruplum æſtimationis dicti equi. qui valet ducat. 20. vel ad duplum & quadruplum dicte poſ.vel intereſſe.quando agis quia tua intereſt.

Poſſes etiam ꝓcludere,quare peto cum puniri & condemnari ſecundum formam iuris & ſta.Vel ſic.qr̄ Peto per vos declarari dictum pe. commiſiſſe dictum furtum. & condemnari.ad formam iuris & ſta.Iſtas formas ponit Ang.Aret.in §.ex maleficiis.Inſti.de actio. P.Andora.

Libellus.in cōdictione furtiua.Concluditur.ſic.Quare peto dictum Pe. furem vel dictum eius hæredem condemnari. ad dicti equi reſtitutionem.ſi extat.alias in eius veram æſtimationem. Ita dicit Angel.Aret.in §.ſic itaque. inſtitut.de actio. P.Andora.

Poteſt quis criminaliter accuſare & petere rem ablatam ſibi reſtitui cum damnis expeñ & intereſſe. l. qui crimen. C. qui accuſa.non poſſ. cum aliis alleg.per Angel. Aret. in tract. malef.in ver.& veſtem cæleſtem. in 3.col.& latius in 15. col. vbi all.l.interdum.§.qui furem.& ibi Bart.ff.de fur.

Quæ ſit pœna furti de iure communi. vide ample. Angel. vbi ſupra in 3. & 4. colum. & Iaſonem. in l. cum ſeruus in ſecunda colum.ff.de cond.ob.cauſam.vbi dicit.quòd in famoſo latrone clarum eſt quòd debet furcha ſuſpendi. l. capitalium.§.famoſos.ff.de pœnis.

Eodem modo fur famoſus ſecundum Bar.ibi.

Idem in graſſatore.d.l.capitalium.§.graſſatores.

Et quis dicatur famoſus latro.declarat tex.in §.fures.in authen.vt nul.iud.

Et dicitur fur famoſus ſuſpendendus furcha. qui tria furta commiſit.ſecundum.Bal.in l.nemo.C.de epi. aud. & in auth. ſed nouo iure.in prin. C.de ſeruis fug.ſequi.Ang.in l.quod ſi nolit §.quia aſſidua.ff.de edil.edic.

Ipſe tamen Iaſon.dicit.quod aliter videtur tenere Alex. in conſ.non reperitur.incipiente.ſtante ſtatuto ciuitatis parme. allegans.quòd ita tenet Iacob.Butr.Angel.& Sal.in d.authen. ſed nouo iure ſcilicet quòd fur famoſus non debet furcha ſuſpendi. Et iſtud dicit Iaſon.ſibi placere.& pro hoc ponderat text.in d.§. graſſatores. iuncto §.famoſos. quæ iura ſic induc. dic.text.in §.famoſos.quòd famoſi latrones debent furcha ſuſpendi in ſolatium interemptorum, & vt tranſeat in exempl. cæteris. ponderat ipſe Iaſon. iſtud verbum interemptorum. quia videtur loqui de his qui in ſtatutis publicis non ſolū diripiunt bona ſed etiam occidunt homines.item in d.§.graſſatores quæritur. qua pœna debent grāſſatores puniri. & dicit. text. quòd debent puniri capitali pœna ſi in via pu. cum armis bona diripiunt. Ergo ſimplex fur, etiam ſi ſæpius furripuiſſet non debet puniri pœna capitis. Et maxime quia in criminalibus debet ſumi mitior pars. & ſic fur non debet ſuſpendi ſed debet ſuſtigari. & aliter puniri ſecundum formam

dict

dicte auth. ſed nouo iure. qui eſt ad hoc. melior text. qui ſit in iure ſecundum Bal. in l. 2. ad fi. C. de noxa.

Tu adde quòd illud conſ. Alex. eſt in 4. vol. conſ. 110. Adde etiam eundem Iaſonem in §. ex maleficiis. in 1. col. inſti. de actio. Cepo. in auth. ſed nouo iure. in decimanona col. de ſer. fug.

Limitat Iaſon niſi eſſet vnum furtum valde enorme. Quia tunc poteſt furcha ſuſpendi. dato etiam quòd ſta. tria requireret. quia vnum furtum valde magnum æquipollet tribus. argumento. l. ſi is qui tres. §. fi. ff. de excuſ. tutor. & quia licitum eſt ex cauſa. ll. & ſtatuta. tranſgredi. ſecundum Inn. in ca. 1. de conſtitu. Ita tenet Bald. in d. auth. ſed nouo iure in prima col. & in cap. 1. §. iniuria in 2. col. de pac. iuramento. firm. vbi refert ita tenere Cy. in d. auth. ſed nouo iure. & ad hoc alleg. etiam dict. leg. cum ſeruus. Et iſtud ſequitur Panorm. in cap. inter alia in vlt. col. de immu. eccl. & Ang. in d. ver. & veſtem. in 5. col.

Vide tamen. eundem Iaſonem. in dicto §. ex maleficiis. in ſecunda colum. & quæ dixi. in verbo pena arbitraria. §. 14. verſ. item per dictum. Cepo. in auth. ſed nouo iure in 13. colum. & ſequent. de ſeruis fug. Angel. inſtitu. vi. bo. rap. & in dicto. §. ex maleficiis.

Subdit Iaſon. in dicta lege cum ſeruus. quòd furtum dicitur enorme. licet ſit modicum quando eſt valde ſcandaloſum. quia ex eo ſequitur fractio pacis pu. all. Bal. in c. j. §. ſi quis quinque ſolidos. per illum tex. de pace tenen.

Ipſe tamen Iaſon. tenet contrarium. poſt Sal. ful. & Paul. de Caſt. in d. auth. ſed nouo iure. & Io. de ana. in c. fi. de fur.

Limita etiam niſi quis rem ſacram vel religioſam furto abſtulerit quia capitali pena punitur. §. item. l. Iul. peculatus. inſt. de pu. iud. Ang. vbi ſ. in 3. col. in add. Ariminenſ.

Vide aliquid per Iudo. ſing. 319.

Quid ſi ex ſtatuto. debeat quis pro tertio furto ſuſpendi. Et fur paſſus fuit penã primi & ſecundi furti quia fuit fuſtigatus vel huiuſmodi. Poſtea fecit vnum furtum quod eſt tertium. debeat ſuſpendi. vide Ang. vbi §. in 5. col. qui concludit quòd ſic. De quo etiam vide Fely. allegantem infinitas remiſſiones. in c. ſic. in 2. col. de teſti. Cepol. in d. auth. ſed. nouo iure. in 21. col.

Sed quid ſi furetur plures res eodem tempore. & loco. an dicantur plura furta. vide ſonz. in 1. part. conſ. 33. in 5. col. vbi tenet quòd non. all. Bar. in l. eum qui. §. idem dicitur. ff. de fur. & Bal. in d. auth. ſed nouo iure. addo. Ang. inſti. vi bo. rap.

An autem furta alibi commiſſa. aggrauent delictum & ſic furtum commiſſum in loco originis? Bar. in l. ſi cui. §. fi. in fi. ff. de accuſ. tenet quòd ſic. & hanc opinionem. tenet Ang. vbi ſ. in fi. 5. & in prin. 6. col. & in ver. exiſtens florentie. in prin. & pro hac opinione. aug. ari. in d. ver. & veſtem. in 13. col. all. infinitas deciſiones licet dicat quòd opi. Bart. eſt nimis rigoroſa. eam tamen ſequitur. Iaſon. in l. ſi idem cum eodem in 2. col. de iuriſdict. om. iudic. & in l. eum qui. §. in popularibus. in vlt. col. de iureiur. Panorm. in c. 1. de cler. percuſ. Cępol. in d. auth. ſed nouo iure. col. 20.

Contrarium tenet Aug. Ari. in d. ver. exiſtens Florentiæ. in 1. addit. alleg. Bal. in l. 1. C. de ed. act. & Ioan. Andr. in additio. Specul. in rubr. de furt. & Sal. in l. ſeruos. C. ad leg. iul. de vi. dic. etiam Barb. in 1. vol. conſ. 47. col. 19. & 20. q̃ multi moderni tenent contra dictum Bar.

Vide etiam Fel. in c. cum contingat. de fo. comp. vbi etiam dicit, quòd licet poſſit puniri, ſeu quòd delicta alibi commiſſa aggrauent. tamen debet limitari, niſi de illis fuerit punitus. alleg. Arc. in d. c. ſic.

Sed in hoc tenet contrarium Iaſon. in d. l. ſi idem cum eodem. & in d. §. in popularibus. alleg. Bal. in authentic. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. vide Alexand. in d. l. ſi cui. §. fin.

Quæritur, aliquis commiſit furtum in Pinerolio, & cum re furtiua poſtea ſe tranſtulit ad alienum territorium, nunquid poterit puniri per illum iudicem vbi reperitur cum re furtiua. Bar. in l. ſi dominium. ff. de fur. tenet quòd ſic. & in l. ſi abducta. C. de fur. & in l. ſed nec. ff. de cond. fur. Nam ſicut mutatione dominij noua naſcitur actio furti. d. l. ſi dominium. ita etiam mutatione territorij ad vindictam publicam. Et dicit Angel. vbi ſ. in 6. col. quòd ſemper ſequutus fuit opinionem Bar. quæ multos ſuſpendi fecit. & quòd licet doct. Bononienſes conſuluerint contrarium, per rationes, quas refert, tamen quòd opinio Bartol. eſt ſequenda: & allegat multos, qui illam tenent. Idem Angel. in §. 1. inſtitut. de obligat. quæ ex delict. Bal. in l. vnic. col. 6. in fi. C. de confeſſ.

Aug. ari. ibi limitat opinionem Bar. procedere, ſi fur in initio fuit propoſiti, vt in aliud territorium ſe transferret: quia tunc ibi maleficium conſummatur, & ibi poterit puniri. alle. Ang. in d. l. ſi dominium.

Et inter alias limitationes dicit, q̃ opi. Bar. procedit in fure vagabundo. all. Ang. in d. l. ſi abducta.

Limitat etiam vt reſtringatur opinio Bar. ſi fur proroget iuriſdictionem iudicis, & dat pro cautela, vt iudex faciat prorogari. all. Ang. in d. l. ſi abducta.

Limitat quoque notabiliter, quando fur fuiſſet inuentus cum re furata, ſecus ſi cum pretio. alleg. Bal. in l. j. C. de confeſ. tu dic q̃ iſtud etiam tenet ibi Ang. Are. qui pro hoc alleg. tex. in l. qui vas. §. fi. ff. de fur.

Limitat præterea, ſi fur fecit reſidentiam in alio territorio, per ſpacium vnius diei, quia tunc ibi poterit puniri, alias ſecus. alleg. ſing. Bal. in l. qui furem. ff. de ſta. ho.

Tandem ipſe Aug. ari. relatis hinc inde omnibus opinionibus, concludit opinionem Bartol. non eſſe ſequendam, licet eam ſequantur aliqui latrunculatores Sitibundi ſanguinis humani. Adde Cæpol. multa allegantem, & dicentem hanc opinionem contra Bar. eſſe veriorem & communiorem, in conſil. 59. in penultim. & vltim. column. Panorm. in c. 1. num. 11. de rapt.

Quærit Ang. vbi ſ. in 10. col. an cuſtos rei ſubſtractæ poſſit torqueri ſine indiciis, & dicit quòd ſic. alleg. Bar. in l. 1. ff. de off. præfec. vigil.

Sed Aug. ari. ibi dicit, quòd Bart. non dicit quòd ſine indiciis poſſit torqueri: & ſi hoc diceret, ipſe intelligeret quando cuſtos eſſet vilis vt ſeruus, alias ſecus.

Tu in hac materia, adde Iaſonem in l. ſi quando. col. 9. C. vnde vi. vbi dicit, quòd ſi fiat furtum alicui de nocte, eſt præſumendum quòd fuerint vicini, & poſſunt torqueri. allegat Bart. in l. dominus horreorum. ff. locat. & in l. 1. ff. fur. aduer. nau. & Bald. in l. 1. in princip. in bona lectu. C. locat. vbi dicit, q̃ illi vicini debent torqueri, de quibus magis ſuſpicatur. alle. etiam Bal. in l. pignus. C. de pign. act.

Vide tamen in ver. inquiſitio ſine fama. §. 17.

Et in ſimili in denegante reſtituere rem quam ſuſcepit cuſtodiendam, vt poſſit torqueri, vide Ioann. de Imol. in conſil. 2.

Quærit etiam Ang. ibi in 11. col. Quid ſi quis emit ſcienter rem furtiuam, an teneatur furti, & dicit q̃ ſic. l. inciuilem. & ibi doct. C. de fur.

Et idem in recipiente rem furatam in pignore. l. ſeruus cuiuſdam. ff. de cond. indeb. & ita tenent Bar. & Ful. in l. eos. C. de fur. de quo per Ana. conſ. 70. & Iaſ. in d. l. ſeruus.

Secus ſi ignoranter emeret, debet tamen nominare furem, ne ipſe incidat in ſuſpicionem. d. l. ſeruus.

Limitat ipſe Ang. niſi ſit bonæ famæ, & iuret ſe non cognoſcere illum qui vendidit.

In omni tamen caſu tenetur rem reſtituere ſine pretio. d. l. inciuilem.

Tenetur furti qui conſtituit vnum librum pro pignore, & poſtea alium ſubmiſit. Ang. vbi ſ. col. 12.

Et ſubdit ibi Aug. ari. quòd tenetur crimine ſtellionatus, ille qui perſuaſit ebrio, aurum eſſe, cum eſſet æs, & ſic extraordinarie punitur. vt etiam dixi in ver. pœna arbitraria. §. 10. & aliquid in ver. Barataria.

Si debitor ſpecialiter obligauit aliquam rem mobilem creditori, licet non tradiderit: ſi tamen eam poſtea vendat, committit furtum. l. ſi quis rem pignori. ff. de fur.

Furtum committit, qui vincit in ludo pecuniam filiofam. Alex. in add. in d. l. ſeruus. & ibi Iaſ. alle. Bal. in rub. C. de cond. ob turp. cauſam. Idem vult Alexand. in l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt.

Dominis enim reſtituenda ſunt. Bald. in rubr. de rer. diuiſ. col. 7.

furtum committit, qui ligna vi fluminis impulſa retinet. Feder. conſ. 107. facit quod vult Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam. §. res pignori. ff. ſi cer. pe.

Et tunc eſt cautela, quòd fiat proclama. quòd domini veniant ad capiendum. Alex. in l. prætor. §. de his. de dam. infec.

furtum committit, amicus qui vendit equum amici, eo non habente ratum. Ang. & Iaſ. in l. 1. col. 1. C. de fur.

Meum equum, furto captum, apud alium exiſtentem, capere poſſum. Iaſ. in §. quadrupli. col. 7. de actio. vide in ver. fugiens. §. 3. & in ver. equus §. 1.

Is cui datur pecunia alicui portanda, ſibi retinendo, furtum committit. l. ſi is cui. C. de fur. Paul. de Caſtr. in 2. volum. conſ. 337. alias 335. Iaſ. in l. ſi ego. in fi. ff. ſi cer. pe. & latius in l. eius qui in prouincia. col. 11. & 12. eod. titul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An autem is cui portanda erat possit agere vide notabiliter Dy.cons. 17.

Furtum committit recipiens scienter indebitum.Cor.in 2. vol.cons. 121.ver.cum recipiens.

Receptans scienter rem furatam. tenetur furti. l. eos & ibi Bar.& doct. C.de furt.Angel.in d.verbo & vestem.in 12. colum.

Et ibi vide Aug.qui dicit ꝙ extraord. punitur. ex quo præstat auxilium post factum maleficium.de quo latius. in verb. & dicto malefi.

An præsumatur.contra illum apud quem res furata reperitur.vide Ang.vbi s.in 14.& 15.col.de quo etiã aliquid in ver. fama publ.in 6.col.

Quid si reperiam. animalia. quæ dent mihi damnum an possim retinere.vide Angel.vbi s.in 15.& 16.col.

Vtens re comodata ad alium vsum. committit furtum. l. si vt certo.§.denique ait.ff.comod.l.si furtũ.ff.de cond.fur. Ange.vbi s.in 16.col.

Idem in deposito s.depositum §.10.

Limita nisi verisimiliter crediderit dominum permissurũ. gl.in d.§.denique.Ang.vbi s.de quo vide no. per Bar.&Ange. in l.inter omnes §.recte.ff.de fur.

Vtens re pignorata.furtum cõmittit l.si pignore.& l. interdum. ff.de fur.Pan.in c.j.de deposito.

Quid si confiteatur comodasse.vide notabiliter.Cor. in 3. vol.cons.260.

Quid si famulus hodie furatur vnam rem pauci valoris, & cras aliã,& alio die aliam,dic ꝙ debet suspendi.Aug.ari.vbi s. in 17.col.al.Bal.in l.pen.C.de fur.Addo Fel.in c. at si clerici.§. de adulteriis in vlt.col.de iud.fac.quod vult ipse Fel.in ca.Ad abolendam.de hære.& Barb.in 1.vol.cons.11.in 6.col.&in 2. vol.cons.11 in 12.col.& in vlt.col.& Ias.in §.ex maleficiis.in 2.col.inst.de actio.

Vide tamen Alex.in 4.vol.cons.110.in fi.

Quid si quis intituletur de furto.& compareat dñs rei furate dicens fuisse factum de eius vol. vide Bar. in l. inter omnes.§.recte.ff.de fur.& quæ dixi in verbo.fiscus.§. 17.versicu. facit quod notabiliter.Panormitan.in cap. dudum nume. 18. de elect.

Si quis accedat animo furandi & non furetur quia non potuit. punitur pœna extraord.Bar.in l.faccularij.de va.& extraord.cri.& in l.vulgaris §.qui furti.ff.de fur.Ang.& Aug.ari.vbi s.in pen.col.

Addo Ias.in l.3.§.si rem.ff.de acq.poss.

Falsus procurator exigendo sine mandato, committit furtum.l.falsus C.de fur.Angel. & August. vbi suprà in penulti. colum.

An pro inuestiganda re furata liceat domum alicuius perquirere vide Bar.in l.1.ff.de seruis fugit.& Angel. & August. vbi s.in vltima columna. & in §.feræ. instit.de rerum diuisione.& in §.conceptum.de obli.quæ ex delic.na.

Fur an auctoritate propria capi possit.Ias.instit. de actio. in prin.in 11.col.dicit quòc sic.vide ibi per eum.

Iudex potest iubere rem furto subtractam restitui. Ias.in §. ex maleficiis in 16.col.insti.de actio.

Furtum pro quo imponitur.pena furcharum.est maius delictum quam homicidium.Dec.in cons.65.& in c.at si clerici. in 5.col.de iud.

Ad materiam.l.rei communis.cum 2.seq.ff. de fur.&l.merito.ff.pro socio.vide notabiliter Alex.in 4.volu.cons.127.in pen.col.vbi dicit ꝙ habent locum.quãdo malo animo & per fallaciam quis subtrahit rem communem.& ꝙ in dubio non præsumitur facere malo animo.

Vide etiam Bar.in l.si socius.ff.de furt.vbi dicit verum esse, quòd non præsumitur facere malo animo.& sic committere furtum.quando vtitur.re ad eum vsum. ad quem est destinata.secus si vteretur aliter ita ꝙ socio auferret commoditatem part.suæ.vt ibi per eum.

Papa non potest dispensare super furto quominus restitutio.fiat.Alex.in 2.volum.cons.1.alleg. cap. cum tu. de vsu. & alia.

Adde tamen ꝙ si iuste tenereris ñ in aliquo. nec haberem probationes ,& sic non possem ius meum consequi.est ñ licitum in conscientia tantum furari de tuo.l. si non fortem in prin.ff.de cond.indeb.Inn.in c.olim.de rest.spol.

Quod intellige. dummodo fieri possit sine scandalo.& ita vult Alex.in 1.vol.cons.135.& in 4.vol.cons.127.de quo per Fel.in c.1.in 6.col.de iud.& in c.2.in 1.col. de præscrip.& in c. ex tenore.in prin.de testi.Barb.in 2.volu.cons.12.in 3.col.Ias. in l.1.in 5.col.C.de testa.Cæpo.cons.26.

Vide in verb.compensatio.§.2.

Furti inquisitio quæ & qualia continere debeat.vide notabiliter Sonz.in 1.part.cons.8.vbi primo dicit quòd debet poni valor rei subtracte.allegat Bar.in l. pedius. ff. de incen. rui. naufr.& alia.& subiungit non sufficere quòd ex verbis narratiuis processus appareat de valore nisi apponatur. in conclusione processus.

Sed in hoc Aug.ari.in verbo valoris & communis æstimationis.dicit quòd sufficit apparere in processu. de valore.vt ibi per eum.

Furtum constante matrimonio licet vxor non dicatur cõmitere:tamen si aliquid furatur quando vir laborat in extremis,tenetur actione furti hæredibus viri.Angel.in §.hi qui in fin.instit.de obligat.quæ ex delict.nascunt. P.Andora.

Secundò dicit esse apponen. quòd res pertinebat ad talem iure dominij. vel quasi alias si simpliciter diceretur quòd pertinet.non procedit inquisitio pro furto.al.Bar.in cons.154.incip.videtur dicen dictos accusatos.

Et multa alia notabilia deducit, quæ vide per eum. P. Andora.

Adde ꝙ sic. inquisitio debet continere locum & tempus. Ita confessio intitulati.Bar.not.in cons.228. Et ita tenet Cor. in 4.vol.cons.134.circa fi. P.Andora.

Furtum an connumeretur inter casus fortuitos.vide Barb. in 1.vol.cons.53.& Ias.in §.sed iste.col.x.insti.de act.& in effectu fit distinctio. Aut culpa præcessit. & non connumeratur inter casus fortuitos Aut non præcessit.& furtum fit à familia ri.vel rupta apotheca & huiusmodi.& tunc secus.vide per eos & per Ang.in d.§.sed istæ.in 3.col.vide etiam Bal.in l.1. C. de positi. P.Andora.

Quid si compareat dominus rei furatæ & attestetur. dedisse licentiam.an ei credatur.vide s.in verbo.fiscus.§.17. & s.e. §.26.

Furtum committitur.etiam in vno ouo.gl.in §.gallinarum insti.de re.diuis.

Sed quæ est ratio quòd actio furti datur pro re minima. & non actio de dolo. dic quòd in furto inspi. iniustitia. & non quantitas.secus in actio.de dolo. ita subtiliter Petr. gerar.singul.19.

Ad materiam leg. secundæ.C.de furt. vide Cæpol. clausula.10.

Furtum domesticum est punibile si sit exig. Ang.in §.i.inst. de hæred.qual.& differentia,& in §.ij qui. insti.de obl. quæ ex delic.na.

Et qui emit scienter rem per filium furatam,etiam patri tenetur. Aug.in d.§.ij qui. P.Andora.

Furta ita,& taliter leges, & iura abhorrent, vt contra fures actiones ciuiles,ad vtilitatem priuatam.& criminales pro bono public.inducere curauerint; & sic aduersus fures,ciuiles& criminales actiones competunt.l.licitatio. §. quòd illicitè. ff. de public.& l.fi.ff.de fur.& per Deci.cons.520.si quidem contra fures agitur aliquando petendo pœnam dupli,& aliquando quadrupli.§.dupli.& §. quadrupli. instit. de act. ideoque si aliquem furem condemnari contigerit ad mortis pœnam vigore ca.regni,incipien.ad hoc quod nostrorum, iudex in eodem iudicio,instantia,& sententia condemnare debet,& tenetur ipsum accusatum de furto,ad pœnam mortis.& ad rei furtiuæ restitutionem,vt est cautum.in c.regni.si de furto,& ante dictum c.voluit glo.& Bar.in l.interdum.§.qui furem. ff.de furt.& Inn.in ca.cùm oportet.extrà de excus.aliter iudex ipse tenetur de suo proprio. Caue igitur cùm eris iudex in casu isto in iudicando diffiniendoque negotia ne erres.verùm præ dicta pœna quadrupli in foro conscientiæ non est permissa,secundum gl.in c.fraternitatis.duodecima quæstione secunda, quam singularem esse scripsit Ias.in l.vt vim.n.22.ff. de iustit. & iur.& Mathesil.sing.23.& hinc Bal.in l.post decisionem.C. de furt. dixit, quòd fures in foro poli duntaxat ad restitutionem bonorum furto subtractorum tenentur, & ista est communis opinio,teste Gomes.in §. ex maleficiis, numero 14.instit.de act. & dato quòd res ista furto subtracta , & iniustè occupata absque culpa furis, seu violenti occupatoris perierit, nihilominus fur tenetur ad æstimationem dictæ rei peremptæ,etiam in foro conscientiæ,& animæ, secundum Tho. seda secundæ;q.sexagesimasecunda, articulo sexto, Sylvestr.in ver.furtum.§.16.gl.Anch.in 5.oppos. & Couarruuias.in reg. peccatum.de reg.iur lib.6.vbi in 2.part.§.6.n.j.&seq.declarat istam opi.& explicat cum ea omnes transire. F. Vivius. lib. 2.opin.134.

Furto subtracta res potest quæri in domibus suspectis per familiam potestatis ad instantiam domini,non autem est dan

da licen

Universidad de Deusto Biblioteca

da licentia ipſi domino perquirendi ob ſcandalum euitandum.Clar.in §.furtum.verſi.quæro.vbi communem dicit. & no.q actio furti competit ei,cuius intereſt rem ſaluam eſſe.licet non ſit dominus.§.furti actio.inſtitu.de obliga.quæ ex delic.naſcuntur. Bonacoſſ.

Furto ſublatam rem,qui bona fide emit,ſi res extet,illam reſtituere tenebitur,& ſi non extat,quatenus ſit factus locupletior rei,precium domino reſtituere tenetur,vt eſt communis opi.Soarez ver.furto.n.406. Bonacoſſ.

Furtum de nocte factum poteſt probari per teſtes domeſtico,vt eſt communis opi.de qua Curt.iun.conſ.270.num.3.in 3.vol.

Furtum debet eſſe patens,& de furto prius conſtare debet, ſaltem legitimè ante omnia.Crauetta conſ.260.n.40. in 2.& iſta eſt communis opi.de qua Io.Amicus conſ.131.nu.7.nec de eo ſtatur iuramẽto accuſantis,quia eſſet teſtis in cauſa propria.contra l.nullus ff.de teſtib.Gratus in conſ.10.n. 12.in 2. vol.& eo minus,ſi eſſet mulier quæ accuſaret,& maximè peregrina.ideſt meretrix.Placa Epito.delic.c.34. Soc.iun.conſi. 1.n.102.in 1.vol.facit,quod dicit Corn.in conſ.14.litera x.in 2.vol. & quando ſit furtum oportet, vt præcedat domini acclamatio, vel vociferatio,vel lamentatio.Specul.in tit.de pignoribus.ver.& nota.& in tit.de furtis.ad fi.n.25.Blancus in pract.crim.fol.35.n.25.ver.acclamatio.& not.q ſtatutum de fure haber locum in raptore. vt eſt communis opin. de qua Burſ.conſ.94.nu.6.& ſeq. Bonacoſſ.

Furtiua res ſi non extet, ſtatur iuramento domini cui res furata eſt.quò ad æſtimationem.com.dicit Pariſ.conſ.109.n. 30.lib.3.& arteſtatur Boſſ.in ti.de rapin.n.37.Clar.§. furtum. ver.item contra. P.Fichard.

Furtiuam rem dominus cui furata eſt poteſt cum authoritate iudicis in aliorum domibus perquirere. communem dicit Anguſt.& Ang.de maleficiis,in verb.Et veſtem cæleſtem. n.34.Pract.Conrad.n.20.Papo.lib.23.ti.6.Arreſt.3.& ita magis communiter in practica tenetur.

Licet alij dicant contrariam communem,vt Abb. in c.qui cum ſure.nu.6.de furt.quem refert Pract.Conrad.d. numero 20. Clar. libro 5. ſent. §. furtum. verſicul. quæro nunquid. P.Fichard.

Furtiua res reperta penes aliquem facit indicium ad torturam,contra illum, penes quem reperta fuerit, niſi etiam ipſe doceat,à quo habuerit.Bar.in l.fi.n.5. ver. veniamus ad initia ſpecialia.ff.de quæſt.Ang.Are.in trac.malefic.in verb.q fama publica præcedente.§.quæro an vnũ indicium.Hipp.de Marſ. in conſ.52.n.33.in 1.vo.conſ.vbi ipſe multa ſimilia cumulat. Quia eo ipſo quòd libri hæreſis reperiuntur apud aliquem, ille præſumitur hæreticus:ſimiliter ille,qui habet penes ſe falſa inſtrumenta,præſumitur falſarius,niſi oſtendat à quo habuerit.Idem Hipp.in ſua pract.crim.§.diligẽter.n.92. Quæ doctrina procedit,quando res furtiua reperiretur apud hominem, qui ſit malæ vitæ & conditionis, ſecùs ſi bonæ famæ, & qui non ſit ſolitus ſimilia facere.Quia tunc talis inuentio non facit indicium ad torturam.Ita communiter diſtinguunt & declarant Bal.in l.fi.circa fi.Io.de Imol.nu.12.verſ.circa tertiam quæſtionem.ff.de hære.inſti.Prædictus Ang.in d.tract.de malefic.in verb.etiam veſtem cæleſtem §.quęro an eo ipſo,q res furtiua reperiretur penes aliquem.Hanc communem ſententiam,& receptam concluſionem Doct.eſſe inquit Rol.à Valle,in conſ.47.in 1.volu. vbi ipſe plures authoritates adducit. Kirchouius.

PRO.Fuſtium caſtigatio,non infamat.l.ictus fuſtium.ff.de his qui not.infa. Bellon.

Fuſtigationis pœna, non dicitur pœna capitalis. communem dicit Marant.in ſuo ſpecul.numero quinto.Bart.in l.trãſigere.C.de tranſaction.Clar.d.§.fin.quæſt.70.verſi.eſt etiam. P.Fichard.

Fuſtigationis pœna non dicitur capitalis,vt eſt communis opi.Clar.q.70.in prin.ver. eſt etiam.& fuſtigatus poſt ſententiam,& ſic in pœnam efficitur infamis.Paul.de Caſt. in l. nullam.C.ex quibus cau. infamia irrogatur.n.2.Maranta fol. 49. n.5.Quibus caſibus quis fuſtigetur ponit Clar.d.q.70.remiſſiuè licet. Bonacoſſ.

PRO.futurum ius remitti poteſt.l.1.ff.de pact.l. & hæredi. §.filia.ff.eod.

OBIEC.contra de l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione.ff.de leg.2.§.decretalis.ff.de ſucceſ.edic. vbi quod nondum acquiſitum eſt repudiari non poteſt.

SOL.Remitti poteſt, ſcilicet per pactum, vt hic: ſecus per repudiationem,vt in cõtrariis.Ratio diuerſitatis eſt,quia hęc vnius cõſenſu,illud duorum vallatur. vnde duo vincula ſunt fortiora vno.

OBIEC.Præterea,contra de l.pactum.C.de collat. vbi non valet pactum futuræ ſucceſſionis.

SOL. Ibi quando agitur de ſuccedendo, hic verò, de non petendo ius futurum,vt fideicommiſſum,per quod in aliis rebus hæres eſſe non prohibetur.in contrario autem agebatur, vt non eſſet hæres.ita not.gl.in d.l.1.de pact. Bellon.

Futurum.verbum futuri temporis poſitum in lege importat ferendam ſententiam non latam Fely.in ca.inſinuatum de ſimo.

Limita in ver.ſpolietur.quod importat ſententiam latam. Fel.vbi s. & de dicto verb.ſpolietur. vide late eundem. Fel. in c.ex parte in 1.col.de reſcrip.& Barb.in 1.volu.conſ.11.in 8. colum.

Limita etiam ſi ſit dictio omnino penitus vel huiuſmodi. gl.in l.in criminali C.de iuriſd.om.iud.laſ.in l.2.in 5.col.C.de iu.emphy.& in l. legem.C.de pac.Lud.ſing.1.

Limita etiam niſi dicatur eo ipſo. laſ. in l. Centurio. in 32. col.ff.de vul.& pup.

Limita inſuper niſi verba futuri temporis ſint geminata.laſon.in l.non dubium in prin.6.col.C. de ll. & in l. cum poſtea in fi.C.de pact.& Cur.in conſ.30.

Limita quoque in teſtatore dicente ſi moleſtauerit priuer. &c.Fran.crem.ſing.7. P.Andora.

Verba autem præteriti temporis important ipſo iure & ſine ſententia.Ant.de But.conſ.4.in prin. Idem.

Quid de verbo careat.vide Fel.in c.ex tenore in 8.col.extr. de reſcript. Barbar.in 2.volum.conſil.11.in 11.& 16.colum. P.Andora.

De verbo autem non valeat.vide Aliquid per Fel.in c.non nulli.§.ſunt & alij.in x.col.de reſcr.

Et de aliis clau. importãtibus actum eſſe nullum vel annullandum vide late Fel.in c.Rodulphus.in 15.16.17.&ſeq.col. extr.de reſcr.& Calde.in ti.de verb.ſig.conſ.10.

Et de verbo incurrat Cor.in 3.volum.conſ.89.verſ. poteſt etiam. Idem.

Futuri temporis verba.ad præſentia.vel præterita. non trahuntur.l.2.ff.de au.& arg.leg.l.pamphilo.ff.de leg.3.l.qui Romæ §.augerius & ibi gl.ff.de verb.obl.Pau.de ca.in 2.vol.cõſi.298.alias 296. Idem.

Verba præſentis temporis. ad futura non trahuntur. Paul. de ca.vbi s.in 3.col.ver.plus diceñ. Alex.in 5.vol.conſ.170.& Cor.in 1.vol.conſ.14.Bened.conſ.45.l.ſi ſtip.§.1.& ibi Alex. de verb.obl.

Limita niſi promiſſio ſit viciſſitudinaria.Ange.conſ.261. & ibi conſuluit in pulchro caſu. vide per eum. refert licet alio ordine.Iaſ.in l.ſi pater in 2.col.C.de inoff.te.

Limita etiam, quia verbum præſentis temporis quandoque capi.pro futuro.ex coniecturata mẽte teſtatoris. Iaſ.in l. qui filiabus §.1.ff.de leg.1.

Et ſubiungit quòd lex vel ſtatutum præſentis temporis trahitur ad futurum allegat multa quæ vide & per eundem. in l. talis ſcriptura. in 6.& 7.col.eo.tit.

Item limita quando eſſet aliquod debitum purum.ſecus ſi nullum erat purum quia tũc comprehenderetur.debitum in diem.Alex.in d.§.1. Idem.

Verba præſentis temporis ad futura non trahuntur. Iaſo. in l.ſi quis id quod.colum.6.ff.de iuriſd.om.iud.Alex. conſil. 170.vol.5. P.Andora.

Statutum loquens de bannitis non intelligitur de futuris. Felin.cap.fin. column. 12. de conſtitut. Angel. conſilio 261. Idem.

Indefinitè prolata referuntur ad Futura.Barb.conſ.51.col. 5.6.& 7.lib.1. Idem.

ad Futura an ſimplex diſpoſitio trahatur.Iaſ.in l.1.§. illud. ff.quod quiſque iuris. & in l.ait prætor.ff.de iureiur. Alexan. conſil.59.in fin.& conſ.170.volum.5.Barbat. conſ.6.libro 3. Idem.

Futurum ſubiunctiui quomodo intelligatur.Iaſo.in l.1.§. hæc autem verba.ff.quod quiſq.iur.l.3.§.ex plurib.col.3.ff.de acq.poſſeſſ.Barb.conſ.81.lib.3.Alber.in 2.part.ſtatut. quæſt. 228.& ſeq. Idem.

Renuntiatio ſimplex ad futura an trahatur.Panor. in c. ex multiplici. de decim. Idem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMVNIVM OPINIONVM,

SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuersis Authoribus collectarum,

Liber Septimus.

G

GAbellam contractuum non tenentur soluere ecclesia, vel clerici. Communem ait Dec. consil. 406. nu. 3. B. Villal.

ADDITIO. Aduertas tamen q̃ si ecclesia releuatur ab onere gabellæ, in altero postea potest dici grauata, qa tunc vendit fortè rem minore pretio sub ea ratiõe & colore q̃ emptor teneatur ad gabellas, q̃ in vnum recidit ac resoluit: quia communis opin. est, vt dicit Tiraq in retracta. municip. §. 1. in gl. 13. n. 12. q̃ emptores rerum Ecclesiasticarum non gaudent immunitate gabellarum, siue vectigalium ordinariorum, licet ecclesia sit exempta, vt per iura & auctoritates comprobat.

gabella est soluenda etiam in foro conscientiæ quando est imposita ab habente potestatem imponendi. Bertach. in trac. de Gabellis par. 9. q. 1. communem dicit.

gabella si debetur de re distrahẽda à loco: & res publicetur propter non solutionem: si contingat plures res distrahi, si de vna soluatur gabella reliquæ publicantur non tamen res de qua soluta est, si licitè poterat extrahi: aliàs omnes publicantur, etsi sit soluta gabella de omnibus. Firma. de gabel. in 9. part. in fi. communem dicit. Idem.

gabella si debet solui secundum statutum per extrahentem aliquam rem à territorio non extenditur ad res, quæ ad proprium vsum extrahuntur. Iaſ. in l. cætera. §. sed si quis ad opus ff. de legat. 1. n. 7. communem dicit. Idem.

gabella, si secundum statutum debeat solui de aliquibus bonis extractis de aliquo territorio, non comprehendit res, quæ originaliter non sunt de dicto territorio, sed per transitũ aliunde deportantur. Iaſ. ibidem num. 71. communem dicit. Idem.

Gabella, vt fari increbruit, asportãtibus aliquid statuto imposita, non ab eo debebitur, qui res in suum met vsum auehit. commune effatur Iaſ. in l. certa. §. sed & si quis ad opus. n. 7. ff. de leg. lib. 1. Nec item ab eo soluẽda est, qui aliunde per illum locum res aliò transfert, vt receptum infit idem Iaſ. eodem in loco, nu. 71. E. Suarez.

Gabella quo casu de contractibus soluenda est, de illo dun taxat precio soluetur, quod deductis omnibus sumptibus in substitutiones, tabelliones, proxenetas, & alia id genus collatis, penes venditorem restat vt etiam gabella legatis indicta de ea tantùm legati parte soluetur, quæ onere cõpleto superfuerit. communia testatur Ant. Gomez. de testa. c. 1. n. 25. ver. 2. infertur. Idem.

gabella. & si nõ debeatur, cùm res ex reuendendi pacto vẽditur, tamen si soluatur, non repetitur. commune pronunciat meus iuris doctor Arius Pinellus in l. 2. part. 2. c. 3. n. 36. C. de rescin. ven. Idem.

gabella ab ecclesiasticę rei emptore soluenda necessario est, & si ab ipsa ecclesia non sit soluenda, vt frequenter placitum affirmat Andre. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. gloss. 13. numero 12.

Gabella si ab illo indicta sit, qui eius imponendæ potestatẽ habeat, etiam ab animo, seu (vt doctores loquuntur) in conscientiæ foro, debetur. commune ponit Firmian. de gabel. par. 9. q. 1. Idem.

gabella nec vni ex gabellariis soluta debitorem eius liberat, nec ab vno ex gabellariis in solidum peti potest. commune ponunt Iaſ. in l. si vnus. numer. 2. ff. de pact. Firmian. de gabel. 4. part. numer. 19. & si contrarium tum consuetudine, legibus maiori seruetur, tum iuxta veram legum doctrinã probabilius, veriusque sit. quemadmodum asseruit Paul. perperam à Iaſon. intellectus in d. l. si vnus. ad fin. princ. & luculenter probat singularis Accur. doctrina in l. nemo ex sociis. in verb. alienare. ff. pro socio. vbi docet Accurt. socios sibi ad ea mandatum inuicem dedisse videri, quæ societati expediunt. quod extollunt Alex. in l. de pupillo. §. si plurium. numer. 3. ff. de noui operis nunciatione. & complures laudati à Iaſ. in l. stipulationes non diuiduntur. numero 9. ff. de verb. obl. Deci. in l. si socius. numero 2. & seq. ff. si cert. pet. a. nec Barto. authoritas, quam Iaſ. in contrarium adducit, de gabellariis verba facit. nec Bart. rursus authoritas quam Firmian. ex illius commentariis ad l. vltim. ad fi. ff. vti poss. promit, gabellariis conuenit, si quidem loquitur illic Bart. de duobus aduersariis cõtendentibus de pedagij recipiendi iure quod inquit Bar. non posse duobus insolidum competere, vt de dominio cẽset Iul. Cla. in l. si vt certo. §. si duobus. ff. commodat. at non loquitur Bar. de sociis mutuò negocia societatis transigentibus. Iuuat porrò quod 5. cum Paul. proposuimus, text. in l. iustissime. §. proponitur, ver. æquum enim. & ver. id genus. ff. de ædil. edic.

Iuuat præterea quod scribit Bald. in l. cum te. ad fi. ver. caue tamen. C. si cer. pet. sed hæc atque alia latius, & accuratius alibi. Idem.

Galli sua in potestate ac mancipio liberos non habent: atq; idcirco illis pupillariter non substituent. commune inquit Rip. in l. 2. numero 21. ff. de vulgar. & pupil. & quamuis contrarium alibi latissimè ostendam verius, atque æquius. E. Suarez.

Gabella est soluenda etiam in foro conscientiæ, quando est appositа ab habente potestatem imponendi. Bertachin. in tract. de gabellis. parte 9. quæstione prima. communem dicit. Bonacoss.

gabellam non fraudat. qui pro vsu suo portat. Soarez vers. isto communem dicit. Imola cons. 64. Bonacoss.

gabella soluitur detractis detrahendis. communis est opinio. Soarez. vers. gabella. numero tertio & numero quinto. Bonacoss.

gabellam tenetur soluere emens ab ecclesia, licet ea sit immunis, communis est opi. Soarez ver. gabella. nu. 6. vbi plura de gabella, & plura etiam per Rol. à Valle. cons. 91. in 2. Duen. reg. 100. Bonacoss.

gabella in contractibus emptionum per emptores omnino solui debet, vt est communis opi. Nouellus in addit. ad regulas Duen. regu. 6. & ab vtraque parte soluitur. vt ibi. fallit in ecclesia, quæ non tenetur soluere gabellam de contractibus & donationibus lucrariuis. & statuta in contrarium non valent, vt est communis opi. de qua Nouellus ibi. n. 3. Dec. signãter in cons. 496. n. 1. in vlt. vol. vbi communem dicit, Soc. consil. 72. n. 3. in 4. vol. Burs. cons. 42. & alibi. Aemylianus consil. 102. & est excommunicatus gabellarius qui exigit gabellam ab Episcopo. Imola cons. 84. Fed. de Sen. in cons. 207. Dec. cõsi. 48. in 1. Zannet. in tract. de differentia inter ius ciuile, & canonicum. n. 184. vbi dicit, q̃ clerici non tenentur soluere aliqua datia, vel gabellas, licet in Italia practicetur communiter contrarium, vt not. gl. in clem. fi. de censibus, vbi dicit gl. q̃ tota Italia est interdicta, & omnes ciuitates Italię sunt interdictę ipso iure. Vnde celebrantes in eis sciẽter sunt irregulares, nec possunt absolui ab alio, quàm à Papa. ca. is qui. de sent. exc. in 6. & sepelientes eos sunt excommunicati. clem. 1. de sepulturis. Deus ergo (inquit) prouideat tanto malo. Et clerici de bonis præbendarum suarum, quæ vendunt, vel vendere faciunt, non tenentur soluere gabellam, nec etiam ad portam. Franc. Platea in tract. de excommunicatione. tit. de exigentibus pedagia & guidagia. §. 38. n. 6. & quicunque à personis ecclesiasticis, vel ecclesiis per se, vel per alium suo nomine, vel alieno pro personis, vel rebus, quas non causa nogociationis deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt, exigunt aliquod pedagium, sunt ipso facto excommunicati. c. quanquam, de cens lib. in 6. vide Nic. Diplona. in trac. excommunica. n. 12. tomo 3. Gallum in cons. 11. & 12. Tiraq. de retrac. §. 1. in gl. 13. n. 11. & seq. vbi communem dicit esse opinionem, q̃ emptores rerum ecclesiarum tenentur ad gabellas. vide omnino Capram reg. 96. & Soc. in c. nouerit. n. 5. de sent. exc. vbi dicit, q̃ ipso facto sunt excõmunicati publicani, qui pedagia, vel guidagia, &c. similia faciunt soluere clericis. Similiter nec scholares & aliæ personæ habentes immunitatem à gabellis & datiis ex priuilegio, prout nostri doctores ex decreto. Illustrissimi Ducis Herculis concesso collegio iurisperitorum Ferrariæ. quia isti nullo modo tenentur ad gabellas. & hoc etiam de consuetudine antiqua. quæ semper est obseruanda. Dec. cons. 48. in 1. vol. Nouellus vbi 5. nu. 4. Bonacoss.

Universidad de Deusto

Gabellas fraudare non licet (vt dixi) & est communis opin. Soc. reg. 164. fallit vt ibi. Et gabella est onus, quod imponitur pro rebus personæ. Ruin. conf. 112. n. 1. in 5. vol. & not. q̃ si in quisitione, seu inuentione fraudatæ gabellæ, deducitur dolus & fraus appensatè. Et probaretur supina ignorantia, per q̃ si in tantum quantum commisisset fraudem, & non tamẽ occasione d̃ inquisitionis posset sequi condẽnatio. quia fuit prę posita vna actio & probata alia, vel vna accusatio, & alia probata, vt est communis opi. de qua Aret. in conf. 153. n. vlt. col. fi. ver. & est aduertendum. plura per Riminal. conf. 33. in 1. vo lu. per totum. & not. q̃ stante statuto, q̃ de quolibet cõtractu soluatur gabella, non debet de eodem contractu sæpius solui gabella. Sed debet intelligi statutum de cõtractibus separatis, non autem de connexis, aut accessoriis. & qui tendunt ad vnum & eundem finem. Riminal. conf. 86. in 1. & statutum similiter non habet locum in contractu conditionali, quia cõtractus conditionalis non est contractus. Aret. conf. 11. nu. 2. Menochius de adipiscen. poss. in 4. remedio. n. 306. quia conditio nihil ponit in esse, & in suspenso tenet omnia, vt ibi per eum. Similiter priuilegium concessum fisco transit ad singularem successorem, prout feudatarius & emphyteuta & similes. Riminal. in conf. 415. per totum. item not. q̃ extrahẽs frumentum pro vsu suo non incidit in pœnam statuti gabellarũ si postquam extraxit frumentum pro vsu suo mutauit propositum, & illud vendidit. Marsil. sing. 86. quia requiritur dolus & fraus in eo, qui non soluit, vel soluere non vult gabellã. Abb. in conf. 68. n. 2. in 1. vol. nec sufficit, q̃ quis sit in culpa etiam lata. vt ibi. nec est verisimile, q̃ quis velit notoriè fraudare gabellam. & consequenter suam communitatem, vt ibi. n. 3. & præsertim, si est solitus soluere gabellam. Et statur iuramento ipsius conducentis pro vsu suo, q̃ prius habuerit propositum pro vsu suo vti velle, vt ibi per Marsil. & per Albert. in 1. par. statutorum. q. 72. facit, quod inquit idẽ Marsil. sing. 450. vbi plura deducit, q̃ simplicitati semper est recurrendum. Et contra fraudantes datia & gabellas sufficiunt probationes per coniecturas, quia talia clam committuntur. ideo lex est contenta facilioribus probationib. & indiciis. Marsil. sing. 568. Licet fraudans gabellas iniustas non peccet. Abb. conf. 13. n. 5. in 2. volu. & licet pro rebus pro suo vsu non saluatur gabella (vt dixi) Bart. in l. 1. §. cum in eadem. n. 2. ff. ad l. Rho. de iactu. Bertach. in reperto. in ver. bladum. ver. 1. debet tamẽ pro eis accipi bulletta. Riminal. conf. 8. n. 36. alias res incidit in commissum, vt ibi per Riminal. & in conf. 26. n. 17. & seq. & vide Rol. à Valle in conf. 80. n. 48. in 3. vol. & cum gabella sit res odiosa, in dubio est iudicandum contra gabellam ipsam. & ideo etiam in statutis de gabellis nõ proceditur de similibus ad similia. Cur. iun. in conf. 329. n. 5. & seq. in 3. vol. & ideo etiam pro datione in solutum, non debet solui gabella, licet adsit statutum, q̃ de vẽditione soluatur gabella, quia est strictè interpretandũ, & strictè non comprehenditur datio in solutum Dec. consil. 18. n. 3. in 1. vol. Ferrettus in tract. de gabellis. quia odia sunt restringenda. c. odia. de reg. iur. in 6. vbi D. m. multiscius. D. Iacob. Cagnazinus decus non modo Ferr. sed totius ordinis iurisconsultorum extat. Et priuilegium immunitatis competit etiam emptoribus. Dec. conf. 48. in 1. vol. nec debet interpretari priuilegium, ita q̃ noceat ipsi priuilegiato. Dec. cõs. 458. n. 13. Dec. conf. 438. n. 7. vbi de statuto gabellarum, & q̃ non procedatur de similibus ad similia. Item si statuto caueatur, q̃ pro qualibet libra soluatur quid, si res, de qua soluitur, & fiat contractus, non ascendit ad libram, non debet solui gabella. Bar. in l. ita autem. in prin. ff. de admi. tuto. Et de promissione de vendendo non soluitur gabella, quia promissio ipsa de vẽdendo non est venditio. Gomez. in tract. de empt. & vendi. n. 28. fol. 175. & in tit. de qualitate fructuum contractuum. ver. Tertius effectus. fol. 260. Item resoluto cõtractu per pactum appositum in contractu, si displicuerit infra tres menses secuta displicentia, contractus habetur pro non facto, & ideò non soluetur gabella. neque de iure communi, neque statutario. Riminal. conf. 86. num. 21. Alex. in l. in insula. §. si. num. 2. ff. solut. matrim. Et si dicatur in contractu, vt libèrum sit venditori intra certum tempus, vel quandocunque precium restituere, & contractus sit ipso iure rescisus, vel precij pars remaneat apud emptorem, ea lege, vt nisi intra certum diem residuum soluatur, res sit inempta & omnis dissoluta obligatio, quia nulla gabella soluitur ex contractu dissoluto Rom. conf. 78. Doct. in l. fi. §. fi. C. communia de legat. arg. l. 3. C. de pact. inter empt. & vendito. Sed cõtra videtur tenere Riminal. conf. 85. n. 17. Ang. in auth. de Nuptiis. §. quia verò. in fi. vide tamẽ Riminal. in d. conf. 86. Item si quis emit rem pro precio declarado per talem, interim nulla debetur gabella, nec potest ille talis cogi referre & declarare precium. Nisi hoc esset factum in fraudem gabellæ, de qua debet omnino prius constare, quia nõ præsumitur fraus. Et not. q̃ creditur scripturis Exactorum gabellæ de ipsa exactione, licet nõ sint notarij. Et ita communiter obseruatur. Angel. in l. si quis ex argentariis. §. Nummularios. ff. de eden. Et licet propter non solutum vectigal ipso iure dominium rei vectigalis transire debeat in fiscum, non tamen transfertur ipso iure possessio. Ange. in l. commissa. ff. de publica. Item not. q̃ si quis impetrauit liẽtiam, vt possit portare decem modios frumenti Ferrariam, & portauit viginti, quòd totum amittere debet & confiscatur. Ange. in l. fi. C. de Nautico fenore. vbi idem dicit habere locum, si cum licitis illicitas ferat merces. Et stante statuto, quòd si quis vendiderit rem in mercato, soluat tantum nomine gabellæ, quomodo hoc intelligat in mercato, vide per Ange. in auth. non fiant pignora. Item si per statutum esset soluenda gabella de quolibet contractu. Non habebit locum in distractu, cum non sit nouus contractus. Cast. in l. 1. nume. 2. C. de pac. inter empto. & vendit. Secus, si fieret pactum de retrouendendo, vt ibi qa esset nouus contractus & veniret soluenda gabella, & non diceretur resoluere primum. vide Caccialup. in trac. de transac. in 4. q. num. 3. vbi dicit, q̃ si consuetudo loquẽdi, ita se habet, q̃ nomine contractus intelligatur omne instrumentum, vt communiter dicunt Doctores. Tunc appellatione cõtractus in statutis comprehenderetur, etiam distractus, quod dicit notandum. Item stante statuto, q̃ inuentus portare frumentum extra districtum, habebit locum, etiam si nõ perfecerit actum portandi extra districtum, quia illa verba etiam verificantur, quando actus est in fieri. Sed secus est si statutum diceret, si qs portauerit extra districtum. Alex. in l. qui Romæ. §. Calimachus. numer. 5. ff. de verbo. obligat. Item stante statuto, q̃ debeat solui gabella de mutuo. Nunquid in pane consistat mutuum? Resp. quòd si in ciuitate est limitatum pondus panis, est mutuum, si non, est contractus innominatus & accommodatio. Iuxta illud Lucæ in Euangelio. cap. 11. Amice accommoda mihi tres panes, &c. An habens priuilegium immunitatis reale & personale, & exemptionis amplum Decretum, possit vendere fructus rei priuilegiatæ absque alicuius dacij, vel gabellæ solutione? Resp. quòd sic. Aemilia. conf. 107. Et ratio est secundum D. m. Alcia. in conf. 18. nume. 8. lib. 4. quia causa fructuum non debet separari à proprietate. Item stante statuto, q̃ in loco contractus debeat solui gabella, & in loco destinatæ solutionis non, illa debet solui in loco contractus, nec alibi. vt est communis opin. de qua Riminal. nouissimus conf. 93. num. 24. Item no. q̃ Mulio portans res meas contra decretum, tenetur fisco ad æstimationem rerum, vt sic damnum sit suum, & non meum. quia Mulio tenetur de periculo rerum, quas portat, vt est communis opinio. de qua Berrach. de Gabellis in 9. par. princ. in §. 1. numero 14. Et no. q̃ si repertus in via non patitur se perscrutari à Gabellario, non dicitur fraudasse gabellam, sed punitur de sola resistentia. Et hoc sæpe de facto contingit. vt dicit. Idem Bertach. ibi num. 23. Et si quis habet immunitatis priuilegium vel instrumentum contractus immunitatis à Principe concessum non videtur valere, vbi includeret casum publicæ vtilitati contrarium. Et dato quòd valeret, posset reuocari ipsa immunitas ex causa belli, pestis, vel alterius magnæ necessitatis insolitæ reipublicæ superuenientis, Plotus in l. si quando numer. 22. C. vnde vi. vbi subdit numer. 18. quòd vbi Decretum diceret, quòd immunitas esset ab omnibus, & quibuscunque omnibus, tunc ipsa immunitas extenderetur, etiam ad onera, ratione belli, pestis, & alterius magnæ necessitatis Reipublicę, propter ipsa verba geminata ab omnibus & quibuscunque oneribus. Fallit, vt ibi. Et not. quòd pœna non solutæ gabellæ, etiam transit ad hęredes. Abb. in conf. 68. in 1. par. Bonacoss.

Gabellam cõtractus soluere tenetur, qui in loco statuti verè contrahit, non qui fictè, nec cum alibi contrahitur, cum pacto, & contractus intelligitur in loco statuti factus, vt est communis opinio. Gabriellius consilio 20. numero nono. Bonacoss.

Gabella non soluitur, cum ex re vendendi pacto venditur. Si tamen soluitur non repetitur, vt est communis opinio. Soarez. verbo gabella. numero quinto. Bonacoss.

Gabella vni ex gabellariis soluta debitorem eius non liberat, nec ab vno ex eis insolidum peti potest, vt est communis opinio. Soarez, verbo, gabella. numero nono. & sequenti. Sed de consuetudine contrarium seruatur. ibi latissimè. numero vndecimo. Bonacoss.

Gabella

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia, seu remissio delicti, siue indulgentia à Principib. duobus fit modis. Vno modo, quando Princeps alicui facit gratiam pro delicto, & specialem remissionē, seu indulgentiam. Secundo modo, quando Princeps ex aliqua causa, puta pacis initæ, aut ducendæ vxoris, aut natiuitate primogeniti, aut ingressu possessionis alicuius ciuitatis facit gratiam generalem, & appellatur Decretum gratiosum. Clar. q. 59. vers. scias autem. Et si Princeps dicat alicui, facio tibi gratiam pro delicto, dicitur plenè restitutus, etiam quo ad bona, cōis est opin. Clar. d. q. 59. ver. Quæro etiam quo ad bona. vide Paulū Grillan. in tract. de relaxa. carcera. tit. de beneficio & indulgentia Principis. q. 2. §. secundo quæro. vbi idem dicit, quia verba dubia in materia gratiosa, sunt latissimè interpretanda, & sic videtur re bānitus etiam quo ad bona restitutus. Nisi Principis consuetudo aliter seruaret, vt ibi Clar. & bannitus, vel reus dicitur plenè restitutus ex gratia Principis, etiam quò ad bona incorporata fisco, vel in alium alienata, si hoc in ea expressè dicitur, vt est communis Clar. ver. Item quero, vt si diceretur, q̃ plenissimè restitueret specificādo bona, &c. Marsi. sing. 246. Ias. in l. posthumo. n. 39. C. de bono. possess. contra tabu. vbi allegat Barb. dicentem se obtinuisse Ferrariæ. Fel. in c. de his, ad fi. de accusa. Si quis autem non reperiatur descriptus in libris condemnationum. Massariæ Farrariæ non dicitur, rectè bannitus & ideo non potest impune offendi, nec aliquod sibi beneficium denegari, nec aliquod præiudicium inferri. vt in volumine statutorū. d. ciuitatis sub rub. De iis, qui non reperiuntur scripti & in libr. 3. de quo statuto etiam meminit Menochius de arbitrio iudicis. q. 90. n. 12. lib. 1. Et omnis forma à lege, vel statuto censeri debet in dubio substantialis, & de essentia actus. Fel. in c. quo ad consultationem nu. 12. de re iud. Et bannitus restitutus per gratiam non recuperat fructus ex bonis iam alienatis, vel non alienatis, vt est communis opi. Clar. ibi. ver. quæro etiam. Nec recuperat hæreditatem sibi iam delatam tempore banni, & alteri proximiori quæsitam, vt est cōmunis opi. Cla. ver. sed quero. nam restitutio ipsa per gratiam nunquam trahitur retro in præiudicium iuris quæsiti. Grammati. decis. 103. n. 119. communem esse probans opinionem. vide Gabrielli. in cons. 112. n. 1. & seq. & Bossi. de indiciis nu. 101. an & quando gratia alicui facta non seruata forma statuti valeat. Dec. cons. 10. n. 1. & seq. in 1. vol. Et not. q̃ absque pace potest Princeps facere gratiam reo imputato, & præsertim, quando pœna nondum est applicata parti. Gabrielli. in consi. 172. n. 49. Et si quis faciat pacem adiecta conditione, q̃ nolit eum, cum quo fecit pacem venire in ciuitatem non valet, & ideò eam reiicere potest Princeps & gratiam facere. D. m. Alc. in cons. 134. lib. 5. Et multa propter pacem permittuntur, quę aliàs non concederentur. D. m. Alcia. cons. 135. num. 12. lib. 5. Et no. quòd qui vult gratiam impetrare, oportet vt exprimat omnia in supplicatione, quæ potuissent verisimiliter retrahere animum Principis ab eius gratiæ cōcessione si ea sciuisset. Clar. d. q. 59. ver. debes autem. vide Fran. Mar. decis. 537. in 1. par. vide Bursatum in cons. 54. num. 10. vbi dicit, quòd gratia concessa bannito, intelligitur, quo ad pœnam, nec extenditur ad bona, nisi de eis sit facta mentio, ex communi opinione. vide Plotum in l. si quando. num. 9. & seq. Menochi. de recuperan. pos. in 10. remedio. n. 111. & pluribus seq. fol. 102. & 103. Bonacoss.

Gratiæ factæ à statutis, vel decretis non trahuntur ad delicta futura, vt est communis opi. Si quis autem prætextu talis decreti gratiosi deliquerit, non est ei indulgendum. Et in generali concessione gratiæ non intelligitur crimen falsi quoque remissum, sed requiritur specialis remissio, propter enormitatem delicti, vt est communis opi. Clar. q. 59. ver. fortius dico. cum seq. Bonacoss.

gratiæ plures si quādo emanent in eadem ecclesia nulla apposita clausula, tunc si ambæ referantur ad idem beneficium expressè, vel quò ad mentem, secunda gratia non valebit pp subreptionē. c. ad audientiam, de reser. c. ex parte 1. de off. del. aut non referuntur ad idem beneficium saltem quo ad mentem. puta, si mandetur prouideri vtrique de præbenda proximè vacatura, & tunc aut secunda gratia emanat prima pendē te. & nō valet propter ipsam pendentiam & grauamē, in quo communiter concordare Doctor. affirmat Benedictus regul. 52. n. 33. Aut prima executioni mandata emanat secunda, & iuxt. communem. opinionem similiter non valebit quoque secunda, quod videtur procedere & ibidem, n. 24. dicit idem Capr. etiam si secunda emanet proprio motu, vt no. in capitulo, motu proprio, de præbend. libr. 6. & hoc tenet Io. Cald. & Dom. Ant. in capitulo mandatum, de rescript. Benedict. Capr. num. 25.

gratiam facere non videtur, qui facit id ad quod naturali ratione adstrictus est Bald. in c. 1. §. item sacramenta. de pa. iur. firm. Firm. in verb. per gratiam ecclesiæ, facit tex. in l. Tirius. ff. de obseq. pat. præstand. Bald. in l. proximè. ff. de rit. nup. P. Andora.

Et quando dicatur quid de gratia fieri Barb. cons. 56. vol. 2. cons. 3. col. 34. vol. 3. cons. 32. columna prima. volum. quarto. Idem.

gratiæ se submittens non videtur fateri delictum. Alex. cons. 70. volum. 1. allegat Bart. in l. furti. §. pactus. ff. de his qui no. infa. Et perinde est secundum eum, ac si dixisset, committo iudicio tuo. quæ verba important arbitrium boni viri. vt no. Innoc. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

noc.in c.veniens de renuntiat. Angel.in l.si cui. ff.de seruitu. Lud.Rom.in rub.ff.de arbit.verf.sed pone.Philip.in cap.licet de sententia excommunicat.Panormitan.in cap. exhibita.de homicid.

Et subiungit Ang.modernos dicere in l.fi.ff.de prætor.stip. q̃ ille cuius misericordiæ vel gratiæ me commisi, nisi misericordiam vel gratiam faciat,debet me in pristinum statum reponere.alleg.not in d.c.veniens.& in c.sanè.de renuntiat.Et si remitto me in manibus tuis vt condemnes me,intelligitur arbitrio boni viri.Bald.in l. societas. §. 1. ff. pro socio. P. Andora.

Quid de confessione facta sub promissione gratiæ? dic q̃ non valet.Hippol.in l. 1.§.quæstioni.ff.de quæstionibus. P. Andora.

Quod ob gratiam alicuius conceditur in consequentiam, trahi non debet.c.petiisti.7.q. 1.regula priuilegium.de reg.iu. in 6.Card.cons. 130.Fely.in ca.cum accessissent in fi. 14. & in prin. 15.col.de consti. P.Andora.

Quod per gratiam fieri debet turpiter sit per pecuniam. c. dilectus el 2.& ibi Fel.extr.de simo.Addo Pau.de ca.in 2.vol. cons.293.alias 291. Idem.

Gratia facta per principem de homicidio.tacita prima gratia.de alio homicidio est nulla.Fel.in c.postulasti.in 3. col. de reser. Ias.in l.nec damnosa.C.de præci.imper.offer. sonz.in 2. par.cons.246.in 3.colum.hypo.sing. 111.vide latius in verb. princeps.§.43.Crotus.in c.2.§.statutum.in 6.col. de consti.in 6. Idem.

gratia non valet nisi exprimatur quelibet facti seu delicti qualitas Ias.in l.de pupillo.§.si in pluribus.in 3.col.ff.de oper. no.nun.

Vide aliquid per Barba.in 3.volum.cons.42. in penulti. & vlti.colum. vbi ponit quòd secundæ literæ valent si primæ erant nullæ. Idem.

Gratia facta cũ clausula q̃si similia attentauerit,&c.an talis adiectio sit nulla vide Fel.in ca.cum super de testi.& Iasonem in l.si vnus §.pactus ne pereret.in fi.ff.de pact. Idem.

gratia an debeat probari per scripturã. Bal. in l. humanum in fi.C.de ll.tener q̃ non.de quo habetur per Fel. in c. ex diligenti.extra de simo.& in rub.de consti.in 3. colum. Alex.remissiue.in l.contrahitur.ff.de pigno.Phi.in prohe.6.§.vniuersitati.

Vide tamen phi.in cap. 1.§. postquam. de censi. in 6. & aliquid per Card.in prohe.clemen.§.alias. ver.nec sane in fi. P. Andora.

gratiam facere dicitur. qui minus nocet quam posset. l. si depositi. & ibi Bal.C.depos. Idem.

Quod non potest fieri nisi per gratiam dicitur impossibile Barb.in 3.vol.cons. 56.in 7.col.dixi j̃.in verb.impossibile §.4. Idem.

gratia plus est quam indulgentia & intelligitur plenarie Barbat.in 4.vol.cons. 11.in 9.col. Idem.

Et qualiter intelligatur verbum gratia.vide Barb.in 4. vol. cons. 32.in 1.col.& seq.& quando dicatur fieri de gratia.vide s̃.eo.§. 1.ver.& quando dicatur. Idem.

gratia fienda est patri qui filium duc.ad iudicem. hypo. in l. 1.§. 1.in 5.colum.ff.de quæst.Fely.in cap. accusasti de accus. Ias.in l. 1.in 2.col.de his qui.vt indig. Idem.

gratia simpliciter facta intelligitur perpetua.nec extinguitur per mortem etiam re integra.c.si gratiose.de rescr.in 6. & ibi phi.

Idem in dispensatione. Phi.in cap.licet canon. §. 1.de elec. in 6.

Idem in priuilegio & similib. Pan.in c.cum ad hoc. de cle. non resi.in verb.priuilegium.§.28.

Limita nisi fiat ad bene placitum.quia extinguitur morte. Phi.in d.c.si gratiose.in prin.vide in verb.Beneplacitum.§. 3. Idem.

gratia gratis data.& gratia gratum faciens. quæ dicatur vide Panormitan. in capitul. vnico n. 2. de commod. Idem.

gratia generalis an extendatur ad crimen falsi & læsæ Maiestatis.vide Alex.in l.de pupillo §.si pluribus.in 2.& 3.col.de ope. no.nunciat.

Gratiarum executores si opposita,sibi exceptione,quæ nõ tantùm eorum Potestatem,sed etiam ipsam gratiam respiciat se incompetẽtes, vel non esse executores pronunciarint,gratia non extinguitur, etiam si appellatum non sit. licet omissa appellatione eorum potestas extincta censeatur,iuxta gl.not. in capitulo,si soli,de concess.præb.lib.6. communiter approbatam,vt refert ac sequitur Bened.Capr.regula 22. nu. 25.& seq.vide s̃.in verbo Executor.

PRO.gratificationi locus est.in l.fi.ff.de relig.& sumpt.funer.

OBIEC.contrà de l.si duob.C.commu.de leg.& l.quoties. ff.de vsufruct.

SOL.Vbi actus vitiatur propter incertitudinem gratificationi locus non est l.duo sunt Titij.de testa.tut.ff. Nec obstat l.si quis seruum.§.si inter duos.ff.de leg. 2. quia ibi necessitas non imponitur,vt ibi not.

Grauamen. In appellatione à diffinitiua etiam cognoscitur, & diffinitur de grauamine illato per interlocutoriam, à qua non est appellatum: no.Inn.in c.quod ad cõsultationem. extr.de re iud.& Salic.in l.generaliter.in 2.col. C. de re. cred. Balb.decis. 133.

grauatus in vno in alio alleuiari debet.l. eum qui & ibi docto.maximè Ias.ff.de iureiur. Addit Ias. qui onus vult, & honorem,& econtra.l.amicissimos.in prin.ff.de excu.tut.& qui recusat onus, pura tutelæ, perdit emolumentum legati. l. nesennius.§.fin.ff.de excusat.tuto.& l.etiam patriæ. ff. de legat. primo.

Limitat Ias.non procedere quando quis recusat onus tutelæ pupilli:quia per hoc nõ perdit substitutionem pupillarem factam à patre.alleg.text.in d.l.amicissimos. in princ.vbi Nic. de Neap.in lect. Bart.ad hoc not. & dicit quòd quilibet diceret contrarium. & Lud.Rom.cons.207.inc.si volumus hanc substit. vbi subdit quòd si tutor negligat petere prouideri de alio tutore pupillo,excludetur à substitutiõe, vt ibi per eum. P.Andor.

PRO. grauius est diuinam, quàm temporalèm offendere maiestatem.auth.gazaros.C.de hęre.c.vergentis.de hęr.extr. Bellon.

Grex proprie intelligitur de pecudibus seu animalibus minutis: Armentum vero intelligitur de Animalibus magnis. gloss. in l.fin.C.de mil.veste.libro 12. quam Bar.ibi multum no.ad hoc.& est similis gl.in cle. 1.de decimis.

In contrarium tamen est tex.in l.si grege.ff.de leg. 1.vbi nomen gregis comprehendit bouem.

Vide ibi Iasonem.vbi dicit quòd ille tex.intelligitur large. Quia grex largo modo comprehendit omne genus animalium quod gregatim pascitur.l.legatis.§.pecorib.ff.de leg.3.

Et quot animalia faciant gregem vide gl.in §.in pecudum. insti.de re.diuis.vbi Ange. dicit quòd quatuor vel quinque equi faciunt equitium.vide eundem in §.si grex.insti.de legat. P.Andora.

grex conseruatur.etiam in vna oue.si à prin.fuerunt plures Ang.in §.si grex.insti.de lega. Idem.

Guardianus specialiter nominatus non venit appellatione fratrum.Imol.in l.cohæredi.§.si patrem.ff.de vulg.& pupilla. P.Andora.

Guardianus cui est commissa electio pauperum,potest eligere fratres sibi subditos.Bart.in l.cum quidam.la 2.ff.de leg. 2. Idem.

Guarentigia quid sit Iaso.in l.error.C. de iur. & fac. ignor. Rom.cons. 133. P.Andora.

Gubernator & legatus etiam de latere æquiparantur: & possunt facere ordinationes perpetuò duraturas.Corn.consil.235.col.3.vol.2. P.Andora.

Guelfus filius guelfi potest se facere gibellinum.Fel.in proœmi.Decretal.col. 13. P.Andora.

pater an possit esse guelfus,& filius gibellinus.Alex. in addit.ad Bald.in l.filium.C.de suis & legit. Idem.

guelfus & gibellinus sunt passiones animi. Bald. in l. vnic. C.ad leg.Iul.Viscel. Idem.

COMM

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMVNIVM OPINIONVM,

SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuersis Authoribus collectarum,

Liber Octauus.

H

HAbenti tutorem alius tutor dari non potest, l.si fororis.C.qui petan.tut. Bellon.

Habeat, vel volo habere, est verbum directum vel saltem commune aptum comprehendere directam institutionem.Bar.in l.centurio in vlt. tol. ff. de vulg. & pup.Alex.in 5. vol.cons. 168.in 1.col. P.Andora.

Habilitas. Quando verba generalia recipiant restrictionem.de habilitate.vide Fely.rem iſſiue.in ca.in omni extra.de testi.Barb.in 2.vol.cons. 1.in 7.col.& cons. 57.in 10.col.Ias.in prælud.feu.in 20.col.in l. 1.in 2.col.cum seq. C.de sa.san.eccl. in §.in personam in 5.col.cum seq.inst.de actio.in l.de quibus in 12.col.ff.de ll. in l.2.§.prætor ait ff.qui satisd.cog.in l.filius fa.in 1.col.ff.si cert.pet.& in l. 1.§.nun.in 4. col. cum seq.ff.de oper.no.nun.Alex.in 1.vol.cons. 104.ibi ergo sequitur. Vide etiam Barb.inter cons.Alex.in 4.vol.cons. 123.in 2. col. vers. licet ergo statutum. Et Marc.in l.vnius. §.cogniturum.col.6. de quæstio.Alex.in l.j.§.nunc.col. 5.& 6.de oper.no.nun.Cur. iunior.cons. 1.in 2.col. P.Andora.

habilitatus præsummitur. quis quando actus est legitime gestus.sonz.in 2.parte con.258.in 2.col.dixi latius in ver.præsumptio.§. 51. Idem.

Dispositio tendens ad extensionem actus iam concessi non recipit restrictionem de habilitate, Alex.in specie, 5.vol.cons. 53.in 3.col.& habetur in locis supra all.

Fallit quando resultaret absurdum.vt vult Alex.vbi s.Idē.

habitans extra territorium vnius Principis.potest puniri lege municipali pœna confiscationis, & indignationis Principis, ex communi opinio.Bursat.cons. 34.n.26. Bonacoss.

habitaturum qui se in aliquo certo loco promittit, non in eo habitare præcisè cogetur, non & si ad illud quod interest agentis teneatur.commune dicit Did.à Couarru. in tract. de spons.2.part.c.7.nu. 5. E.Suarez.

habitator quis dicatur. Vide Bal.in 1.parte cons. 61. vbi dicit.quod dicitur proprie.ille qui est cum sua familia & residet ad focum & alia similia. de quo per decium.in cons. 37.in 6. col.vide aliquid per Ludo.Rom.cons.264. P.Andora.

habitatione legata vxori an debeantur alimenta. Bal. in l. fi.vers.sed quid si testator C.de indic.vid.tol.tenet quòd sic.

Contrarium tenet Alex.in 5.vol.cons.72.circa fi.Bolog.in cons.48. Idem.

Ille qui ex legato habet habitationem potest alteri locare. vt infra.in ver.legatum habitationis. Idem.

habitator dicicitu ille qui pro famulo moratur. Bar.in consil.42.incip.visa inquisit. Idem.

habitare non dicitur.qui non habet animum permanendi. Cor.cons.209.vers.habitare autem.

Subiungit tamen quòd habitatio sumi.multis modis.

Vide Bal.in l. 1.ff.de sta.homi. P.Andora.

habitator non dicitur ille qui habitat gratis. Lud.Ro. sing. 27.alleg. l. qui mercedem. §. si habitatoribus. ff. de act.emp. Idem.

habitatio si relinquitur alicui mulieri, poterit secum ducere maritum, secundum Ang.in §. 1.instit.de vsu & hab. Idem.

habitationis appellatione intelligit etiam de futura. Paul. Cast.cons.282.vol.1. Idem.

habitatio dicitur probata, licet non probetur de omni momento. Bal.in l.si quis ita. ff. de condition.& demonstration. Idem.

habitus. Talis quis esse præsumitur, qualis habitu inuenitur.c.si vero. el 2.& ibi Fely.de senten.excomm.al.l.item apud.§.si quis virginem. ff.de iniur.& alia multa. & idem vult in cap.in audientia.illo. eo. tit. Barb. in primo volum.consil. 17.in penult.col.vbi dicit. quòd accidentia magnam partem conferunt ad cognoscen.quod quid est de quo dixi.in ver.accidentia.

Et ad pm, vide Dec.multa allegantem. in cons. 125.in pen. col. P.Andora.

habitus non fac.monachum.§ primo in authent.de mona. clem. 1.&ibi Card.Floren.de sta.mona.ca.constitutionem. & ibi phi.in 2.no.de regula.in 6.c.porrectum.& ibi Panorm. de regula. Idem.

hæres extraneus grauatus restituere hæreditatem, solam Trebellianicam detrahit, & hoc ex Senatusconsulto inductum fuit, vt inuitentur hæredes ad adeundam hæreditatem. §.sed &quia.instit.de fideicom.hæred.l.filium.C.fam.ercisc. quod intelligendum est,si sponte adiuit,secus si coacte.l.quia poterat.ff.ad Trebel.hinc est, quòd hæres rogatus alteri restituere hæreditatem,inuentarium facere cogitur,vt Trebellianicam non amittat.§.si verò non fecerit.in auth.de hæred. & falcid.qui text.generaliter de fideicommissariis loquens vniuersalem quoque fideicommissarium comprehendit.l.j §.generaliter.ff.de legat.præstan.canon. si Romanorum,decimanona distinct. & nor. Doct. in l. Marcellus. ff. ad Trebellia. Quòd autem hæres qui non fecit inuentarium Trebellianicam perdat sicut Falcidiam,tenent Oldr.per pulcherrimas rationes,consil.234.Hælena Mattarelli,Paulus de Castr.consil. 207.super primo.& in l.cum tale.§. 1.ff.de condit.& demonstrat.Imola etiam ibi,& in authent.similiter.C.ad legem Falc. Fulgosius consil.25. humanissimè, & consil.96.pro decisione.post princip.Cornæ.consil.301.volum.1.consil.22.vol.2. & consil. 168. volum, 3. Mathesi. in singul. 158.Deci.consil. 236. in 5.q.480.& 495. in quibus consiliis istam esse magis communem opinionem,idem attestatur Cassadorus decis.3. num. 1.4.& 6.in tit.de testa.& Cravet.cons. 17.num.1.Capra. cons.7.in fi.Soci.in rubr.in fi.ff. ad Trebell. & in l. Marcellus. §.quod autem,eodem titul.& Curt.Iunior cons. 54.In contrariam vero sententiam inclinarunt Iaco. de Areti. Ioan. Andr. in addi.ad Specul.in titul.de instrum.editio.§.final.vers. nunc videamus.Bart.sibi contrarius consil. 2.& in authent.sed cùm testator.C.ad l.Falci.& ibi etiam Bald.& Sal.& idem Bald.affirmat istam opinionem esse veram cons.99.super primo quæsito.vol.4.licet ibi,& in l.cùm tale.§. 1.ff.de condi.& demon. subiiciat de cõsuetudine inducta per errorem opinionem seruari contrariam,& istam partem audacter asserit esse communem Alexandr.consil.67.visis.libr.4.& in dicta auth.sed cum testator.Ias.etiam in rubr.ff.ad Trebel.num.7.& in repet.rub. num. 17.& in d.l.Marcellus.eodem titu.num. 57.& refert Cravet.in præcitato cons. 17.& pro ista parte reperio consuluisse Paul.de Castr.consil.202. volu. 2. in nouis incip.in Christi nomine,& cons.209. & ista quæstio adeò ambigua est propter conflictum opinionum, & diuersas iuris interpretum sententias vt constat ex iis quæ congerunt Doct. in d.l. Marcell°. adeò, vt decisionem principis desideret vt refert Cassadorus in præallegata decisio. 3. in tit. de testa. circa fi. retenta itaque prima parte tanquam magis vera, & communi, amplia, vt procedat etiam si hæres sit filius testatoris. vt per Baldum consil. 404.in substitutione lib. 2,& Cornæ.cons. 168.in hac consultatione. vbi ponit istam esse magis communem opinionem, idem dicit Dec.cons.236.non parua difficultas.& Cornæ.consilio 22.in hac consultatione,libro secundo. eandem opinionem sequitur Barba.consilio 46.difficile.lib 3.& Augustinus Beroius in capit.in præsentia.numero 448.in fi. de probatio. & licet filius ob omissionem inuentarij perdat Trebellianicam,tamen non perdit legitimam,& in hoc Doct.conueniũt communiter,vt refert,& attestatur Corsetus in tractat.de potestate regia in materia Trebellianicæ.quæstio.73.& Laurentius Calc.cons.86. tota ista quæstio, & istam opinionem originaliter tenuit gloss.in authent.hoc amplius.C.de fideicommiss.Oldra in dicto consil. 134.Bart.in dicta authent.sed cùm testator,& alij complures congesti per Corn.in loco suprà citato.Interpretatur & limitatur præfata conclusio, quando testator hæredi remitteret necessitatem inuentarium faciendi, quia tunc omissio inuentarij hæredi non noceret.l.fin. C.arbit.tute.l.cum tale.§. 1.vbi Bald.& Imol.ff.de conditio. & demonstrat.Curtius consilio 29.in regno Hispaniæ,in fi.cum allegatis per Dec.consilio.308.visa iterum lecta.& Soc.consl.j. viso testamento.lib.3. F.Villalob.

Hæres rogatus hęreditatem restituere ex Senatusconsulto Trebelliano,quarto retinere põt.§ sed quia stipulationes. in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtitut.de fideic.hæred.& ſi filius eſſet,ſeu de liberis,quibus legitima debetur iure naturæ quartam facile vltra legitimam poſſet detrahere.c.Raynal.de teſta.q̃ quidem procedit,quando vno,eodemq̃ tempore vtriuſque quartæ detractio non concurrit, vtputa quando filius eſſet in diem, vel ſub conditione rogatus reſtituere:tunc enim poteſt duas quartas detrahere,ſecus autem,quando purè eſſet rogatus, quia tunc non poteſt de iure cano.nec de eius æquitate detrahere,niſi vnam quartam,ſecundum gloſſ.& communiter canoniſtas in d.ca. Raynutius.Legiſtas in l.quanquàm.C.ad l.Falci.& l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inof.teſta. & iſtam communem ſequitur Bart.in l.1.§.interdum.ff.ſi cui pluſquam per leg.Falc.in d. l.quanquàm.& in d.§.meminiſſe.Fulgo.conſ.26.ſtante ſtatuto. & Alex.l.in ratione.§.quod vulgò.ff.ad leg.Falci. conſ.43. attenta.in fi.vol.2.& conſ.142. circa primam dubitationem. vol.2.& iſtam ſententiam approbauit vſus totius mundi volentis in hoc ſtare canonibus,vt legitur inter conſilia Bal.conſil.282.& conſ.387.quidam.Alexand.lib.3.& iſtam communem atteſtatur Afflict.deciſ.367.nu.4.& ad vtranque partem diſputat,ſequitur,allegat, plurimumq̃ declarat Auguſtin. Beroius c.in præſentia.nu.437.cum aliis ſeq.de prob. & Ripa in l.iubemus. C.ad Treb. Limitatur hoc vbicunque pater expreſsè filio primi gradus grauato Trebellianicam prohibuiſſet, quia quamuis pater ipſe filiis primi gradus Trebellianicam prohibere nequeat,vt l.iubemus.ad Treb. nihilominus hoc verum eſt,quando vna tantùm detrahi poſſet,vt quia purè fuiſſet grauatus per fideicommiſſum. Sed quando duas regulariter poſſet detrahere, vt in caſu, quo grauatus eſſet ſub conditione,vel in diem, iſto caſu pater prohibere Trebellianicam poſſet,vt filius haberet duntaxat legitimam, vt voluit Paul.de Caſtr. & Alexan.in l.mulier.§.cùm proponeretur.ff. ad Treb.& idem Alexan.conſ.28.& 165.vol.5.& Corn.conſil.22.vol.2.vbi ſcribunt iſtam eſſe communem. Contrariam verò partem,quòd inefficax ſit iſta prohibitio,tenuit Paul.de Caſtr.reuocando ſententiam in melius in d.l.iubemus,& fuit de mente Bart.& Alex.in l.quod de bonis.§. quod auus.ff.ad leg.Falc. & ideò Alex.conſ.250.vol.6. non fuit auſus conſulere pro prima opinione. Iſtam ſecundam partem tenuit etiam Ang.conſ.121. & Alexan.in d.§.quod auus. vbi reſpondet ad d.l.iubemus.Bal.& Saly.in d.l.iubemus. Roma. conſ. 216.Barba.in d.c.Raynut.circa fi.Alex.conſ.5.vol.3.& conſ. 201.& 67.vol.6.Dec.pſ.81.& 170.& cõſ.218.& iſta eſt communis opin.vt ponunt præcitati Doct.Alex.& Soc. in l.Marcellus.ff ad Treb.ſeu in d.l.iubemus.vbi etiam Moder.Curti. iun.conſ.160.n.3.& Gozad. conſ.45.& 97.n. 4. vbi refert q̃ teſtator indiſtinctè non poteſt aliquo modo prohibere Trebellianicam filio,etiam ſi deducendę forent duæ quartę,& fatetur tandem iſtam eſſe communem opinionem, & iſta in effectu videtur communior,ſecùs autem,quando teſtator prohiberet extraneo hæredi inſtituto, & grauato detractionem Trebellianicæ,quia iſto caſu valeret prohibitio,& hæreditas deuenire poteſt ad hæredem abſque Trebellianicæ detractione.§.ſi verò expreſſim in auth.de hæredi.& Falcid.gl.in §. ſed quia ſtipulationes. Inſtit.de fideicommiſſ.hæredi.in verbo,liceat. Bart.in auth. ſed cùm teſtator.C.ad l.Falci.& iſta opinio ratione non caret,quia text.in d.§.ſi verò expreſſim loquens de Falcidia, & de Trebellianica extendendus:nam per hoc ad ius cõmune reuertimur.l.verbis.ff.de verb.ſig. & vbi reditur ad ius commune,Lex etiam correctoria recipit extenſionem ſecundum gl.in ca.ſtatutum.de præb.lib.6.præſertimq̃ vbi ſublata ſignificatione vocabuli caſus,de quo fit extẽſio comprehenditur.gl.in clem.1.de elect.& appellationem Falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum eſt per nota.in auth. vnde ſi parens.C.de inoff.teſta.& ſentẽtiam iſtam communiter approbari ſcribit Alex.in d.l.Marcellus.poſt Io.de Imo.ibi,& q̃ iſta communis ſit fatetur etiam Barba.conſ.10.illud.lib.4.Ial. conſ.84.omiſſa.lib.1.& conſ.146.præſuppoſito.vol.2. Alex. in l.ſi filius à patre.n.3.ff.de lib.& poſth.& in l.extrancum. C. de hæredib.inſtituen.n.8.Ial.in l.ſi fundum §.ſi libertus.n. 10. ff.de lega.1.in d.l.Marcellus.n.40. & Bald. Nouellus in tract. de dote.in 6.parte.in 13.priuilegio.n.2. Interpretantur prædicta etiam procedere,ſi teſtator hæreditatem reſtitui mãdauerit totam,vel integram,vel pleno iure,vel vſus fuerit his verbis,hæres reſtituat oĩa bona vel reſiduũ bonorũ, aut quicqd ex bonis peruenerit,videtur tunc Trebellianicam prohibuiſſe.per ea quæ no.gl.in l.decem.C.de fideicommiſſ.libertatib. quam ſingularem eſſe dicit Ang.ibi,& Bald.in auth. ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.facit l.ſi.eo.ti.& hoc approbat Alex. in l.Centurio.ff.de vulg.& pup.& conſ.201.perſpectis verbis,libro6.& iſtam opinionem communem eſſe ſupponit, idem Alex.conſ.5.circa primum.lib.3.Gozad.conſ.97.nu.6.& magis communem dicit Alex.conſ.67.n.1.vol.1.& com. etiam dicit Bellon.conſ.64.n.2.& hæc opi.comprobatur ex multis rationibus relatis per Corſetum, tractatu de poteſtate regia. q.73.§.2.contrariam verò ſentẽtiam q̃ retrahatur,tenuit Roma.conſ.75.neſcio.& conſ.79.totum fundamentum.& conſi.239.in hac re.& Fel.in c.auditis.de præſcr.& Ial.conſ.84.puto.vol.1.Dec.conſ.495.& Pau.de Caſt.in auth. ſed cùm teſtator.C.ad l.Falc.& iſtam opi.ait eſſe commu.Roma.in d.conſ. 239.& magis com. dicit Bellonus conſ.55.n.1.& conſ. 66.n. 1.& ſeq.& conſ.80. F.Viuius.

Hærede non adeunte hæreditatem, omnia iura teſtamenti pereunt,& ſic,ſi nemo hæreditatem,ipſam adierit,nihil valet ex iis,quæ in teſtamento ſcripta ſunt l.ſi nemo,la 1.ff.de teſtamen.tut.l.eam quam.C.de fideic.& l.ſi nemo ſubiit.ff.de reg. iur.& not.Roma.conſ.428.Dec.in viſo proceſſu.vol.7.Fallit hoc quippe principaliter in filiofam.etiam infante. qui abſq; aliquo dubio tranſmittit hæreditatem patris non agnitam ad quoſcunque hæredes iure ſuitatis.l.apud hoſtes.C. de ſuis & legiti.& iſta eſt communis opi.vt apparet ex relatis per Deciũ conſ.331.pro reſolutione conſ.245.& conſ.250.in antiq.& Ial.conſ.130.magnificus.volu.1.ſed imò pupillus,ſeu infans moriens hæreditate non adita tranſmittit ad hæredem ſuum beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam hæreditatem,& per conſequens hæredes eius poſſunt petere reſtitutionem in integrum,ex clauſula generali,ſi qua iuſta cauſa,&c. aduerſus hæreditatem non aditam à minore, vt tenet Bart.in l.ſi infanti.C.de iure deliberandi & alij multi,quos referunt Paul.de Ca.Alex.& Ial.ibi dicentes iſtam eſſe communem opinionem,prout etiam atteſtatur Soc.conſ.9.vol.1. & latè plures citans Gulielm.Bened.in ca.Raynut. num.179.de teſta.Cornæ.conſ.312.in fin.Rom.conſ. 58. viſis narratis.& Riminal.conſ.20.n.15.& conſ.120.n.3.Bald.verò conſ.226. quæſtio.vol.2.arbitratur q.iſtam eſſe difficilem.& conſ.213. caſus talis,li.3. habet pro abſurdo ratione minoris ætatis dari reſtitutionem in integrum.& Soc.conſ.216.non poteſt negari aſſerit in iſta quæſtione eſſe locum gratificationi,& propter auctoritatem eorum,qui ſunt in contraria ſententia & ob validiſſimas rationes, quibus reſponderi nequit indigere deciſione Cæſarea, nihilominus Doctores communiter tenent, q̃ competat reſtitutio in integrum etiam hæredibus infantis, vt per Cor.conſ.87.circa primum,& latè ſ.deduximus, & ab iſta cõmuni fatuum eſſet recedere in actu practico. His accedit congruenter,q̃ infans non poteſt adire hæreditatem ex ſe metipſo,ſed pater pro eo,aut tutor,ſecundum Bart.in d.l.ſi infanti,& omnes doctores communiter in l.bonorũ.C.qui admit.& iſtam ſcribit eſſe communem Bellonus conſ. 24.n.16. Interpretatur quoque prædicta regula non procedere in legatis ad pias cãs.vt no.Bart.in l.j.C.de ſacroſ.ec.Sed contra Bartolum ipſum audacter aſſeuerat eſſe cõmunem opinionem Canoniſtarum.& Legiſtarum Alex.in cõſ.354.ſtatutis n. 17. vol.2.Ial.in d.l.eam quam.& in d.l.1.in 1.lectu.& in 2.lect.q̃ imò relicta ad pias cauſas non debeantur hereditate non adita,opinionem verò Bart. ſequitur Dec.in d. l. ſi nemo. & Lupus in allegatione 19. vbi expreſsè fatetur ſententiam Bart. ſeruari in practica,& eſſe magis æquam.His accedit ſimiliter, q̃ hæreditas poſtquam eſt adita per hæredem non dicitur amplius hæreditas ſecundum communem opinionem Docto. quam citat.& ſequitur Ial.in l.poſſeſſio appellata.§.veteres.n. 18.ff.de acq.poſſ.Fallit etiam præfata cõcluſio in viginti aliis caſibus quos ponit Barb.in rub.extrà de teſtam.ver. nunc ad vltimam quæſtionem. F.Viuius.

hæres mariti defuncti lucratur,vxore ſuperſtite,fructus dotis rerum mobilium tempore anniculæ dilationis ſecundum communem opinionem omnium Docto.in l.diuortio.ff.ſol. matrimo.quam impugnare pluribus rationibus conatus fuit Ial.ibi, tamen(quicquid ipſe ſuadet coloratis fundamẽtis)ob hoc diſcederem à dicta communi, cum qua ſentiunt Doctores & Moder.in d.l.diuortio.reſpondendo omnibus contrariis.Cæterum.tranſacto anno, vxor ipſa abſque aliquo dubio poſſet ab hærede mariti petere prędicta bona mobilia,& ſi hęres mariti exciperet, ſeu opponeret aduerſus vxorem dotem petentem,q̃ ipſa perdidit dotem propter adulterium,de quo maritus eo viuente, querelam non porrexit,nihil prodeſſet iſta exceptio heredi,ſed tenetur vxori reddere dotẽ ſuam non obſtante iſta friuola exceptione, vt per Canoniſtas communiter in c.plerunque de diuor. quam communem ſequuntur Modern.ibi,& Ripa atteſtatur in l.ſi.n.201.& ſeq.C.de reuocan.don.Predictis etiam accedit q̃ hęres tenetur alere vxorẽ dum in viduitate maneret,ſi quidem, durãte tempore viduitatis

Universidad de Deusto Biblioteca

tatis,durat proculdubio onus alimentandi, dicitur durare vidua in matrimonio, dum vitã vidualem obſeruat, vt per Iaſ. §. fuerat. n. 5.& ſeq.& 25. Inſtit.de act.vbi ponit vltra annum vxorem alendã fore ab hæredibus mariti defuncti,quod procedit,durante viduitate,aliàs non,& iſta communis opi.omnium Doct.vt per ſcriben.paſſim,accedit ſimiliter præfatis aliud not. ſatis vtile, q̃ mulier non poteſt alimenta, ſeu vſuras dotis poſt annum petere,cum habuerit in poteſtate ſuam dotem petere,& non curauit,lege prima,cum ibi not.per glo.& Doct.C.de ſententiis quæ ſine certa quantita.& ita tenet bartol.in lege at qui natura.§.non tantum.ff.de nego.geſt.glo.& communiter omnes legiſte in l.inſulam.§.vſuras.ff.ſol.ma.& cõmuniter omnes Canoniſtæ in c.ſalubriter.de vſuris,de qua communi faciunt mentionem Moder.in d.§.vſuras,& conſulentes vbique. F.Viuius.

Hæres quilibet poteſt per ſe vel notarium, vel alium interrogare teſtatorem ad inſtituendum ſe hæredem. & ſi in caſu dictæ interrogationis teſtator faciat interrogãtem hæredem valet,& tenet iſta inſtitutio ſecundum Doct.in l. iubemus.C. de teſtamentis.Hæc verò opinio communis & veriſſima procedit,ſi teſtator articulatè loqui poterat,& conſtabat de intẽtione ipſius q̃ volebat ita facere ſecundum gl.in d.l.iubemus, cum qua ſentiunt omnes ſcribentes ibi Bal. conſ. 120. ſuper primo,volumine quarto,Pau. de caſt conſ. 363. viſo puncto, per legem Pamphilo.§.propoſitum.ff.de leg.3.& iſta eſt communis opinio teſte Corneo conſ.261.n.18.libro quarto,poſt alios ibi relatos per eum & Boerius in deciſio.35.numer. 5.& iſtam conſtat eſſe communem ſententiam etiam ex cõgeſtis per Alexandrum conſ.12.viſo inſtrumento. libro primo per Iaſonem conſ.124.factum ſic ſe habet in fine, libro primo.& per Corn.in præcitato conſ.Iaſ.in d.l.iubemus.n.20.& Bellonum conſ.26. Procedit ſecundò prælleg.concluſio,quando notarius non ſeorſum, ſed in conſpectu teſtatoris ſcribat teſtamentum,& quando appareat teſtatorem eſſe ſanę mentis, aliter enim non valeret teſtamentum ipſum,ſi teſtator tunc fuiſſet infirmitate valde grauatus,vt per Ioannem Andræam in additio.Speculatoris,in §. 1.de teſtamen.Marſ.in ſing.449. Affict. deciſione 143.Iaſ.in d.l.iubemus.& per Soc. conſ. 20. in facto. & conſil. 28. viſo. libr. 3. de quo ętiam per Calcan. conſ.92.viſo puncto. Procedit ſimiliter prælallegata concluſio, quando notarius non ſcribit teſtamentum illius, qui balbutiendo loquitur, ſecùs autem quando ſcriberet teſtamentum iſtius balbutientis: nam ſi hoc probaretur, rueret teſtamentum,vt per Baldum in lege quidam.ff.de condit. inſtit.& Iaſ.in l.quoniam.C. de teſtam. Procedit quoque iſta concluſio, quando notarius non ſcribit hæredem ad nutum capitis teſtatoris, ſed facit teſtatorem, ita clarè reſpondere q̃ exaudiatur à teſtibus, quia teſtamentum non fit nuda voluntate,ſed verbis, vt per gloſſam in l.in fraudem.§. 1.ff.de militari teſtament. fallit hoc in fideicommiſſo, nam fideicommiſſa nutu relinqui poſſunt,l.nutu,& ibi Bart.ff.de legat.3. cum citatis per Alex.in d.l.iubemus. F.Viuius.

Hæres cogi non poteſt ad ſoluendum relicta ex teſtamento non ſolenni. lege, ſi veritas. C. de fideicommiſſ. & ibi omnes Doctores notant, & Bald. conſil. 284. & ſequent. & conſilio trecenteſimo octauo. iſta ſcriptura. libro tertio. Interpretatur vtiliter hoc, quando teſtator in teſtamento non ſolenni legatariis, & fideicommiſſariis expreſsè permittat,vt poſſint propria auctoritate accipere poſſeſſionem rerũ relictarum.l.3.§.Lucius.ff.de legat.2. & ex poſſeſſione legatarios fideicommiſſarioſq́ue retentionis commodum conſequi,nemini dubium eſt.l.militis codicillis. §. veteranus, ff. de militari teſtam.& per Doctores in l.poſt diuiſionem,&in l.cũ quis.C.de iuris & facti ignorantia:& per Canoniſtas in ca. fi. de ſolu.& ab opinione hac non eſt recedendum,teſte Alex.in l.nemo.ff.de leg. 1.& quamuis Barb.in d.ca.fi. dicat nonnulla contra iſtam ſententiam, tamen ſecundum eam iudicandum eſt, quia opinio prædicta communiter approbatur, & magis communiter approbatam eſſe aſſerit Iaſ.in d.l.cum quis.& in allegata l.nemo.his accedit vnum valde vtile,q̃ ad probandã licentiam per teſtatorem traditam apprehendi poſſeſſionem rerum relictarum propria auctoritate ſufficit etiam actus inualidus,l.qui à patre,vbi Bald.ff.de confirmat.tutorum,l.fi.& ibi Bart.ff.de rebus eorum.Deci.conſ.171. in cauſa venerabilis.& Iaſo.conſuluit conſil. 127. dubitatur. volumine ſecundo. F.Viuius.

Hæres non compellitur ſatisfacere pro mortuo in quo non apparuerunt ſigna contritionis.Panormita.in cap.à nobis de ſententia excommunicationis. communem dicit, licet ipſe teneat contrarium.

Nota iſtam communem ad reſtrictionem l. 14.titulo ſecũdo.parte 6.dicentis hæredem teneri pro teſtatore. B.Villal.

Hæres tenetur de damno dato à defuncto: etſi nec ad ipſum,nec ad mortuum aliquid peruenerit,ſecundum ius canonicum.Panormitan. in capit. parochiano. de ſepult.communem dicit.

Nota q̃ aliud diſponitur per l. 3.titul. 15.part.6.cum intel. l.ſtyli.68.& de l.6.tit.20.lib.3.For.ll.vbi diſponitur,q̃ ſi lis nõ fuit conteſtata cum defuncto, vel ipſi hæredes nullum commodum receperunt,q̃ non tenetur de dicto damno illato defuncto,quod procedit de rigore iuriſciuilis,ſecùs de ęquitate canonica,cũ apparuerint in defuncto,ſigna contritionis,quia tunc tenetur hæres exonerare conſcientiam defuncti,ſecùs ſi non apparuerint, Idem eſt de iure canonico quod de ciuili, q̃ tradita per Gulielmum Mainerium in l.ſicuti.n.2.ff.de reg.iuris.vſque ad numerum 9.vbi dicit noſtram concluſionem cõmunem.Item nota,q̃ in delictis in quibus memoria poſt mortem poteſt damnari de quibus eſt gloſſa,in ſumma.24.q.2.& in §.interdum.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſtato deferun.&gl. in c.à nobis el 2.de ſent.excom.& Fel.in c.cum à nobis. num. 12.de præſcr.& ſi lis non ſit conteſtata:& procedatur contra abſentẽ,& moriatur hæres tenetur, vt manifeſtè dicit l.vlt.in pragma.conclu.de codi.iudi.

Reſtringe vſque ad vires hereditarias, & non confecto inuentario.Ant.de Fano.de pig.mem.4.part.2.n.124.in fi.communem dicit.

Amplia non ſolùm quoad delictum, ſed etiam quoad alia de iure canonico.Præpo.in cano.Epiſcopus 12.q.2.communem dicit:& competit contra creditorem totũ perentem remedium euangelicæ denunciationis.Alc.in c.nouit.de iudic. nu.34.com.dicit.

Nota q̃ ſi vnus ex hæredib. non ſit ſoluendo alius tenetur exonerare conſcientiam defuncti.Alciat.in l.2.§.1.n.31.ff.de verb.oblig.communem dicit. B.Villal.

Hæres,etſi ſit filius, tenetur obſeruare contractum factum per patrem.etiam ſi tangat ſuam legitimam Suarez.in l.quoniam in prioribus.n.7.in 7.ampliatione.C.de inof.teſta.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intellect.l.24. titul. 13. parte. 5. & vide rationem ſupra in verbo, binubis. de quo vide per Ioan.Na.in lege, generaliter. de ſecund. nupt. numero 17. C. Idem.

Hæres vnuſquiſque inſolidum tenetur adimplere factum iudiuiduum ad quod tenebatur teſtator, & vno adimplente eſt ſatisfactum,& alij non incidunt in pœnam.Alciat.in l.3.§. Cato n.41.ff.de verb.obl.communem dicit.

Hæres, qui confecit inuentarium, etſi dolosè omittat ponere vnam vel duas res in illo:non tenetur inſolidum.vt aliàs teneretur,ſi nullum inuentarium confeciſſet. Iaſ.l.in cõputatione.§.licentia nu.4.C. de iure deliberan. communem dicit. Idem.Villalo.

Hæres heredis,ob tranſmiſſionem iuris deliberandi excludit ſubſtitutum, & eidem præfertur, communem dicit Guli. Bene.in c.Raynut.in ver.&c.Si abſque liberis moreretur.nu. 69.de teſtam. I.Fich.

Hæres condemnatus per ſententiam, beneficio inuentarij iuuatur.Alex.in l.ex diuerſo.§.fi.ff.ſolu.matr.communem dicit.Iaſ.in l. 1.ff.de iuris & facti igno.n.17. B.Villalo.

Hæres ſuus,etſi repudiaret hereditatem: poteſt,re integra, reuocare repudiationem,etſi habeat coheredem extraneum. Iaſ.in l.pupillorum de repu.& abſtin.hæreditar.n.2. communem dicit. Idem.

Heres ſucceſſurus intra tempus primi hæredis,interrogatus ſi velit ſuccedere, & ipſe dicat quòd non, ſibi præiudicat. Iaſon. in rubric.de ſucceſſ. edi. in princip. communem dicit. Idem.

Hæres non conficiens inuentarium, non perdit Trebellianicam,com.ait Alex.conſ.2.lib.5.& conſ.62.lib.4.Cõtrariam verò inquit magis communem Fulgoſ.in authentic.ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. & Deci. conſil. 436. in principio. Idem.

Hæres ſcriptus in teſtamento valido de iure ciuili, ſi agnoſcat bonorum poſſeſſionem,de iure prætorio non eſt propriè hæres,communem teſtatur Rip. in l. 1.n. 12.ff.de vulg.&pup. Idem.

Hæredis appellatione in materia feudali, ſoli filij veniunt, ita communiter teneri dicit Deci.conſilio. 516. numero 10. Idem.

Hærede non adeunte hereditatem,inſtitutus in re certa eſt vniuerſalis hæres. Alex.in l.quoties.C.de hære.inſtit.Io. Dur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in arte teſtan.tit.6.caut. 2.Mainerius in l.ius noſtrum.nu.6.de reg.iur.ff.communem dicit.

Cum hac concor.3.tit. 5.part.6.& plus dicit l. 14.3.par.eo. q̃ inſtitutus in re certa,ſi alius hæres non inueniatur:nec in illo,nec in alio teſtamento,iſte erit hæres,& vide l. 17. eiuſdem tituli.infrà litera.I.nu.39. Idem.

Hæres ſi cedit actionem forenſi contra ſtatutum, ſi hoc faciat ex mandato teſtatoris non incidit in pœnam ſtaturi,laſo. in l.iuſtè poſſidet,numero 29.de acq.poſſ.ff. communem dicit. Idem.

Hæres inſtitutus tanquam filius reputatus à patre,non ſuccedit, ſed venientes ab inteſtato ac ipſis deficientibus, fiſcus ſuccedit.laſ.in l.ſi pater tuus n. 10.C.de hæred.inſtit.commu. dicit. Idem.

Hæres defuncti præſidis habet integrum ſalarium totius tẽporis officij,ſi tempus non ſit finitum.Curt.iun.in l.diem functo.n.30.de officio aſſeſ.ff.com.dicit.vide in verbo ſalarium. nu.1. Idem.

Hæres tenetur ad alendum vxorem defuncti intra annum luctus.laſ.in §.fuerat,Inſti.tde actio.nu.18.communem dicit. Idem.

ADDITIO.

Limita niſi hæredes vellent incontinenti ſolu.mat. dotem reſtituere non expectato lapſu anni q̃ facere poſſunt nec tenentur hinc ad alimenta ex quo dilatio illa anni in eorum fauorem ſit introducta per Baſd. in auth.& qui iurat.n.61.in fi. C.de bon.auct.iud.poſ.Limita ſecundò,niſi intra annum nuberet.Cy.in l.fi.C.de bon.mater.Imo.in l.diuortio.n.4.ff.ſol. mat.cum aliis. Idem.

Hæres tenetur ad ſoluendum æs alienum. & non vſufructuarius Dec.conſ.620.Io.Durand.in arte teſtan.tit.6.cau.42. communem dicit. Idem Villalob.

Hæres mariti poteſt accuſare adulterium vxoris commiſſum in vita mariti etſi ignorauerit adulterium.Boer. deciſio. 338.nu.7.communem dicit.

De iure regio, poſt mortem mariti mulier adultera potẽſt accuſari de adulterio commiſſo in vita mariti per ſex menſes vtiles à tempore adulterij commiſſi,non tamen poſt l.3.titu. 17.part. 7. & nota quòd licet de adulterio non poſſit mulier accuſari abſque voluntate viri:vt in l.3.tit.7.lib.4.For. ll.correcta.l.2.17.part.7.maritus tamen venit puniẽdus. ſi fuit adulterij cauſa.l.7.tit. 17.part.7.de quibus ll.vide Io.Lupum in repet.cap.§.21.nu.13. Villal.

Hæres inſtitutus,etiam dato ſubſtituto vulgariter,ius deliberandi tranſmittit ad hæredes ſi deceſſerit hæreditate non adita.ſciens ad ſe hæreditatem delatam Io. Durand.in arte teſtan.ti. 5.caut. 1.communem dicit.

Hæredi,ad hæreditatem vendicandam,dantur,plura reme media: & reſpectu poſſeſſionis adipiſcendæ, datur primò remedium l.fi.C.de edi.diui Adr.tol.vt oſtenſo teſtamento non cancellato, nec abolito, nec in aliqua parte ſui vitiato hæres mittatur in poſſeſſionem rerum hæreditariarum,quod remedium competit ex teſtamento,non tamen ab inteſtato.Deci. in d.l.fi.& Bello.conſ.35.cõem dicunt.Item datur remedium quorum bonorũ,vtile l. 1.& Doct.ibi.C.quo.bo.quod interdictũ datur p̃ illum,qui poſſidet pro hærede,quia putat ſe hæredem,vel pro poſſeſſore,quia incumbit poſſeſſioni ſolum.§. adipiſcendæ.Inſtit.de interdictis. Si verò habet titulum verũ, vt ſi poſſidet pro emptore,pro donato,pro dote,ſicut petitio hæreditatis non datur contra eum, vt per laſ. in §.actionum. n. 18. vbi dicit communem,nec interdictum quorum bonorum,ſed tamen dicta regul.patitur plures.exceptiones,de quibus Iaſ.ibi & Tiraq.in tract.le mort ſaiſit le vif.par.2.n. 13.& Aymon.de Craueta conſ.73.

Hæredis appellatione non venit fideicommiſſarius, Bello. conſ.42.nu. 13.communem dicit.

Limita in ſtatutis, quæ ſunt conformia iuri communi vel præter ius commune idem.Bello.nu. 15.communem dicit.& Alex.in conſ.82.vol.2. Idem.

Hæres etſi de iure veteri ob omiſſam inuentarij confectionem in nihilo plus creditoribus,neque legatariis teneretur vt probatur ex tex.in l. 1.§.qui.ff.ad Treb.iure tamen nouiſſimo Authenticorum ſecũs & aliter introductum & diſpoſitum fuiſſe legimus.§.hinc autem nobis.in auth. de hæred.& Falci. vbi habetur quod hæres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus,legatariis & inſolidum vltra vires hæreditarias. probatur etiam ex tex.in l.fi.§.ſi quis autem temerario. C. de iure delibe.non tamẽ intelligas,q̃ adeo illis obligetur,vt etiã debitum iure naturæ perdat quia illud nõ amittit,ſed de legatis detrahitur,& illa diminuet,& ſic diminuta legata,inſolidũ hæres præſtabit, & ita hac declaratione generali,quam ibi tradit Bart.in auth.ſed cũ teſtator.C.ad leg. Falc. quæ fuit prout refert Rich.Mal.& Cy.intelligis illud quod dicitur hæredem inuentarium conficientem inſolidum oneribus hæreditariis teneri quia non procedit,quo ad legata vt ibi concluditur,& tradit gl.in l.fi.§.ſi quis autem temerario. in ver.ſacramentũ. C.de iur.delib.in fin.in quam opin.omnes conueniri dicit Alex. F.Turzan.

Hæres vniuerſalis inſtitutus, licet non expreſſe,ſed per interpretationem quis dicitur,ex eo,quia non habet cohæredem, iuxta l. 1.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.inſt.& propterea nõ poteſt legitimam ſuam ſolam acceptare,& reliquum hæreditatis repuere,iuxta communem doctrinam Cy.Bart.Sal.& aliorum l.hæres inſtituta.C.de impub.& aliis ſubſt.Et tradunt Do.maximè Alex.in l.quia poterat.ff.ad Treb.Soc.iu.conſ.7.nu.14. vol.4. E.Muſcul.

Hæres ea in parte,in qua hæres eſt,defunctum reddit,ac repræſentat,in cæteris hereditaris partibus extranei loco eſt.cõmune aiunt Io.Nic.in l.generaliter.n. 120.C.de ſec.nup.& latiſſima allegatione vſi Ant.Gomez. de contrac.c. 10.n.3.ver. confirmatur,atque Arius Pinelus in l. 1.part.3.C.de bon.matern. E.Suarez.

Hæres ex minus ſolenni voluntate,minuſq̃ ritè ac ſolenniter conſcripto teſtamento naturaliter tenetur,vt frequẽter placitum effantur Alex.n.2.in l.non dubium.C.de teſtam.Iaſ. in l.cum quis à num.9.C.de iur.& fact.ignor.idem Iaſ. in l.1. à num. 16.ff.de condict.indebit.idem Iaſ.n.70.Rip.n. 96.in l. nemo poteſt.ff.de leg.libr. 1.idem Iaſ.conſ.82.n.3.lib.3.Deci. conſ.348.n. 1.Alc.in c.nouit n.30.de iudic. quam ſententiam mirificè confirmat commemorabilis Plinij Iunioris auctoritas libr.3.epiſt. 10. ad Sabinum in hæc verba ſcribentis,confido accurſurum te ſententiæ meæ, cùm religioſiſſimè ſoleas cuſtodire defunctorum voluntatem,quam bonis hæredib.intellexiſſe pro iure eſt.Neque enim minus apud nos honeſtas, quam apud alios neceſſitas valet.Meretur ergo libertatem ſi nentib.nobis,fruatur legato quaſi omnia diligentiſſimè cauerit.cauit.n.quæ hæres bene elegit.Confirmat alia non minus etiam luculenta eiuſdem prudentiſſimi Plinij ſententia lib. 5. epiſt.7. ſubſequentia verba literis conſignata cũ Caluitio ſuo conferentis, hoc inquit,ſi ius aſpicias, irritum.ſi defuncti voluntatem,ratum & firmum eſt.Mihi autem defuncti volũtas, (vt reor æquam in partem iuriſconſulti, quod ſum dicturus accipiant)antiquior iure eſt.quam ob rem non temerè ſcripſiſſe Ang.duco in l.quidam. §.illo.C.de neceſ.ſeru.peccare hęredem,qui voluntatem teſtatoris & ſi minus ſolenniter exaratã,facto non ſeruet.nec multũ me morantur, qui p̃ equum adeo,honeſtum atque vtile frequenter placitum ſeſe ſubtiles oſtendere nituntur.quos referunt non inculpatè ſequuti Alcia.lib. 5.paradox.c.17.Did.à Couuarr.in ca.cùm eſſes.n.9.de teſtam. Quinimo ſi huiuſmodi tabulis minus ſolenniter exaratis relicta hæres vel ſtipulatione, vel nudo duntaxat pacto promiſerit,ad ea ſoluẽda efficaciter obligabitur,& ſi quis,ſimpliciter illa relicta ſolum agnouerit,obligationis ciuilis vinculis non irretiatur.vt magis cõmune dogma aſſero ex iis,quos referunt Corn.ad ſi.Alex.laſ.nu.4.poſt Salicet.ac Fulgoſ.in l. non dubium.C.de teſta.laſ.rurſum conſ.72.lib.3. Quod ampliabis vt idem futurum prorſus ſit,ſi hæc hæredis promiſſio teſtatori ipſi, antequam ille mortẽ obiret, facta proponatur vt probat tex.in l.vſti.C.de fideicommiſ. iuxta vnam Bart.interpretationem,quam valde commendant & amplectuntur Imol.Alex.n.9. in l.nemo poteſt.ff.de leg.lib. 1.affirmant alij, quos ſequutus refert Guliel.Bened.in c.Raynut.in ver.ſi abſque liberis.in 2.n. 172.de teſtam. quidquid negligenter reluctetur Iaſ.in d.conſ.82.Memineris porrò,ac memorie perpetuo commendabis, quod huiuſmodi promiſſiones non ſolũ ad præſtationes tranſacti temporis, ſed & ad poſtea decurſuras promittentem hæredem obligabunt vt commune pono ex glo.ac reliquis commentatoribus in l.2. C.de dot.promiſ. Iaſ.in l. 1.n. 5.C.de fideicommiſſ.Dec.in lege ſi certis annis n. 12.C.de pact.Guliel.Bened.vbi ſ.n. 174.& n. 178.& nu. 190. E.Suarez.

Hæres certa in re inſtitutus,ſi coheres non adiungatur,heres ex aſſe prorſus erit.commune pronunciant Alex.in l.quotiens.C.de hæred.inſtit.Mayner,in l.ius noſtrum.n.6.ff.de regul.iur.quod adeo verũ eſt, vt & ſi expreſſim à teſtatore plus capere prohibeatur,totam hæreditatem nihilominus capturus ſit,quemadmodum magis commune cenſent Alex. in l.ſi quis priore.ff.ad Senatuſconſult. Trebellia. Vinius latè lib. 1. opi. 134.poſt princ.latius Iul.Clar.de teſta.q.73. ver. punctus

Universidad de Deusto Biblioteca

est.quamuis complures ea in specie,& nullum esse testamentum asserant,& rem totam ad intestati causam reduci obnixè contendant.quorum dogma magis commune ponunt Phili. Corn.in l.quotiens.C.de hæred.instituen.& ij,quos laudat Iulius.Clar.vbi s. ver. contrariam autem. mihi autem summopere illud placet,vt tanquam inutile fuerit testamentum iusti hæredes hæreditatem omnem consequantur sed rem tamen illam,in quam quis particulariter illo modo institurus fuit,ve luti fideicommisso obligati eidem restituant:quod etiam cõmuniter placere enunciat meus iuris doctor Ant.Gomez.de testam.c.10.nu.10.& nu.11. Idem.

Hæres certa in re institutus si adiũgatur vel vniuersalis,vel. ex parte cohæres,nihil amplius re illa ĩ qua instituitur capiet, si tamen adiunctus hæres adire noluit, seu non potuit, totam hæreditatem iure accrescendi vindicabit. commune renuncio ex Imol.in l.1.§.si ex fundo.ver.3.fallit.& ver.item intelli ge.ff de hæred.instit.Salic.q.3.prin.Pau.Cast.n.2. Corn. nu.5. Alex.& Ias.in l.quoties.C.de hære.insti.Sin autem adiunctus cohæres adierit,& nihil amplius,vt dixi,iste in re certa institutus adipiscetur, & legatarij numero habebitur. commune ait Ant.Gom.de testa.in c.1.2.& c.10.n.12.quamuis verius longe arbitror,quod frequenter placitum affirmat Cur.Iu. cons. 190.n.3.huiusmodi institutum hæredem nec simpliciter legatarium, nec omnino hæredem esse censendum, sed in specie vtrinque communicante ponendum fore. E.Suarez

PRO.Hæres.idem est quod dominus in §.fi.insti.de hæred. qual.& diffe. Bellon.

PRO.Hæres eadem est persona cum defuncto. in l. hæres. ff.de vsucap.in §.1. in auth. de iureiur.à mor. præstant.collat. quarta.

OBIEC.contrà de l.qui futurum.§.1.de pact.ff.vbi pactum in persona testatoris non porrigitur ad hæredem.

SOL. Ibi. quia erat personale pactum, quod cum persona extinguitur.l.idem.§.personale.ff.eod.tit.l.quia tale. ff. solut. matri.

OBIEC.Præterea opponitur,quia hæres hæredis,est hæres testatoris in l.fi.C.de hæredib.instit.& tamen in substitutione facta per hæc verba,quisquis mihi hæres erit,non venit hæres hæredis l.qui liberis.§.hæc verba.de vulg.substit.

SOL.Ibi.quia non veniebat ex voluntate defuncti,nec tenebat locum primi quoad effectum testantis,vt ibi not.Bart. Idem.

PRO. Hæres adeundo hæreditatem quasi contrahit cum creditoribus & legatariis.l.ex maleficiis,§.hæres.ff.de actio.& obli.Iapud Iulianum.in §.fi.ff. in quibus causis in possess. cat. §.hæres.instit.de obl.ex quas.cont. Idem.

PRO. Hæredis institutiò est caput & fundamentum testamenti.§.ante hæredis.instit.de leg. Idem.

PRO. Hæredi à semetipso legatum dari non potest. l. legatum.§.hæredi.ff.de leg.2. Idem.

Hypotheca. Vnde dicatur vide Iaſ. in §. item ſeruiana. in 14. col. fin. de actio. vbi dicit. quòd dicit ab hipos. quod eſt ſub. & theſis quod eſt poſitio, quaſi ſit ſuppoſitio. i. obligatio. vide latius per eum ibi. P. Andora.

Libellus in expreſſa hypothecaria. ſic formatur. quãdo agit ag. contra debitorem. vel eius hæredem rem hypothecatam. detinentem. Propono contra Io. ꝙ eidem mutaui decem ducatos. pro quibus reſtituendis mihi talem rem hypothecauit q̃ res tẽpore ipſius obl. & hyp. per eum tenebatur. & poſſidebatur. & de præſenti tenetur. cuius poſſeſſionem. mihi aſſignare denegat.

Quare peto poſſeſſionem. dicte rei mihi per dictum. Io. aſſignari. per me detinendam. donec fuerit mihi ſatisfactum. & ipſum Io. ad præmiſſa condemnari. Idem.

Quando vero ag. contra extraneum detinentem. dic ſic. Propono contra. Petrum. ꝙ alias mutaui Ioanni. 10. pro quibus mihi obligauit talem rem. quam ipſe. Pe. tenet. & quæ tẽpore obl. erat in bonis dicti Io. deb. mei. Quare peto dictum Pe. condemnari. ad mihi aſſignandum & tradeñ. nudam poſſeſſionem. dicte rei detinendam. in cauſam pignoris. donec fuerit mihi ſatisfactum.

Procederet etiam libellus. ſi 1. cred. in concl. libelli peteret declarari dictam rem ſibi obligatam eſſe. & dictum Pe. poſſeſſorem condemnari. & cogi ad reſtitueñ. & relaxañ ipſius rei poſſeſſionem. per l. ſi cum venditor. in pr. ff. de euict.

Poteſt etiam alio modo concludi. videlicet. Quare peto dictum. Pe. condemnari. vt poſſeſſionem. dicte rei reſtituat vel data ſibi optione debitum totum mihi ſoluat. hoc videtur ꝓbari in l. 2. §. ſi vnus ex pr̃ibus. iuncta l. Paulus §. 1. ff qui. mo. pig. vel hypo. ſol. Iſta ſunt de mente Bar. in l. rem alienam. ff. de pig. act. Quod vltimum. qualiter procedat. vide late. per Bar. in l. ſi fundus. §. in venditione. ff. de pig. & adde quæ habentur in c. ex literis. extra. de pigno. Idem.

In ſaluiano vero interdicto. quo tutius vtim. ſic forma libellum. Propono ꝙ mutuaui Io. decem. pro quibus bona ſua mihi obl. & tempore obl. tenebat & poſſidebat talẽ rem. quã nunc detinet Pe. Quare peto cum condemnari ad poſſeſſionem. dicte rei dimitteñ & reſtitueñ. per meque detinendam. donec fuerit mihi ſatisfactũ. ita vult Barb. in l. 1. & ibi alij doc. C. de ſal. interd. & idem Bar. in l. 1 ff. eo. ti. Et has libellandi formas. ponit Ang. Are. in d. §. item ſeruiana. Idem.

In tacita autem hypotheca. libellus ſic formatur. dico contra Ioann. quòd ſibi locaui talem domum meam, pro tanta annua. mercede. vſque ad tantum tempus & ꝙ in dictam domum intulit tales res. quas tenet & poſſidet. Et mihi locatori fuerunt & ſunt tacite obligate. pro dicta penſione. quam ipſe Io. non ſoluit. Quare peto poſſeſſionem. dictarum rerum mihi aſſignari tenẽdam donec mihi fuerit ſatisfactum. ita Ang. vbi ſupra.

Vide tamen ibi Iaſ. in 27. col. vbi dicit. ꝙ iſte libellus eſt defectuoſus quia agens debet dicere. quòd illa res erat in bonis debitoris. cum non ſufficiat detentatio.

Et in materia dic. ꝙ agenti hypothecaria incumbit onus ꝓbandi tria debitum ſcilicet ſubeſſe. Rem hypothecatam. & in bonis debitoris tunc fuiſſe cum hypotheca. fuit contracta. l. ante omnia. ff. de prob. Et ita vult Bal. in 1. parte conſ. 39. & in 3. parte. conſ. 36. ſonz. in 1. parte. conſ. 134.

Amplia. & intellige. quod debet probari debitum ſpecifice quid & quantum. ita in terminis Alex. in 5. volu. conſ. 108. in 1. colum.

Addit flor. in d. l. ante omnia. 4. ſed q̃ debitor fuerit in mora ſoluendi. all. l. ſi debitor. C. de pig.

Addit quintum. ſ. excuſſionem fuiſſe factam contra debitorem. auth. hoc ſi debitor. C. de pig. de quo vide latius ſupra in verſ. excuſſio.

Hypotheca. an probetur per appocham debitoris. non ſubſcriptam teſtibus. Pau. de Caſt. in 1. vol. conſ. 134. incip. in cauſa ſer Ludouici. repetito in 2. volu. conſ. 393. alias 395. tenet quòd non.

Et illud conſ. refert licet alio nu. ſonz. in 2. part. conſ. 198. vbi in fi. conſilij videtur illud impugnare.

Apocha autem tribus teſtibus ſubſcripta probat hypothecam. Ita Bal. in 3. parte. conſ. 162. imo plus dicit. ipſe Bal. in d. 3. parte. conſ. 170. in 2. col. quòd licet non ſit teſtibus ſubſcripta dummodo ſit vera probat hypothecam.

Dum tamen quæritur quid oporteat probare agentem hypothecaria. dic latius. ꝙ gl. in d. §. item ſeruiana. dic quòd oportet creditorem. probare. de dominio debitoris.

Glo. vero in l. cum res. C. ſi res alie. pig. da. ſit. dicit. quòd ſuffic. probare quòd debitor tempore obl. & hypo. bona fide poſſidebat illam rem.

Glo. autem in l. rem alienam. ff. de pig. act. dicit. quòd eſt neceſſe probare. de ti. & poſ. debitoris cum bona fide.

Text. vero in l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pig. dicit. quòd eſt neceſſe probare quòd res obligata tẽpore obl. erat in bonis debitoris.

Tu autem conclude ꝙ aut creditor agit hypothecaria. contra debitorem. & tunc ſuffic. probare. ꝙ debitor poſſidebat tẽpore hypothecæ. l. ſi inter colonum. §. 1. ff. de pig. & eſt ratio. quia non poteſt refricare quæſtionẽ dominij ratione mendacij & doli.

Iſtud tamen limita in ſpẽ hypotheca. ſed in generali. bene poſſet debitor allegare. ꝙ res pro qua ag. hypothecaria. non eſt ſua. Sed eſt talis perſonæ. & debet illam perſonam nominare. & hoc quando colligit fructus nomine illius perſonæ. nam hoc caſu non conuincitur de mẽdatio. nec poteſt opponi de dolo contra eum, & ſic ceſſat ratio. d. §. 1. hanc limitationem. ponit Sal. in d. l. cum res. Et ita vult Iaſ. in d. §. item ſeruiana. in 15. col.

Et idem ſi agatur. contra hæredem debitoris. quia cenſetur eadem perſona. vt in auth. de iure iurando. à morien. præſti.

Si autem agatur hypothecaria. contra tertium poſſeſſorẽ. Tunc ſi habet cauſam à debitore. Cy. in d. l. cum res diſtinguit an habeat cauſam lucratiuam an vero oneroſam. 1. caſu dicit. ſufficere probare de poſſeſſione. debitoris. cũ bona fide. 2. vero. caſu. oportet probare nedum de poſſeſſione. debitoris. cũ bona fide. ſed etiam de ti. Bar. autem. in d. l. rem alienam non habita diſtinctione. inter titulum oneroſum & lucratiuum. dicit. ꝙ hoc. caſu quando ag. contra tertium poſſeſſorem. habẽtem cauſam à debitore, oportet probare de ti. Et bona fide debitoris. Vel ſaltem probare de dominio directo vel vtili ipſi⁹ debitoris. in directa actione hypothecaria. & iſta ſententia Bar. ſeruaretur. in practica vt puto.

Sed Bart. de ſal. in d. l. cum res dicit. ꝙ hoc caſu quando ag. hypothecaria. contra tertium habentem cauſam à debitore. ſuffic. probare quòd debitor. tempore hypothece poſſidebat illam rem bona fide mouetur quia ſi agens probet de titul. ipſius tertij poſſeſſoris ſiue per inſtrumentum ſiue per teſtes ſiue per confeſſionem. ipſius rei conuenti. Apparet iudici, ꝙ ille tertius poſſeſſor. recepit rem. à debitore. vt propriam ipſi⁹ debitoris, vnde ſicut debitor non poteſt excipere nec refricare quęſtionem dominij, ne conuincatur de mendacio d. l. rem alienam. in fin. ita etiam iſte tertius poſſeſſor non debet poſſe excipere.

2. mouetur Sal. quia ſi oporteret probare de ti. debitoris, daretur materia creditoribus inueſtigandi titulos alienos. ſ. eorum quibus volunt mutuare pecunias ſub hyp. contra l. 2. C. quando & quib. 4. pars deb. lib. 10.

3. mouetur, quia ſuffic. probare præſumptiue. id quod eſt fundamentum intentionis agent. l. ſiue poſſideris C. de prob.

Alias in quæſtione facti vidi practicari opin. Sali. & ſecundum illam lata fuit ſententia.

Si vero agitur contra tertium poſſeſſorem non habentem cauſam à debitore, tunc oportet agentem probare de dominio debitoris, vel quaſi, puta ꝙ ipſe debitor tempore hypoth. poſſidebat cum ti. & bona fide. & ita vult Bart. & Salic. in d. l. cum res. adde Paul. de caſt. in 2. vol. conſ. 276. Alex. in 2. volu. conſ. 98.

Adde etiam in hac materia conſilium Alex. in 2. volu. conſ. 137. cum conſ. ſeq. quod eſt Ang. Are. quæ conſilia ſunt ꝓria.

Vide etiam latiſſime Laſo. in d. §. item ſeruiana. col. 14. cum multis ſeq. vbi dicit, ꝙ in actu practico, & quando agitur contra principalem debitorem, debet deduci & allegari de dominio. & hoc ante Iaſ. voluit ibi Ang. in 3. col.

Adde ꝙ præmiſſa procedunt, quando agitur hypoth. ſed ſi ageretur interdicto ſaluiano, ſufficeret probare, ꝙ debitor tpe obl. poſſidebat, ſecundum Bar. in d. l. rem alienam. & Sa. li. in d. l. cum res. de quo per Ang. Are. in d. §. item ſeruiana. circa col. 5. Et Alex. in 5. vol. conſ. 70.

Subiungit Alex. in d. conſ. 70. ꝙ adhuc magis vtile erit intentare ad recuperandam poſſeſſionem rerum ſibi hypothecatarũ remedium. l. ſi. C de acq. poſſ. quia tunc non poteſt opponi de excuſſione non facta al. Iac. Bu. & Ang. in d. l. fin. cum aliis per eum adductis. ibi. & in conſ. 73. in eod. 5. vol.

Legatarius agens hypothecaria ratione legati. habet ſolum neceſſe probare rem proceſſiſſe à teſtatore. Iaſ. in l. 1. col. 4. ibi 3. no. C. com. de lega.

Actioni hypothecariæ, ſine titulo & bona fide, præſcribitur annis 40. l. cum notiſſimi. in princip. C. de præſcript. 40. ann. l. 2. C. de liui. pign. & ita vult Raph. Fulgoſ. in conſil. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

incip.Bonacursus.Pau.de ca.in 2.vol.conſ.117.in fi.Panor.in 2.part.conſ.14.

Cum ti.vero & bona fide.præſcribitur.10.annis.l.1.& 2.& ibi not.C.ſi aduer.cred.gl.in l.fi.C.de præſcrip.long.temp.ſuper verb.vel creditorem.& in d.l.cum notiſſimi in gl.2.Paul.de Ca.in d.conſ.117.Pan.in d.conſ.14.Franc.crem.ſing.61.

Et q̃ contra hypo.præſcribatur tenet Alex.in 2.vol.conſi.126.& in 5.vol.cõſ.100.& Iaſ.in d.§.item ſeruiana.in 26.col.

Et in hac materia.an præſcribatur.contra hypothecam.videquæ latius dixi.ĩ.in verb.præſcriptio.§.7.cum.ſeq.

Præſuppoſito q̃ præſcribatur.hyp.vt ſ.Tamẽ creditor agere poterit ex remedio l.ſi.C.de acq.poſ.ĩ.30.ann.franc.crem.d.ſing.61.

Ad interrumpendum præſcriptionem quæ currit contra hypo.requi.litis conte.l.more litis.C.de rei vend.l.nec.bona C.de præſcrip.lon.temp.l.2.§.pe.ff.pro emp.plene Bar.& doc.in l.ii.in prin.ff.de eo per quem fac.erit Alex.in d.conſ.100.in 5.volum.

Mora tamen reſpõdere.debentis.habet vim lit.conte.vt ĩ.in ver.lit.conte.§.

An re empta de pec.per me mutuata.præferat omnib.Bar.in l.ſi cum dotem §.fi.ff.ſol.mat.&ibi Alex.in 3.col.dicit communiter doct.concludere q̃ non per l.procu.§.plane.& §.ſed & ſi dedi.ver.& ſi quidem ff.de trib.& per l.quidam fundum.ff.de in rem verſo.cum aliis allegatis ibi per eum.

Fac.quod in venditore fructuum.vult Card.in clem.1.verſi.ſi.in 3.q.de rebus eccl.non alie.

Limita niſi pec.mutuata fuiſſet expreſſe ad rem emendam vel merces comparandas,&c.quia tunc mutuans in illis præfertur cæteris cred.perſonali agentibus l.quod quis cum glo.communiter approbata.ff.de priuil.cred.Lud.Rom.conſ.40.in fi.Cæpo.cau.124.Lud.ſing.169.Angel.in §.2.inſti.quod cum eo.

Fortius dicit gl.no.in auth.quo iure C.qui potio.in pig.ha.q̃ talis mutuans expreſſe ad merces comparãdas habet in eis tacitam hypothecam.ita vult Alex.in d.§.fi.Addo campez.in tract.de dote.in 4.part.q.8.&Iaſ.in l.creditor.ff.ſi cer.pe.Lud.ſing.569.

Non poteſt agi ad pretium in actione hypo.quia in ea pretium non ſuccedit loco rei ñ re perempta vel præſcripta.gl.& doct.in l.1.ff.de diſtr.pig.quam pro ſingli ſequitur.Bal.in l.q à deb.in pr.ff.quæ in frau.cred.& ita vult Alex.in 5.vol.conſ.70.& conſ.102.Iaſ.in d.§.item ſeruiana in fi.6.col.& in l.item quia.in 5.col.ff.de pac.& in l.ſi cum ſeruum.in fi.ff.ſi cert.pe.

Limita niſi mulier cõſentiat alienationi bonorum ſibi hypothecatorum: quia poterit agere.hypo.pro pretio.Ita nota.vult Alex.in 2.vol.conſ.4.in 4.col.

An autem mulier agens hyp.ad bona mariti.debeat omnibus bonis incumbere.vide ſ.dos.§.dot.priuilegia.priuilegio.19.ver.An autem mulier.

In hypo.generali non venit feudum.ſecundum Bal.in c.imperialem.in ti.de prohi.alie.feu.per frede.quia propter pœnã priuationis.non eſt veriſimile.q̃ quis in ſpecie eſſet obligaturus.l.obligatione generali.ff.de pig.l.j.& quod ibi vult Bal.C.quæ res pig.obli.poſſ.& ita vult ſpec.in ti.de pig.§.1.ver.pen.Et Alex.in l.ſi conſtante.in 12.col.ff.ſol.ma.& eſt tex.in ca.in generali.in ti.ſi de feu.defun.fue.contro.addo Alex.in 2.vol.conſ.16.& in 4.vol.conſ.2.Fel.in c.quę in eccleſiarum.in 30.col.de conſti.Barb.in 1.vol.conſ.43.in 26.col.& late in 2.volu.conſ.11.in 9.& 10.col.Lud.Ro.conſ.166.Sonz.in 1.part.conſ.19.col.5.Dec.conſ.139.in fi.faciunt quæ dixi ſ.in verſ.generalis.§.

Quid in emphyteoſi.an veniat in generali obl.vide in d.verb.generalis.§.

In generali obl.non videtur.quis obligaſſe.rem prohibitã alienari ſub pœna.Bar.in l.codicill.§.inſtituto.ff.de leg.2.Bal.in l.voluntas.C.de fideic.Ang.in auth.de reſti.& ea quæ par.in prin.vbi dicit.q̃ in generali obl.non dicitur quis obligaſſe bona huellaria.vel alia bona reſtitutioni ſubiecta.per illum tex.faciunt not.per Alex.in d.l.ſi conſt.in 12.& 13.col.& in 2.vol.conſ.16.& quæ vult Iaſ.in l.ſi.in 27.col.C.de iu.emph.an veniant lecti & ſupellectilia.Bal.q̃ non in l.1.C.quæ res pign.obl.poſſunt.

Limita præmiſſa.quando obligans non haberet alia bona quia tunc veniunt in obl.hypo.marſ.in l.12.§.ſi ſeruus ff.de quæſt.in 1.col.

An autem in hypo.generali veniant merces venales? Lud.Ro.in d.l.ſi conſtante tenet q̃ non per l.debitor.ff.de pig.arg.l.ex facto la grand.cum ſimil.ff.de hæred.inſt.cum aliis alleg.per Alexand.in d.l.ſi conſtante.

Contrarium tamẽ tenet ibi Alex.al.Bal.in l.cum tabernam ff.de pig.& in Rub.C.de verb.ſig.in 4.q.

De quo vide Iaſ.in l.1.C.de verb.ſig.& in § item ſeruiana.in 7.col.inſti.de act.& Bal.in l.vbi adhuc.C.de iu.do.in 5.col.ver.ſed pone maritus.

In generali hypo.bonorum mariti.non veniunt bona dotalia.Alex.in d.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.ſol.mat.

In generali obl.bonorum.venit etiam nomen deb.Pau.de Ca.in 2.vol.conſ.395.incip.notañ.1.ad euidentiam.

An melioramenta facta poſt hypo.ſint pariter hypotheca ta.Iaſ.in l.cred.ff.ſi cert.pet.dicit.q̃ ſic.per l.ſi fundus.§.2.ff.de pigno.

Quod intelligit procedere.quando ille qui hypothecauit eſt ille qui meliorauit.Sed ſi alius fecit melioramenta forte alius ad quem res peruenit.tunc melioramenta non eſſent obligata.l.fi.& ibi Bar.C.de præd.& omnib.re.naui.lib.11.& ſequitur.Pau.de ca.in l.ſi conuenerit.§.ſi fundus.ff.de pig.act.

Et in hoc vide quæ dixi in tract.emph.q.101.vbi poſui an emens rem aliteri hypo.liberetur præſtãdo 1.æſtimationem.

habens hypothecariam habet ius offerendi Bal.in 1.parte conſ.282.

Et in materia.vide eundem Bal.in 1.part.conſ.307.

hypo.an tollatur.ſi cred.emat rem hypo.vide Bal.not.in 3.part.conſ.111.vide ſ.in ver.hæres.§.53.

Quid ſi vẽdat rẽ hypo.an tollat.hypo.vide Lu.ro.cõſ.140.

An per ſentẽtiam in hypo.tollatur.actio perſonalis contra deb.prin.Panor.in 2.part.conſ.72.in fi.dicit.q̃ non.fac.tex.in l.1.C.ſi aduer.cred.vbi habetur.q̃ creditori cui obiicitur præſcrip.remanet perſonalis actio ſalua cõtra debitorem.& ita per illum tex.dicit.Alex.in 5.vol.conſ.58.

Quid ſi pro pace facta ſub pœna non frangen.hypothecẽtur bona.& ante pacem ruptam aliquis alienet.an poſſeſſor poſſit conueniri hypo.vide nor.Dy.qui dicit q̃ ſic.in conſi.4.

Inuecta in domo cõducta.an ſint pro penſione tacite obligata vide Iaſ.in §.item ſeruiana.in 3.col.inſti.de act.& in §.itẽ quia.ff.de pac.& concl.eſt q̃ ſic.per gl.in d.§.item ſeruiana.in verb.quis.quæ eſt.2.

Et quę requirantur.ad hoc.vt talia inuecta.ſint obligata.vide not.per Iaſ.in d.l.item quia vide etiam Ang.in d.§.item ſeruiana.

Hyp.agere.poteſt anterior cred.contra alium poſteriorem cred.cui res in ſolutum deliberata fuit.quia tunc res tranſiuit cum onere hypo.Alex.in 5.vol.cõſ.106.in 2.col.& in 2.dub.

hypo.quæ alicui competebat extinguitur.Si illa res detur ei.in ſolutum & competit ſola actio ex empto pro cuiẽt.Ale.in d.conſ.106.in fi.

hypo.extinguitur.nouato debito prin.Bolog.in conſ.59.in 2.col.al.tex.in l.nouatione.C.de nouat.& Bar.in l.aliam.ff.eod.tit.

Et ſi renouatur.per gratiam.attendi.vltimum tempus.phi.in c.quamuis in 2.not.de reſcr.in 6.

hypothecata cenſent.bona tutoris.curatoris & huiuſmodi.Barb.in 3.vol.conſ.91.in 1.col.

hypothecaria agi poteſt contra illum qui emit bona illius qui promiſerat non rumpere pacem ſub hyp.bonorum.vt in verb.Pax §.14.

hypotheca trahitur.ad bona futura.ſiue expreſſa ſiue tacita.Lud.ſing.146.Bal.in l.fi.C.quæ res pig.obl.poſſ.

hypo.contrahitur.per pactum q̃ liceat ingredi rem.Franc.crem.ſing.2.

Si hypothecaui tibi omnia bona mea.deinde tua vol.accedente.alieno vnã rem ſi res illa reuertatur.poſtea ad me non eſt amplius ſubiecta dicte hypothecæ.Alex.in l.ſtip.hoc modo concepta in 8.col.de verb.obl.al.l.fi.C.de remiſ.pig.

habens anteriorem hypo.generalem.præfertur habẽti poſteriorem ſpẽm.Lud.Ro.conſ.240.in 2.dubio.

hyp.non tollitur per particularem ſolutionem.l.quandiu.C.de diſtrac.pigno.cum aliis al.per Lu.Ro.conſ.276.in 1.col.

Si obligo bona mea duobus priuatis.diuerſ.temporibus an in poſtea quæſitis.præferatur prior creditor.Angel.§.item ſeruiana.in 6.col.inſti.de actio.tenet.quòd ſic.

In tacita hypo.veniunt prætentia & futura.Bal.in l.hac edictali §.his Illud.in verbo habitura.C.de ſecund.nupt.Ludo.ſing.146.

Idem Bald.in l.vbi adhuc.in vlt.col.C.de iu.do.

hypothecata intelliguntur bona.per licentiam datam de ingredieu.auctoritate propria.Bal.in l.creditores.C.de pign.P.Andora.

hypo.agere.non prohibetur.qui actionem perſonalem intentauit.Bal.in l.quamuis.C.de pigno. P.Andora.

COMM

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMVNIVM OPINIONVM,
SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM
Sententiarum, ex diuersis Authoribus collectarum,

Liber Nonus.

I

IActaræ suum nemo præsumitur, l. cum de indebito. ff. de probat.

OB. Contrà de l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mand. vbi præsumitur quem donare voluisse.

SOL. ibi præsumitur donatio ratione primę liberalitatis: vna enim donatio facit aliam præsumi, vt vbi nota.

OBIEC. Item, contrà de l. si quis vxori. de aur. & arg. leg. vbi quis legãdo quæ sunt propria vxoris, videtur legare etiam sua, ergo quis suum donare præsumitur.

SOL. Ibi ratione coniugalis affectionis, & vide glo. in l. sed si ego, ff. ad Velleia.

Iactare suum Nemo præsumitur l. cum de indebito. ff. de prob. l. campanus. ff. de oper. liber. fac. quia in dubio non præsumitur donatio, sed potius fatuitas. vt dixi ꝛ. in verb. donatio non præsumitur. §. 1. & ita vult Alex. in 1. volu. cons. 53. & in cons. 83. vbi etiam al. l. si cum aurum. ff. de solu. idem vult in 2. vol. cons. 168. repetito in 5. vol. cons. 20. circ. fi. vbi dicit. ꝙ non debet capi coniectura donationis. fi. alia capi potest.

Facit quod vult Alex. in 4. volu. cons. 124. in prin. vbi dicit quòd solutum præsumitur potius tanquam debitum. quam ex causa liberalitatis. vel donationis.

fac. quod vult Bolog. in cons. 24. vbi dicit. ꝙ gener instituus dotan. spuriam testatoris presumitur accõmodasse fidem. nam alias non præsumitur dotare de suo, quia non præsumitur iactare suum. P. Andora.

Iactans se faciliter, & lubricum linguæ non debet ad pœnã trahi, licet de hoc tali leuis sumenda esset quæstio. Imola & communiter Doct. dicunt in l. fi. ff. de hære. insti. Nouellus in pract. in fol. 20. nu. 36. Bonac.

PRO. Ictus fustiũ non infamat. l. ictus fustium. ff. de his qui not. infam.

OBIEC. Contrà de l. fustibus. C. quib. ex cau. infam. irrog. vbi fustibus cæsus infamis fit.

SOL. Ibi quia erat ictus fustium causa cognita ex qua quis fit infamis sententia prolata. Bellon.

Idoneitas quæ in rescripto apponitur, non requiritur ꝙ probetur. quamuis posita sit sub conditione. Alci. in tract. de præsump. re. 3. præsumpt. 3. communem dicit. Villalob.

Ianuenses. An possint imponere gabellas transeuntibus p eorum maria, & merces confiscare? vide Bal. in rub. ff. de re. diuis. in 2. col. P. Andora.

Identitas nominis arguit identitatem corporis, Alex. l. diuus. vers. in eadem leg. & c. alleg. l. qui habebat. ff. de manumiss testa. & dicit probari in l. qui habebat. ff. de reb. dub. & facit in argum. quod dixi in verbo diuersitas. P. Andora.

Idem dici potest quod participat de identitate alterius, in cæteris casib. licet non per omnia. Philip. in c. Romana. de appel. in 6. P. Andora.

Idoneus dicitur quem virtus probat. Bald. in l. precibus. colum. 5. C. de impuber. & aliis substitut. P. Andora.

idoneus præsumitur ambasiator. Philip. in c. ad apostolicę. in 2. not. de re iudic. in 6. P. Andora.

Idoneior tutor præferendus. text. in l. quòd si plures quam Bald. legit cum lege, testamento, ff. de testament. tutel. Idem.

Idoneum se quis probet, non est necesse, tametsi in rescripto sub opportunitatis atque aptitudinis cõditione ratio eius habita sit, cõmune effert Alciat. de præsumpt. reg. 3 præsump. 3. Villalob. in sua collect. E. Suarez.

Idus quid sit, vide per Barto. in repeti. l. Cæsar. ff. de public. P. Andora.

idus vt testatur varro, ab iduare, quod Etrusca lingua diuidere significat, vel ꝙ mensem diuidat; vel quasi viduus à videndo, ꝙ plena luna videatur. vel à Ioue, quòd Ioui omnibus idibus immolabatur. Ouidius.

Idibus agna Ioui grandior alba cadit. P. Andora.

Ieiunans in ieiuniis, postquàm non est hora præfixa ab ecclesia, potest hora nona, & in nonis sumere cibum absq; peccato, vt est communis opin. & generalis obseruantia. de qua Zanneti. in tract. de foro conscien. n. 74. tomo 1. vbi etiam dicit, quod sumere aliquid de sero pro collatione magis ad sustentationem, quàm ad delicias, non esse peccatum. nec frangeret ieiunium dummodo fiat temperatè, secundum consuetudinem loci. Bonac.

ieiunans ob piscium penuriam lacticiniis vti potest, præter quàm quadragesimali tempore, vt est communis opinio. de qua Zannet. in tracta. de foro conscientiæ. nu. 79. tomo 1. lacticinia autem sunt, caseus oua, lac & simi. Bonac.

ieiunare die veneris non est de præcepto sed de consilio, vt est communis opi. de qua Zannet. in tract. de foro conscientiæ. nu. 83. Bonac.

ieiunans toties non peccat mortaliter quoties comedit in die fracti ieiunij sine causa, nisi semel nisi comedẽs nouo contemptu mentis pluries comederet. quia tunc toties peccaret mortaliter, vt est communis opi. de qua Zannet. in trac. de foro conscientiæ. nu. 102.

ieiunium non impeditur ex medicina. Panormitan. in cap. ex parte. de celebrat. missar. & in rubric. de obseruat. ieiunior. P. Andora.

Ignis an fieri possit iuxta communem murum, seu parietẽ, habetur in l. ꝙ seruus. §. si seruum. ff. ad leg. Aquil. & per Cæpola in tractat. de seruit. vrban. c. de furno de materia ignis, vide j. ver. Incendium. P. Andor.

Ignorans delinquens excusatur à dolo. communis est opinio. Clar. quæst. 60. ver. quæro nunquid. fallit vt ibi per eum. Bonacoss.

ignorans & dubitans æquiparantur. Ias. in l. si per errorem. col. 2. ff. de iurisdict. om. iud. & in l. 1. colum. vltim. ff. de condictio. indebit. & in l. quandiu. colum. 1. C. qui admitti. P. Andora.

ignorantia, ad hoc ꝙ excusęt quando de lucro captando agitur: requiritur ꝙ consuluerit volens se iuuare ex ignorantia plures peritiores: & non sufficit vnus. Io. Nic. cons. 1. nu. 7. de sec. nupt. communem dicit.

Amplia ad restitutionem concedendam rustico in contractu contra ius inito: quia debebat consulere duos peritos: & non sufficit vnum consulere Io. Mauri. de resti. in integ. c. 88. com. dicit. Idem.

Ignorantiam contentorum in testamento patris, præsumitur filius habere Cur. iun. cons. 8. hæres autem extraneus nõ, postquam se immiscuit. Hiero. Cagno. in l. qui in alterius. nu. 12. ff. de re. iu. communem dicit. Idem.

Ignorari non debent leges sacratissimæ sed ab omnibus sciri debent, text. est in l. leges. C. de legi. quod intelligendum est se arbitratur Aret. in §. suspectus. Insti. de suspect. tut. de iurib. vulgaribus, in casibus, qui frequenter sunt in facto, & Alex. in l. si quis ita. n. 4. ff. de ver. obl. & Ias. in l. quod te, n. 35. ff. si cert. pet. tenent ꝙ circa hoc quis debet se à peritis informari. Sed ista conclusio habet locum in iure scripto, secus in iure non scripto. vt per Bar. in l. de quibus. ff. de leg. refert Ias. in addi. ad Portium. in §. sed & quod principi. n. 24. Instit. de iure natura. genti. & ciui. & Ripa in c. sæpe. nu. 92. de resti. spol. & hinc est, qđ errans in iure vel ignorans leges, statuta, & proclamationes non dicitur in dolo, sed in lata culpa secundum Iac. Butr. Bart. Bald. & alios omnes in d. l. 3. & in l. lata. ff. de verb. sig. & ista est communis opi. vt scribit Alc. in tract. de presump. in 3. reg. præsump. 31. nu. 6. isto itaque casu errans in iure, videtur carere dolo, & ignorãtia ipsa iuris excusat ignorantem. prout excusat etiam, & in altero casu. id est, in acquisitione fructuũ secus in præscriptione secundum Bart. Imo. & Paul. de Castr. in l. si fur. §. 1. ff. de vsucap. Panor. aliique Canonistæ in c. si diligenti. de præscrip. & Fel. in c. de quarta. de præscrip. Istam ponit esse communem opi. Curt. iun. cons. 6. & Moder. in d. c. si diligenti, & similiter ista iuris ignorantia minimè excusat mulierem, nisi in casibus, in quibus reperitur in iure cautum. l. fi. C. de iur. & fact. igno. ꝙ verificatur etiam in l. si quis in rãtam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C.vnde vi. vbi gl. & Doct. communiter concludunt pœnam illius legis procedere contra mulierem, & istam communem sequitur,citat,& declarat Alexand.in l.iustè possidet.numero 34.ff.de acquirend.possess.& Moder.in d. l. si quis in tantam. F.Viuius.

Ignorantia proprio iuramẽto probari potest. communior est Dida.libr.2. varia.resolut.c. 10.ver. Tertio admittenda est. I.Fich.

PRO.ignorans vel inuitus nemo obligatur.l. nec ignorãs. C.de donatio. Bellon.

PRO.ignorantibus etiam & absentib.acquiri potest l.cum pater.§.surdo.ff.de leg.2. Idem.

PRO.ignorantia est omnium errorum mater.can.ignorãtia.38.dist. Idem.

PRO.ignorantia facti excusat,non iuris.in l.regula.ff.de iuris & fact.ignor.l. in bonorum.ff.de bo. possess.can.turbatur. §.notandum. 1.quæstio. 4. vbi vide pulchram distinctionem. Idem.

PRO.ignorantia peccatum excusat.l.quicunque.C.de ser. fugit.

OBIEC.Contrà imo ignorantia peccatum nõ excusat. per l.fin.C. vnde vi. vbi si quis per ignorantiam alienam rem tanquam propriam occupauerit, non auditur,sed punitur vt prædo. Similiter non excusatur qui propriam rem rapere licere sibi putauerit:incidit enim in pœnam.l.si quis in tantam.C.vnde vi.

SOL.Ibi erat ignorantia iuris seu constitutionis, quæ in delictis neminem excusat.ca. turbatur.& c.fi.2.q.4.hic verò facti. Idem.

Ignorantia non præsumitur quando res palam innotescit, imo præsumitur sciẽtia, ex not.per gl.in clemen. 1.ver.publicè de sepul.Bal.in ca.quoniam contra §. 1. vt lit. non contest. gl.in l.si tutor petitus. C.de peric.tut.gl.in l.vl.ff. de decret.ab ord.fac. vbi ignorantia eius quod publicè proponitur:verisimilis non est,alias ignorãtia excusaret,quinimo quelibet causa etiam iniusta ignorantem excusat à dolo,gl.2.in c. 1.de concess præb.nisi esset ignorantia supina,ca.2.de consti.lib.6. Gomes.in Reg.Cancell.de impet.benef.viuen.q.3.& 31.Quæ ignorantia vsque adeò præsumitur: vt filius quæ in paterno testamento continentur scire non præsumatur,teste Cur.cons. 8.quem sequitur Cagnol.in l.qui in alterius n. 12.ff.de regul. iur.qui dicit hoc locum non habere in extraneo hærede post quam hæreditati se immiscuit, & hanc dicit esse communem opi.ibi cui Adde,q & si ignorantia solo probetur iuramento c.si verò 2.de sent.exc.c.vlt.qui matr.accus. poss. contrarium tamen probari posse dixit gl.in ca.eos ver.affectata.de temp. ord.lib.6.Rom.cons. 102.Bar.in l.si cui §.iisdẽ ff.de accus.Fel. & Dec.in 2.lect.in c.cognoscentes.col.vlt.de consti.Tiraq.de troq.retrac.§.4.gl. 1.

Ignorantia in delictis excusat à dolo.communem regulam dicit Cæpolla consilio ciuili. 18.n. 5.Alij verò dicunt,si fuerit ignorantia constitutionis vel decreti absque culpa, tunc proculdubio excusat reum ad omnem pœnam euitandam. & hanc communem dicit Gratus,cons.49.n.35.lib.2. quem refert Plotus in repet.l.si quando n.858.Clar.autem addit,si delictum quod punitur per constitutionem vel decretum,prohibitum sit etiam de iure communi,eo casu ignorantiam nõ excusare,referendo se ad q 85.ver.secundus casus.§.fi. d. libr. 5. vbi dicit hanc Bartoli distinctionem communiter receptã, hæc Clar.in d.§.fi.q.60.ver.quæro nunquid. P.Fichard.

Ignorantia facti proprij licet non sit probabilis non excusat l.quanquam.ff.ad Velleia.item quæritur.§.si falso. ff.loca. cap.ab excommunicato de rescrip.& vtrobique not. id tamẽ fallit inter alia si factum proprium valde intricatum esset, ita quod de facili memoriæ mandari nõ possit,eo enim casu probabilis est,& toleratur l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.l.fideicõmi.& ibidem Bart.ff.de confess.& Bart.in l.si quis.ff.de nouationibus.gl.in c. excommunicato. de rescrip. & ibidem communiter Canonistæ tenent.vt Bart.in l.non fatetur.ff. de confess.vt refert Bened.Cap.regula 79.nu.2.

ignorantia illorum, quæ paterno testamento cauentur, in filiõ hærede præsumitur:quamuis in extraneis hæredib. post quam hæreditatem creuerunt non præsumatur. commune pronũciat Cagnol.in l.qui in alterius,n. 12.ff.de reg.iur.Ignorans iura.leges,vel proclamationes,& si lata culpa vacare nõ censatur,tamen doli argui nequit.vt frequenter placitum inquiunt Alc.de præsumpt.regul.3.præsumpt.31.nu.6.latè Viuius lib. 1.opi.154.ac Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.60.ver. quæro. Vbi etiam tractat,quæ in hunc pœna conueniat,quamuis ignorantem generaliter nec delinquere, nec puniri doceat.gl. in l.ex maleficiis.§. 1. vers.longè minus.in ver.ignorans.ff.de actio.& oblig.quam cum multis valde commendant Feli. in c.cum vigesimum,in prin.de offi.deleg. & in c.à nobis nu.9. de excep.Dec.in c.2.de constit.Ias.in l.si quis id,quod.à n.31. ff.de iurisd.om.iud.Hip.in l.vna. n.205.C.de rap.virg.Mant.de soluendo.arg.& ante eos Roma.in l.si verò.§. de viro fallent. 15.ff.sol.mat. E.Suarez.

Ignorantia in delictis, excusat à dolo, vt est communis opi. & si fuerit ignorantia constitutionis, vel decreti absque culpa,proculdubio excusat reum ad omnem pœnam euitandum,vt est communis opi.Si autem delictum, quod punitur per constitutionem,vel decretum esset prohibitum,etiam de iure communi.ignorantia non excusaretur.Clar.q.85.ver.secundus casus.communem dicit. Bonacoss.

Ignoranti datur restitutio in integrum ex clausula, Si qua mihi iusta causa esse videbitur, etiam in criminalibus, vt est communis opi.de qua Mars.in cons.99.n.23. & no.quod qñ statutum punit factum non damnatum aliàs à iure communi non ligatur ignorans,vt est communis opi.de qua Soc.in ca. à nobis.n.48.aliàs secus vt ibi per Soc.de sent. exc. vbi etiam dicit, q vtrum quis præsumatur scire, vel ignorare statutum bonus iudex arbitrabitur ex mora,quam traxit in loco,si fuit scilicet modica vel magna. Et in dubiis dicit standum esse iuramento suo. Arbitrabitur.enim iudex,si erat de loco vnico, si cõmuniter erat prohibitio in locis, & vt ibi latius per Soci. Bonacoss.

Ignorantia an probetur iuramento? vide in apostil. in l.si cui.§.iisdem.ff.de accus.vbi Bart.plura not.Quomodo &qualiter probetur ignorantia? Roman. consil.273. 481. numer. 10.Fel.in c.2.de constit.Dec.in ca.cognoscentes.col.fi.eo.tit. Ias.in repet.l.admonendi.n.303.& seq.de iureiur. Alex.cons. 71.lib. 1.post Bart.in l.celsus.n.6.ff.de vsucap.Fel.in c.significasti.el 1.de homic.& q probetur solo iuramento, est text.in c.si verò.el 2.de sent.exc.ca.vlt.qui mat.accus.poss. Potest tamen probari contrarium,teste Bart.d.§.iisdem.Rom.d.consi. 481.n. 10.Ias.in l.ait prætor.§.iurari.de iureiur.Fel.in c.2.n.11. de constit.post Bart.qui plura scribit de ignorantia in l. 1.ff.de legib.vbi doct.in apostil. Quib. adde q ignorantia præsumitur eo ipso q contrarium nõ probatur.l.pen.C.qui milit.pos. lib. 12.Alex.in d.l. si cui.§. iisdem. de accus. vel probatur iuramento.Dec.cons.452.col.pen. Put.

ignorantia non meretur pœnam.c.2.ext.de const.l.generali.C.de tabul.lib. 10.Lud.Ro.cons.473.Dec.in d.c.2.in 3.col. Alex.in l.de pupillo §.nunc.in 3.col.in prin.de oper.no. nun. Dec. 164.in vlt.col.in prin. P.Andora.

Ignorantia excusat delictum.cap.à nob.vbi Fel.in prin.ext. de excep.Crotus.in c.2.in 1.col.de consti.in 6.

Amplia etiam dando operam rei illicite quia excusat à tanto.Fel.in c.in nonnullis. extr. de Iude. & sic limitatur. dictum Bar.in l.eum qui.§.pen.ff.de iniur.&Alex.in l.fi.ff.de decre.ab ord.facien.vide tamen Dec.in d.ca.2.in 5.col. Alex.in l. item apud §. si quis virgines. de iniur. vide s. in verbo incestus. Idem.

ignorantiam non.sed scientiam cupimus alligari.d.l.generali.fac.l.statu liberum.§.si quis cohæredi.ff.de sta.lib.Roma. d.cons.473.Ana.cons.72.Barb.in 2.vol.cõs. 50.in 3.col.Oldr. cons.242.in prin. Idem.

Quid si volebã percutere vnũ,& percussi alium.an teneat. Ias.in l.si per errorem.col.4.ibi in gl.in ver.error.dicit q sic al. Bar. in l. respicien. §. delinquunt. in fin. & ibi Angelus. ff. de pœnis.

Dic.tamen Ias. q non possum puniri pœna sta. cũ non sim in dolo.sed tantum arbitrio iudicis propter culpam.al.notab. Ang.in d.§.delinquerit & in l.si cum seruo ff.de iniur.& notabilius.Bal.in l.4.§.quacunque.in verb.quo ad tertium ff.de iureiur.& dicit q per istam limitationem alias in facto defendit vnum à magno discrimine.

Subdit tamen Ias.q aliter & forte melius tenet Bal.in l.si qs non dicam rapere in pen.col.C.de epis.& cler.vbi dicit quòd in delictis suffic.dolus in genere.licet sit erratum.in corpore. Idem.

Vide tamen in verbo homicidium.§.5.

ignorantia præsumitur.durare.Pau.de cast.in 2.vol.consil. 193. Idem.

ignorantia iuris non fac.q quis dicatur in dolo.sed dicitur in lata culpa.ita dicit.gl.in l.libellorum.§.not.super verb. non iuris.ff.de his qui no.infa.fac. Ilate culpæ.& l.lata.ff. de verb. sig. Idem.

ignorantia iuris excusat in damnis vitandis.l.iuris ignorantia.ff.de iur.& fact.igno.

Universidad de Deusto Biblioteca

Limita nisi quis se peritum asseruerit.per no.per gl.in l.2.ff. quod.quisque iu. Idem.

Iuris ignorantia excusat.vbi habetur consilium peritorum Fel.in c.de 4.in 8.col.ext.de præscr.

ignorantia iuris obscuri excusat.Fel.in c. 1.in 8.col.extr.de re iud.Sonz.in Rub.ff.de rebus dub.char.2 5 1.nu.4.

ignorantia non excusat vbi possunt consuli peritiores.Fel. in c.per tuas el 2.& in c.quoniam.ext.de simo.Alex. in l.iuris ignorantia C.qui admitti.

ignorantia præbet iustam causam restitutionis. in inte. ad- uersus præscrip.Alex.in 1.vol.cons.7 1.de quo vide latius ĩ.in verb.resti.in inte.§.

ignoranti non currit tempus.late Barb. in 1.vol. cons.8. in 3.col.Alex.in 2.vol.cõs.14.in 2.col.& in l.quandiu.C.qui ad mit.Ludo.Ro.cons.228.in prin.Cur.iun.cons.8.Bal.in l.gene ro,ff.de his qui no.infa.

Fac.quod vult Alex.in 5.volum.cons.87.in fin.vbi dicit ꝙ absenti & ignoranti non currit terminus.nisi à die notificatio nis Bal.in l.scire oportet §.1.ff.de excus.tut.

Ignorans enim non dicitur negligens.Cor.in 4.vol.consil. 87.ver.quoniam ignorans. Idem.

In facto proprio.quis non potest prætendere Ignorantiam c.ab excommunicato ext.de rescrip.l.quãquam.ff.ad Velley. & l.fi.cum si.ff.pro suo.

Fallit secundum.Bar.not.in l.si res obligata.ff.de leg.1. Qñ, esset factum proprium antiquum.quia tunc præsumpta & iu sta est ignorantia.ar.l.peregre.in prin.ff.de acq.possess.& not. Dy.in c.non præsumitur.de reg.iur.in 6.& idem Bar.in l.non fatetur ff.de confe.& in l.si quis delegauerit.ff.de Noua. phi. in c.1.de renunc.in 6.Ang.in §.si quis agens.in 7.col. in fi. in- sti.de actio.

Quod tamen singulariter sublimitat Bar.in l. qui fundum. §.seruus meus ff.pro emp.per illum text.cum gl.esse verum si tractetur. de damno euitando secus si de lucro captando. vt ibi Addo Iasonem.in §.si quis agens.in 3.col.insti.de actio.A- lexand.in d.lege,peregre.Angel.in d.§. si quis agens in 8. co- lum.

Sublimitat etiam Bal.in l.vnica.C.de confe. non procede- re in facto de antiquo obligatorio vigore promissionis illius qui allegat errorem proprium facti antiqui. allegat leg. ma- gnam. in fin. C. de contrahen. & comit. stipul. Alexand. vbi suprà.

Sublimita quoque nisi esset factum notabile & graue.licet de antiquo.per c.cum illorum ext.de sent.excom.secundum. Butr.& imo. in d.c.ab excommunicato. de quo vide per Fel. in d.c.cum illorum.in 2.col.& Barba.in 1.vol.cons.41.in 17. col.Alex.in d.l.peregre.

Fallit 2. quando esset factum proprium valde intrincatum. Nam tunc esset probabilis ignorantia.ita volunt.Bar.Ang.& imo.in d.l.si quis delegauerit.& potest allegari optimus tex. in l.cum fideic.in verbo difficil' computatio.ff.de confess.phi. in c.1.in 2.col.de consti.in 6.Lud.Ro.cons.273.Ang.in d.§.si quis agens in prin.8.col.

Fallit 3.nisi tractetur.de damno euitãdo.l.Sed & si me pre- sente.& ibi Bar. ff. de cond. indeb.& ita vult Ias.in d.§.si quis agens.in 3.col.

Fallit 4.propter multitudinem & varietatem negotiorum. vt in officiali.ita vult Alex.in 2.volu.cons.2 1 5.Phi.vbi suprà. Idem.

in facto autem alieno.est probabilis ignorantia. l. in omni parte.§. plurimum. ff. de iure & fact. ignor. alias est lex plurimum.

Fallit si illud factum alienum esset pu.notum.quia tunc es- set crassa & supina ignorantia.c. 1.extr.de postu.præla.gl.ord. in l.si tutor C.de pericu.tuto.& vult Ias.in l. si per errorem. in 3.& 4.col.ff.de iurisd.om.iud.Cor.cons.269.in 2.col.& in 2. vol.cons.109.phi.in c.fi.§.conseruatores de off.deleg. in 6.& in c.2.§.doctores.in fi.ne cle.vel mo.eo.li.Dec.cons.160. Lu- do.Ro.cons.59.& cons.340.in fi.Bal.in l.sed & si.§.1.ff. de in- stitro.& in l.cum sex.ff.de edil.edic.

Fac.quia ignorare quod pu.dicitur est lata culpa.nisi nõ es- set verisimile Barb.not.in 2.vol.consil.46.in vlt.colum.Card. consi.114.

Fac.quod vult idem Barb.in d.vol.cons.50.in 4.col.vbi di- cit.ꝙ in notoriis non præsumitur.ignorantia.& idem vult in cons.51.in 6.col.

Fac.etiam quod vult Fel.in c.exceptionem.in 14.col. extr. de excep.& in c.quosdam.extr.de præsump.in quibus locis di cit.ꝙ non est probabil' ignorantia in excommunicatione pu- blice lata. Fac.quod vult Barb.in 3.vol.cons.17.cl 2.in 2.col. & ita vult in 4.vol.cons.5.max.in 3.col.&in proclamate vult phi.in regula præsumitur.quæ est 47.Panor.in c.fi.qui.ma.ac cu.possunt.

fac.etiam quia ignorantia affectata.est par scientiæ.Feli.in c.à nob.in 1.col.extr.de excep.& in c.fi.ext.de testi.addo Lu- do.Ro.in cons.87.phi.in c.vt animarum.in 1.col.de consti.in 6.& ibi Crotus in 2.& 3.col.

Fac.insuper quia paria sunt scire.vel scire debere.Ias.not.in l.quod te.in 3.col.ff.si cert.pet.

Fac.quod vult Alex.in 1.vol.cõs.36.vbi dicit ꝙ non potest allegari ignorantia de eo de quo est pu.fama& in 2.vol.cons. 187.Barba.in 4.volu.cons.5.in 2.& 3.col. Angel.consil. 160. circ.fin.

Fallit 2.quãdo esset factum alienum.quod quis tenebatur. indagare tunc enim non est probabilis ignorantia.text.cum gl.in c.innotuit ext.de elect.& ita vult Panor.in d.c. ab excõ- municato.addo Lud.Ro.in cons.342.

Fallit 3.si sit sepe ruminatum.Barb.in 1.vol.cons.29.in 14. col.Ias.in l.error.in 4.col.C.de iu.& fac.ign.& in d.§. si quis a- gens in 2.col. idem.

Regulariter præsumitur ignorantia.Late Fel.in d.c. à nob. ext.de excep.fac.quod vult ipse Fel.in c.quod ad consultatio- nem.in 14.col.ext.de re iud.addo Pau.de cast.in 2.vol.consil. 34.& cons.193.Barba.in 2.volu.cons.46.in 13.col.fac.quod vult.Dy.in cons.6.in fi.vbi dicit ꝙ semper præsumitur igno- rantia affinitatis si de scientia non probetur.

Etiam in magistratu.Bal.in l.1.§.magistratib.ff.de magistra. conue.

ignorantia præsumitur.in succedente in ius alterius.l. qui in alterius.ff.de reg.iur.c.cum quis.eo.ti.in 6.Barb.in 1.volu. cons.9.in 3.colum.Alex.in 1.volum.cons.71. ibi ipsa autem ignorantia.

Limita tamen vt per Alex.in 2.vol.cons.4. circa vltimam. col. vbi limitat non procedere in hærede extraneo. qui præ- sumitur,scire testamentum.idem in hærede suo.si adiuit ex te stamento. vel soluit aliqua legata. vel si interfuit testamen- to.& huiusmodi vt ibi per eum.quem vide.& Barb.in 1.vol. cons.8.in 5.col.vbi dicit ꝙ in testamento nuncupatiuo præsu mitur.scientia.

ignorantia non præsumitur.in facto coniuncti.secundum. Alex.in 2.vol.cons.163.in vlt.col.Barb.in 1.volu.cons. 11.in 15.col.

Item vicinus præsumitur.scire.Fel.in ca quosdam.in fin.de præsump.de quo dixi latius in ti.de testi.§.98.

ignorantia non præsumitur.in eo.qui habet penes se instru menta.Fel.in c.vigilanti.in 2.col.ibi Limita 3.ext. de præscri. Barb.in 1.vol.cons.41.in 17.col.

Fac.quod vult Alex.in 1.vol.cons.102.in 2.col.ibi nec po- test prætendere.& in 2.vol.cons.4.in vlt.col.& in cons.147.i- bi pro hoc etiam Ang.cons.218.in vlt.col.

ignorantia non præsumitur.in his qui iurant non separare matrimonium.Ias.in l.auunculo.in fi.ff.de cond.indeb.idem.

Quando dubitatur.an quis ignorauerit vel nõ.quis debeat hoc probare.vide gl.in verbo affectata.in c.2.de temp.ord.in 6.Rotam.concl.254. in nouissimis. incip. item si propter ne- gligentiam.

Propter famam quæ est in loco præsumitur.scientia.Deci. cons.154. idem.

ignorantia probatur.per iur.c.si vero.& ibi gl.extr.de sent. exc.Bal.in ca. 1.in ti.qui.mo.feu.ami.Bar.in l.si cui §.iisdem ff. de accus.Alex.in 1.vol.cons.71.Non tamen potest procu. ge neralis præstare tale iur.Alex.in l.qui bona §. si alieno in fi. de dam.infec.

Et practicam probandi ignorantiam.vide per Bar.in l.is po test.circ.6.col.ff.de acq.hæred.per Bal.Ang.& imo. in l.titius §.1.ff.de lib.& posth.Ang.in l.tres fratres.in 1. col. ff. de pact.

Et ꝙ ignorantia probetur.per iur.vide Fel.in ca.2.in 6.col. de consti.&in c.pastoral.in 1.col.de excep.& in d.c.quosdam de præsumpt.& Ias.in §.sed iste.in 24.col.insti.de actio.& in l. ait prætor §.iurari.in 2.col.ff.de iureiur.& in repe.l. admo. in 140.col.eo.tit.& Cur.in cons.71.in 9.co.Dec.in d.c.2.in pen. col.de consti.Panor.in c.quia diuersitatẽ n.7.de concess.prẽb. Alex.in l.si cui §.1.de accus.Lud.Ro.cons.273.

Limita nisi præsumptiones essent in contrarium.phi.in ca. vt circ.§.alioquin.de elect.in 6.

Limita etiam nisi agatur.de alterius præiud.phi.in cap.eos qui.de temp.ord.in 6.

Ad hoc.vt quis dicatur.habere.scientiam alicuius rei.opor tet.nedum ipsam scire sed & eius qualitates.Fel.in c.quod ad consultationem.in 15.col.ext.de re iud.& in d.ca.à nob.in 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

col.de excep.

Et qualiter hoc probetur vide Iaſ.in l.quod te in 15.col.ff. ſi cer.pet.

Licet præſumatur ignorantia. tamen eſt alleganda. ita Iaſ. in l.cum quid.in 1.lectu. in 7.col.ff.ſi cert.pet.Addo.Alex.no. in l.qui bona.§.de illo quæritur ff.de dam.infec.

Vbi requiritur.ſcia non ſuffic.ſimplex ſcia,ſed requritur. q ſciat factum cum ſuis qualitatib. Adeo q perfecte intelligat. Alex.in 1.vol.conſ.114.addo Fel.in c.quod ad conſultationē in 15.col.de re iud.

Ignorans non dicitur conſentire.Alex.in 5.volu.conſ.9.in 3.col.ver.Aut dictus Iulius.& dixi in ver.error. Idem.

Ignorantia proclamatum.& huiuſmodi præſumitur in abſente.Alex.in 5.vol.conſ.31.in 1.col.ibi præterea cum nō ſte terit.vide aliquid in verb.abſens §.4.

ignorantia iuſta excuſat à mora.ſonz.in l.quod te.ſi cer.pe. char.21.nu.3.

An valeat ſta.q ignoran.non poſſit allegari.vide remiſſiue Alexand.in l.de pupillo.§.nunciationem in fin.de operis nou. nunciat.

ignoranti non quæritur priuilegium. Alex.in l.qui abſenti in fi.prin.de acq.poſſ.

ignoranti iuris nō priuat aliquem iure debito. l.qui fideic. & ibi Bal.ff.de leg.2. idem.

PRO. illicitæ rei iuſiurandum ſeruari non oportet. auth. quod eis.C.de nup. Bellon.

Imaginem Chriſti,aut ſanctorum percutiens,frangens aut vulnerans,punitur pœna mortis,Clar.q.68. verſi. imaginem. Bonacoſſ.

Imbreuiatura notarij recipit ſupplerionem renūtiationū. & aliarum clauſularum & à iure & à cōſuetudine, ſecundum Bald.in rub.col.11.&in l.in contractibus.C.de fid.inſtr.quod verum eſt in eodem tabellione: ſecus autem in alio qui non fuit rogatus.quia ille ſupplere non poteſt.ita limitat. Iaſ. in l. 3.col.122.C.de iur.emphy. Et an & quando credatur imbreuiaturis notarij,vide Bald.in l.fideicommiſſa.§.1.de leg.3.Caſtren.conſ.111.& 307.lib.1.Alex.conſ.14.lib.6.Rub.cōſ.10. n.7.& ſeq.Abb.in c.cum P. tabellio.de fid.inſtr. Et an diuerſitas ſcripturæ in matrice vitiet?vide Rom.ſing.236.Fel.in c.in ter dilectos.col.vlt.de fide.inſtru.Ang.in auth. de tabellio. in pr.Alex.in l. quædam. §. nihil. ff. de edend. Quid de ſcriptura quæ aſſeritur notarij defuncti reperta penes tertium?Pariſ.cō ſi.27.lib.2.Ruin.conſ.144.lib.4. Put.

immunitate eccleſiaſtica non gaudet,qui per inſidias interficit,vel percutit alium:& iſte eſt communis ſenſus.c.1.de homic.teſte Coua.in reſo.c.70.lib.1.num.7.ex Anani.& Fe.in d. cap.1.

Amplia iſtam communem,ad clericum homicidam per inſidias:quia debet actualiter deponi,& tradi curiæ ſeculari,nō expectata incorrigibilitate propter atrocitatem criminis.idē Coua.in d.n.7.communem dicit ex Pan.in c.cum non ab homine, extrà de iud.licet ſibi non placeat & communem dicit contrariam ex Aret.in d.c.cum non ab homine.& Dec.in c.at ſi clerici.de iud.cui ego adſtipulor. B.Vill.

immunitas à collectis non habet locum in collectis, quæ ob publicam vtilitatem imponūtur.Hanc æquitati conſonā, &vt magis communem firmat Iaſ.in l.Si ex toto.n.12.de leg. 1.vt refert Minſing.Obſer.70.cent.4. I.Fich.

immunitas cōceſſa alicui ab onerib.& collectis ordinariis, & extraordinariis, ſolitis & inſolitis, non extenditur ad onera,quæ imponuntur ratione belli diuini, putà peſtis, vel belli humani,ſecundum Cy.Dy.Alber.Soci.Alex.Iaſ. & Ripa. in l. ſi ex toto.ff.de leg.3.vbi Ripa.nu.17.ſcribit iſtā eſſe com.opi. quam ſequitur Tho.Parpalia in l.placet.C.de ſacroſ.eccl. Cæpola in caute.80.incip.quia priuileg.Fel.in c.cauſam,quæ nu. 17.de reſcrip.Roma.conſ.436.quod indultum per tex.in l.iubemus.nullam,vbi Bald.& alij not.C.de ſacroſ.eccl.Alex.conſi.215.nec argumenti.n.21.& de hoc eſt tex.cum gl.& ibi no. Doc.præſertimque Lucas de Penna.in l.1.C.vt nemini liceat in emp.Spec.de excuſ.lib.10.& Pariſius conſ.68.n.14.vol.1. & iſta eſt magis com.opi.teſte Ripa in tract.de peſte,in tit.de remediis ad conſeruandam vbertatem,n.231.Curt.iu. conſ. 61.habita.Leonardus conſ.117.nu.25. & ſeq.quod quidem conſilium reperitur inter conſilia feudalia Alber.Brun.&Iaſ. in d.l.ſi ex toto.vbi dicit immunitatem conceſſam etiam verbis generalibus,& amplis nō extendi ad onera quę imponuntur ratione belli,vel alterius publicæ neceſſitatis incogitatæ, & q in hoc eſt magis communis opi.vt per eum ibi nu. 8.& 12.Io.And.in add.Spec.in tit.de cenſib.§.2. ver.ſciendum eſt, per Ant.de But.in c.peruenit.per illum tex.vbi alij Doc.de immunitate eccle.Alber.de Roſa.in 2.part.Statutorum.q. 138. Statutum eſt in Ciuitate.Bal.cōſ.106.latè fuit.vol.5.& Alex. in d.conſ.206.vel 215.Interpretatur & limitatur iſta commu. non procedere ,quando immunitas ipſa eſſet conceſſa alicui ab omnibus, & quibuſcuque oneribus, tunc immunitas iſta extenderetur etiam ad onera ratione peſtis, belli, & alterius magnæ neceſſitatis reipublicæ propter ipſa verba geminata ab omnibus,& quibuſcunque onerib.ſecundum Alex.conſi. 25.primo aſpectu.n.113.& conſ.68.quæritur primo.n.17.& 29.vol.1. F.Viuius.

immunitas conceſſa propter paupertatem, ceſſat ſuperuenientibus diuitiis,& ſic,ceſſante cauſa paupertatis ſecundum complures Doct relatos per Iaſ.in l.ſciendum.§.ſi fundum.n. 6.ff.qui ſatisda.cog.qui quidem ſcriben. monentur ad ita decidendum per tex.in l.cura.§.deficientium.ff.de mune.& honorib.vbi deficientium facultatibus,ad munera,quæ inducūtur excuſatio non perpetua eſt,ſed temporalis, nam ſi ex voto patrimonium auctum fuerit ceſſabit excuſatio,per text. in l.his oneribus.§.auctis.ff.de vacatio. & exc. munerum. cuius hæc verba ſunt,auctis poſt appellationem medio tempore facultatibus paupertatis obtentu non excuſantur.vt per tex.expreſſum in l.non tantum. §. eos qui. vbi immunitas conceſſa ob paupertatem ceſſat auctis facultatibus,& hoc idem notāt, & firmant per illum tex.ibi Iac.Aret.Nic.de Matrha.in Lectura Bart.Bal.& Alber.& Alex.in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus.n. 6.ff.ſol.mat.Tyraq.in tract.de cauſa ceſſante.in 1.part.prin.n. 193.& iſtam ſcribit eſſe com.opi.Iaſ.in d.§.ſi fundum.nu.6.& ſeq.vbi eam ab omnibus ferè contrariis efficaciſſimis reſponſionibus,& rationibus tuetur. idem.

immunitas,& exemptio poteſt præſcribi concurrente titulo,& bona fide 40.annorum ſpacio, vnde ciues omnes ſi ſolnunt gabellam,ſeu vectigal impoſitum,excepto vno,qui nō ſoluit per 40.annos,erit in huiuſmodi caſu præſcripta immunitas non ſoluendi ſecundum Bart.Ang.Pau.de Caſt.& alios in l.licitatio.§.eorum.ff.de publica.Bald.cōſ.125.quæſtio vertens.vol.1.Alex.conſ.30.pōderatis.vol.5.& conſ.126.in cauſa.vol.2.Cornæ.conſ.44.in hac conſultatione,vol.2.& conſi. 12.in præſenti.vol.3.& conſ.199.vol.1. & iſta eſt communis opin. vt per Balbum in tracta.de præſcriptionibus. nu.29. & ſeq.& Gram.in deciſ.100.n.25. & talis immunitas, & exemptio præſcripta tolli non poteſt,ſecūdum Bal.in l.quod ſemel. ff.de decre.ab ord.fac.& in l.ſi qui,in fine.ff.de iure immuni. & per Bertachi.in tract.de Gabellis.in 9.q.1.part. idem.

immunitas alicui ab omnibus onerib. & collectis ordinariis, & extraordinariis, ſolitis & inſueris ampliſſimè indulta, non extenditur ad ea onera.vel collectas,quæ peſtis nomine, aut belli cauſa,aut alterius publicæ neceſſitatis aliàs inopinatæ gratia indicuntur. vt frequenter placitum aſſeuerant Rip. in tract.de peſte.in titu.de remediis ad conſeruand.vbert. nu. 231.Curt.iu.conſ.61.Iaſ.latè nu.8.& n.12.Rip.n.17.in l.ſi ex toto.ff.de leg.li.1.Viuius lib.1.opi.149.Quin eam illic reſtringit, vbi conceſſio huiuſmodi ab omnibus & quibuſcunque oneribus conceſſa fuerit.Sed certè,quidquid ille dicat,verius & æquius eſt ſemper inopinatos alioquin caſus exceptos in id genus immunitatib. videri. vt alibi cōmodius diſſerimus. E.Suarez.

immunitas,quę paupertatis noīe indulgetur ob diuitias ſuperuenientes euaneſcet.cōe prodūt Iaſ.in l.ſciendum.§.fundum.n.6.& ſeq.ff.qui ſatiſd.cog.Viuius lib.1.opi.cl. idem.

immunitas & exēptio, ſi titulus ac bona fides concurrant, per 40.annor. curriculum præſcribetur. cōe effantur Bald.de præſcr.n.19.&ſeq.Gram.deciſ.200.n.25.Viui.lib.1.opi.cli.id.

Si contingat incendium fieri in domo,vel hoſpitio conductis, vel aliter retẽntis alienis tamen,conductor vel alio modo domum ſiue hoſpitium tenẽs ad emendam damni ex tali incendio domino domus ſiue hoſpitij,vel vicinis ſiue aliis habentibus res in dicta domo combuſtas illati, & de qua culpa teneatur, In hoc vltimo caſu diſtinguendum eſt, q̃ aut quis domum, vel hoſpicium conduxit, & de refectione damni dictæ domus, vel etiam vicini eodem incendio combuſti quæritur & tunc de leui tantùm culpa tenetur,per tex.in l.ſi vt certo.§.nunc videndum primo,ff.commoda. iuncta gl.& text.in l.dominus horreorum,cum gloſ.in verb.receperit,& in l.qui mercedem.& ibi etiam gl.in ver.pro cuſtodia,ff.loca.§. præterea,& ibi Aret.inſt.quibus modis contrahi.obliga.licet aliqñ conductor etiam de leuiſſima teneatur, veluti cum mercedẽ pro cuſtodia accepit.d.l.qui mercedem.ff.loca.Imo.in l.dom⁹ ff.de leg.1.& ibi Alex.qui,in quam,Imo. voluit,q̃ culpa inhabitantium incendium in domo conducta factum præſumat, niſi aliter ipſe conductor probet,q̃abſque culpa ſua ortum& factum fuit impugnat,& ei contradicit ex gl.in d.§.prætereà, videtur malè locutus,quia dictam gl.quatenus voluit incendium non fieri ſine culpa leuiſſima, reprobat Bald. in l. cum duobus,§.damna, ff.pro ſocio. ſequutus gl.ibi. quem paſſim refert, & ſequitur Aretinus in d.§. præterea. Aut loquitur de rebus,quas quis commodato habuerat eodem incẽdio attritis, vel eo caſu quo conductor de leuiſſima culpa tenetur, de quo paulò ante dixit, & tunc ſubdiſtinguendum eſt, Aut ſumus in proprio commodato veluti cùm fit recipientis grãtia tantùm,& tunc tenetur de leuiſſima,d.§.nunc videndum,&ibi Caſtr.& quando de dolo tantùm, & quando de leui tñ, & quando de caſu fortuito teneatur commodatarius docet gl. in §.item is qui,verſ.at is qui vtendum,in verb.exactam. Inſti. quibus modis re contr.obl.& Caſtr.in d.§. nunc videndũ, ſed pro maiori declaratione,& dictæ quæſtionis intelligẽtia,rurſus aliter diſtingue: aut conſtat q̃ paterfamilias vel dominus ſiue conductor domus in qua incendium ortum habuit, cauſam incendij dedit,aut dubitatur ſiue ignoratur, quis cauſam illi præbuerit,& primo quidem caſu clarum eſt illum qui cauſam dedit,ſiue in cuius domo incendium ortũ habuit ad damni alteri ex incendio illati refectionem teneri,per tex.in l.ſeruus.§.fornacarius.&§.ſi furtum,ff.ad l.aqui.Sed huic ſubinſeri poteſt alia incidens quæſtio.

An is,qui tertio ſitu,& loco immeditè habens domũ ſuam timens ne vagetur ignis iam in priori domo exortus,& inualeſcens domum ſuam inuadat,& comburat,intermediæ vicini domus parietem de facto deſtruere,&proſternere impunè pro ſui domus tuitione poſſit, & dic q̃, ſi domus ipſius tertij erat omnino ex ipſo combuſtura, licitè id facere poteſt per text.in l.ſi alius.§.eſt & alia.ff.q̃ vi aut clàm,ibi. æquè perituris ædibus,&c.& ſic debet intelligi textus in l. ſi quis fumo.§. 1.& quod ibi not.per Flor.de S.Petro.ff.ad legem Aquil.&in l.2.§.ait prætor. ff. de incend. ruin. naufrag. Sed redeundo ad ſecundum caſum, videlicet, vbi non dominus vel conductor, ſed alius extraneus incendium cauſauit, iſto caſu, aut eſt de ipſius domini, vel conductoris familia, aut penitus extraneus, & ſi de familia. gl. in leg. ne quid, in prin. in verb. à poſſeſſoribus. ff.eo. de incend. ruin. naufrag. videtur voluiſſe q̃ ſic. allegat text. in §. fi. inſt. de obl. quæ ex qua.deli. naſcun. Sed illam damnat & reprobat Barto. ibi inquam ratione, quòd tunc demùm dominus de admiſſo. & facto familiæ ſuæ teneatur cum in officio ſiue miniſterio, cui illam præfecit, in quo illius opera vtitur delinquit, eſt text. in lege prima §. familiæ nomen. ff. de publica. iuncto princip. illius text.quo in loco habetur, quòd actio ex illo edicto contra publicanos, etiam ex facto eorum familiæ pro illicitè extortis, iis à quibus extorta ſunt, competit ad duplum, cuius familiæ nomen, vt ibi text. & Bartolus inquid ad ſeruos, & liberos qui in eodem miniſterio adhibentur refertur, & ſic videtur ibi probari, quòd niſi familia delinquat in eodem officio ad cuius exercitium eſt addita per dominum,& patremfamilias, non teneatur paterfamilias. hoc quoque probari videtur in lege ſi vendita, de pericul. & commod. rei vendit. dum tex. ait, quòd ſi ſeruorum negligentia inſula vendita, combuſta fuit, ſi dominus diligentiam, quam homines frugi, & diligentes adhibere conſueuere adhibuit, quòd quidem verbum oſtendit leuem culpam tantùm, abeſſe debere, vt venditor de incendio non teneatur, cùm ad ipſam culpam tantùm ſic adaptetur, adde textum in lege ſi cum venderet, cum ſequent. ff. de pignor. action. not. in lege in rebus. ff. commod. Bartol. in lege quod Nerua. ff. depoſiti. Alexand. per hæc iura, conſilio ducenteſimoſeptuageſimotertio viſis.libro ſecundo, & conſequenter conductori, de quo hoc in loco quærimus, qui de leui tantum culpa tenetur congruit, meritoq̃ conductor ipſe de de incendio non tenetur, nec factum familiæ facit tranſire periculum caſus in dominum, cum de illius facto dominus non teneatur vt ibi Baldus dixit, ſed ipſi familiares teneantur, & dominus tradendo noxam à noxa liberetur, vt tradit Bart. in l. cum ſi exhibuiſſent, ff.de publican.ſi verò penitus extraneus eſt is, à quo ignis cauſatus eſt, vt quia nec de familia neque de habitantibus in dicta domo eſt,&tunc quia culpæ domini ſiue conductori caſus imputari,&adſcribi non poteſt,ad emendam damni non tenetur,l.qui inſulam,§.1.ff. de loca. Tertiò autem principali caſu,q̃ dubitatur, aut ignoratur,à quo ignis originem traxerit,iuris preſumptione ab habitãtib.in domo ignis iniectus ſiue incẽdiũ exortũ fuiſſe dici-

mus,&

sius,& eorum culpa incendium factum præsumitur, quotquot siue vnum siue plures sint,probatur ex tex.in l.quam salutem,§.& quia,ff.de of.præfect. vigil.ibi plerumque incẽdia culpa inhabitantium fiunt.Dictio enim plerumque, facit regulam esse in contrarium, adde gloss. in lege, non dubitamus, & ibi ad hoc not. illam Imol. ff. de condiction. & demonstration. sequitur Alexand. in consilio duocentesimo sexagesimosecundo. visis, & opportunè, libro secundo. & tradunt Doctores in lege, si quis ex argentariis, §. prætor. ff. de edendo. & ibi Iason.numero trigesimo.versiculo, sed advertendum ait. ex hac Doctorum conclusione succedere in practica,ꝙ incendio probato, fundata est contra inhabitãtes intentio,nisi ipsi ꝙ absque ipsorum, vel suorum culpa incendium secutum fuit probent, alleg.Salyc.in d.l.si vendita. Im. in l.domus,de leg. 1.& Canonist.in ca.2.de deposito.Ange.in cons.197.incip.incendium est ortum,qui hanc eandem secuti sunt sententiam, ldque in quocunque qui de custodia tenebatur,locum sibi vẽdicat,vt inquit gl.in c.quamuis, quod est pen.in ver.pastor,de reg.iu.in antiq.& sic si domus combusta inhabitata erat,præsumptio erit quod aliquis de inhabitãtib. incẽdij author fuerit,de certa aũt psona ex eis lex non præsumit, sed incerta, & indeterminata ex illis, vt probare videtur tex.in d.l.si vendita,ibi neque si seruorum negligentia factum est,cõtinuò dominus in culpa erit, quamobrem si diligentiã, &c.ff.de peri.& commo.rei vendi.verumtamen nisi de certa, & præcisa persona doceatur patrisfamiliàs inhabitãtis culpæ ascribitur eius imperio &mandatis cæteri de familia subsunt quasi minus diligens fuerit quàm debuerit,in igne custodiendo,quæ negligentia eo ipso ostenditur,ꝙ incendium in dicta domo ortum fuit,d.l.3.§.& quia plerunque.ff.de offic. præfe. vigil.cũ(vt s.dixi)dictio plerunque in præsumptionibus,præsertim regulam faciat,adde tex.in l.plerumque.ff.de iure dot. & sic pater ipse familias vicinis ad damni refectionem teneri dicendus est,d.l.si seruus seruum.§.si quis insulam, & §.si forcarius,& in l.qui occidit.§.in hac l.ff.ad legem Aquiliam,l.capitalium.§.ꝙ ob inimicitias,ff.de pœn.Huius quoque fuit sententiæ Ang.aret.in tract.suo malefic.ver.incendiario,ex trad. per Saly.in allegato per eum consilio.Idem tenuit in prælegat.§.præterea.Instit.quib.mod.re contrahi.obligat.reprobatæ gl.ibi in verb.debet quæ æquiparando incendium furto dicit neutrum citra leuissimam culpam fieri,sequutus gl.in l.cũ duob.§.damna ff.pro socio, quæ ait ꝙ furtum, & incendium nõ fit sine culpa,saltem leuissima,& sic innuit ꝙ potest etiam cum culpa leui fieri,& fieri præsumitur.& gl. ipsam approbari ibi à Baldo prædictam gl.in verb. debet reprobante, idque summè not.& hoc de facto sibi contigisse in causa cuiusdam Appollonie viduę inquit,& ꝙ in actionem locati non veniat isto casu culpa leuissima,sed leuis tantùm.firmat Alex. prælegato consil.272.visis, & opportunè,ibor. .qui consuluit in materia ,de qua loquimur, ꝙ culpa huiusmodi præsumatur, nisi de alio incendij authore doceatur:voluit Bald.in l.si creditor, de pignoraticia actione , vbi ꝙ tunc probatur culpam abesse , probando vnde incendium ortum habuerit, putà ab hostium incursu,id quoque ait in lege quæ fortuitis,versi.itẽ quæro de igne,& ibi Saly.C.eo.de pignor.act.vbi ꝙ ignis immissus ab habitantibus,vel in domo cõuersantibus præsumitur, per tex.in lege,si verò,ver.ꝙ si ex mediano.vbi text.sic ad literam , Quòd si ex mediano cœnaculo quid deiectũ sit, verius est omnes teneri, de iis,qui deiec. vel effuder. nisi immittentem ignem ostendat,per tex.in c.suprà alleg.l.domini horreorum, ff.locat.& in l.si ita,§.fi.ff.de fund. instruct. & in lege ne quid,ff.de incendio ruina & naufr.Sic quoque tradit idem Bal.cons.174.casus est talis, quoddam fœnile,part.2.& cons. 138.factum quæstionis,& seq.eadem parte.sequitur idem Alex.cons.272.col.3.versi.secundus casus est,vbi etiam voluit quòd in materia,de qua loquimur,eadem sit & par præsumptio contra conuersantes,& contra habitantes in domo combusta propter aprutudinem & potentiam , & sic eadem ratione,& in eisdem terminis quoque consuluit Bart.o in l. si quis ex argentariis.§.prætor ait,§.an verò,nec hæredi.ff. de edend. dum inquit quòd aliqui sunt casus qui faciliter euenire non cõsueuerunt,nisi culpa præcedente,vt furtum,l.cum duob.§. damna,ff.pro socio,& incendium d.l. si vendita, ff. de peri.& com.rei ven.& seruorum fuga,& aliorum,qui debuerunt custodiri.putà,carceratorum,& in istis culpa præsumitur,nisi casus probetur,Aliqui verò sunt casus,qui absque culpa contingere consueuerunt,putà vis hostium,impetus aquarum,& in iis probata rei amissiõe prẽsumitur casus,nisi culpa probetur, l.contractus.ff.de reg.iur.l.si merces,§.culpę,ff.locat.Ex iis igitur habes,ꝙ vbi casus qualitas talis est, quæ culpã non inclu-

dat,veluti incursus hostium, vis fulguris, loquendo in terminis nostræ quæstionis,& sic facto naturæ.& per vim quãdam diuinam,qua aliquando incendium contingit. vt Bald.consi. centesimo septuagesimo quarto.casus talis est, li.2.dixit non est necessariò articulandum,nec probãdum culpam abesse siue abfuisset in euentu & cõtingentia casus,qui tunc saris probatur reipsa. ex ipso casu sic qualificato: secus verò vbi casus includit culpam,vt furtum.& incendium,quia tunc vtrumq; & casum.& culpam abfuisse probari debet.& ita intelligenda est gl.in l.si fundum,§.Imperator,ff.loc.secundum ipsum Baldum.in d.l.creditor.C.de pignor. actio. Verùm quia superiùs diximus,quòd orto,& sequuto incendio nisi de certa,& specifica persona doceatur. patrifamilias ad culpam imputatur. Ioannes tamen de Ana.consilio quinquagesimo primo.visis, & diligenter ponderatis, quem passim refert Iaso.in dicta lege si quis ex argentariis,prælegata,§.prætor, numero trigesimo primo , ff. de edend. dixit quòd ad hoc vt de incendio quis teneatur,oportet quòd probetur culpa certi, & determinati hominis , quia cum incendium inhabitantium culpa factum præsumatur,id tamen absque certæ & determinatæ personæ culpa fieri non potest,quæ culpa expressæ,& determinatæ personæ non præsumitur,prout dicit ipse probari in tex.in dicta lege si vendita,& ita tenere ait Salyce. ibi, quem omninò vide,quia multa bona hac in materia tradit. & ex iis quotuplex,&quando inhabitator in culpa esse dicatur,quem etiã vide in dicta lege quæ fortuitis,assignat rationem,quia quando de certæ & determinatæ personæ culpa non probatur, remanet incertitudo,& sic condemnatio sequi non potest,lege licet.§.fi.ff.naut.caupo.stabu.allegat Bald. in dicta lege creditor.& in lege pignus,sed non,ibi,verum in prædicta leg. quæ fortuitis, de pignor.actio. quòd Iaso. dicit pro defendendo amico.

Addit insuper cons.Anchar.349.est tamen 348. incip. pro decisione, consulentis quòd si conductor domus noctis tempore in domo conducta duas tantùm puellas 12.annorum,& puerum 10.annorum reliquit, non dicitur esse in aliqua culpa lata saltem vel leui ita quòd de incendio teneatur , quamuis dicti pueri ignem minus diligenter custodierint,quia consueuerunt patresfamiliàs diligẽtes in eorum domo,tanquam tuto refugio,vt inquit textus. in l.plerique.iuncta lege neque impuberes, ff.de in ius vocan.familiam tam maiorum quàm minorum habere,& meritò communis consuetudo culpam excludit.l.pignus.C.de pign.actio.inquirens Iaf. vbi s.sic in facti contingentia in ciuitate Cremonæ obtinuisse, vbi tamen probaretur quòd habitatores circa alia incendia,negligentes esse consueuerunt de incendio alio etiam non apparente, tenerentur,secund.Alexand.consil.272.ad fin.alleg.Bald.consilio quod incipit,quidam Ristorius,arg.tex.in l.non omnes.§. à Barbaris,ff.de re milita.l.argentum.ff.commo. quod consilium non inueni.Illud.idem consilium Baldi allegat ipse Alexand.in l.si quis ex argentariis.§. prætor versi.non omitto. de edend. casum conuertendo, videlicet, quòd si in domo habitantes, in domo vigiles esse consueuerunt.si alia indicia contra eos non appareant de incẽdio non teneantur indistinctè. Hinc dixit Angel. dicto tractat. eodem versicul. incendiario. versic. aduertendum est, quod per illud verbum plerumque, in dicta l.3.§.& quia,ff.de off. præfect. vigil. datur intelligi. ꝙ regula est in contrarium , videlicet ꝙ regulariter non præsumitur incendium inhabitantium culpa causatum, nisi probetur ꝙ circa ignem habitans erat solitus negligenter versari,& versatus fuit,ita dicit ipse loquitur textus in dicta l.si vendita aliàs nisi agens contra habitantem,deducat, & probet negligentiam solitam, & etiam tempore incendij adhibitam , habitator de igne condemnari non potest , quod dicit singular. not. hoc tamen mihi non placet , quia cùm vix vel rarò talis negligentia sic præcisa probari posset, nunquam vel rarò, damnum ex incendio aliena culpa causatum, quæ culpa (vt dictum fuit)in casibus, illam annexam habentibus superiùs redactis , & similibus , ipso facto probatur, quòd contrarium non ostenditur ad gloss.in dicta lege, si quis fundum. §. imperator. ff. locat. emendaretur quod non est dicendum, Pro eo autem quòd dictum fuit suprà, quòd vbi non ostenditur certus homo ignis auctor,incertitudinis ratione, condemnatio contra patremfamilias , domum habitantem fieri non potest, facit quod voluit Bald. in consilio 441. quidam magister Grammaticæ, versiculo primo. §. item dictus ignis ab incerto auctore, parte prima. vbi consuluit , quòd ignis qui ab incerto auctore causam habuit, illi magistro non est imputandus, etiam si vnus ex scholaribus ignem immisisset, allegat textum in dicta lege , si vendita. vbi dicit casum esse

quæst

Universidad de Deusto Biblioteca

quæstionis suæ,& q quando duo erant in domo incensa,nec constat à quo ignis immissus fuerit,q neuter sit condemnandus,verum vterque absoluendus inconcusse tenuit Rom.cõsi.401.co præsuppositio,Et pro complemento huius materiæ, vide quæ remissiuè copiosè adducit Veronens.in tit.de igne. in tract.suo de seruit.ad fi.qui dicit hanc amplam, & profundam esse materiam. F.Turzan.

PRO.Incendium,ære alieno non liberat debitorem. vnde dicitur,q debitor generis,re perempta non liberatur.l.incendium.C.si cert.pet. Bellon.

Incendium committi non intelligitur absque culpa leuissima.vt commune testificantur Ias. in l. domos hæreditarias. ff.de leg.lib. 1.Ferratius caut. 36.Versabitur autem huiusmodi leuissima culpa in omittendo, quocirca nullis pœnis erit obnoxia:commune inquit Did.à Couar.in tract. de spons. 2. par.c.6.§.8.n. 14. E.Suarez.

incendium culpa incendiarij factum, incendiarius tenetur ad emendãdum damnum inde sequutum,vt est com.opi.Nouellus in addi.ad Duen.reg. 18.& incendium culpa inhabitantium prouentum esse communiter tenetur.vt ibi,fallit quando aliter & alio modo ex forma statuti cautum reperitur. secundum communium Doc.Boer.q.26.n.17.Nouellus ibi. in 7.fal.Soc.regu. 178. Bonac.

incendio probato, est fundata intentio contra inhabitantes,nisi probent quod absque eorum culpa,vel suorum incendium sit sequutum, & ita practicatur. vt dicit Bened. de foro Sempro.in repert.Fel.in ver.incendium.fallit in casibus, in q̃bus quis non tenetur de leuissima culpa commodatarius, tamen tenetur de leuissima culpa.idẽ est in furto.& ita Ferrariæ alias obtinuit Ang.are,vt ipse asserit.§.præterea.instit.quibus mo.re contrahi.obligat.per gl.ibi singularem. Si tamen conductor domus,in domo conducta tempore noctis dimisit solum duos pueros.vnum annorum duodecim, & alium annorum viginti,non dicitur saltem in leui culpa, vt teneantur de incendio,quamuis dicti pueri minus diligenter ignem custodierunt. quia consueuere patresfamilias diligentes habere familiam, tam maiorum quam minorũ in domo.veluti in tuto refugio.Anch.in cons. 394.inci.cõductor domus.Bened. vbi ẽ.vide Cirillũ in eius summa criminali.& Cur.iun.cons. 229. per totum.in 3.vol. Bonac.

Incendium præsumitur ortum ex culpa inhabitantium, vt est cõis opi.de qua Gabriellius cons. 159.n.1. idem ex culpa quersantium,&non culpa leui,sed leuissima,vt est cõis opi.vt ibi. Et præsumitur incendium ortum culpa incertæ personæ non certæ,nec culpa ipsius patrisfamilias,vt est cõmunis opinio.de qua ibi.nu.7. Bonacoss.

Incendiarij locorum sacrorum ante denunciationem absoluuntur ab Episcopo,sed post denunciationem, solus Papa absoluit: communem dicit Summa Syluest. in verb. Excommunicatio.7.Clar.d.§.fi.q.77.ver.incendiarij. P.Fichard.

incendiarij puniuntur pœna mortis.Clar.q. 68.ver. incendiarij. quando data opera commiserunt incendium, secus si culpa vel casu. Bonac.

PRO.Incertitudo vitiat actum l.duo sunt Titij.ff. de testa. tut.l.triticum.& l.ita stipulatus.ff.de ver.obl.§.incertis. instit. de legat. Idem.

OB.Contrà de l.id quod pauperib.C.de epis.& cler.vbi relictum pauperibus in genere valet.

SO.Ibi fauore piæ causæ.obstat etiam l. quidam relegatus. ff.de reb.dub.Sed ibi in incertis de certis personis. vt ibi not. Idem.

Incertitudo ex re genericè relicta,quæ nullos statos,certosque fines habeat, suboriens, tum contractum, tum vltimam voluntatem peruertit: quamuis eiusce rei plurima copia penes testatorem esse proponatur.commune ponunt Imo. in l. ita stipulatus.ff.de verbo.obl.Ias.in l. legato generaliter. ff.de leg.lib. 1.Quamuis verius longè sit non ea incertitudine legatum vitiari.sed rem mediocrem esse præstãdam. quod etiam frequentius censent Ias.in l.si domus.ff.de leg. 1.Rip.in d.l.ita stipulatus.nu.3. E.Suarez.

incertitudo,quæ ad certitudinem reduci potest,reorum cõstitutionem haud vitiat.commune inquit vir excellentis doctrinæ Io.Ponchegallus Gioldus in l. 14.nume.6.ff.de duob. reis. Idem.

incertitudo seu dubietas tẽporis positi in inquisitione reddit ipsam nullam,vt est communis opi.de qua Gratus respõso 59.n.13.& propter incertitudinẽ plurium delinquentium absolutio quandoque fit.Marsi.sing.217. & vide in sing. 218. Bonacoss.

Incertitudo,quandoque habet vitiare actum. l.ita stipulatus.cum simil. ff.de verb.obl. Ias.l.ita fidei.ff.de iur.fisc. Paul. de cast.in 2.volu.cons. 15. & cons. 319.alias 317. Alex.in 1. vol.cons. 28.repetito in 2.vol.cons. 31.col.3.

Vide tamen Fel.in c. 1.col.3. ext.de pact. vbi dicit non habere locum de æquitate canonica. adde Soz. in l.si quis arbitratu.de verb.obl.car. 112.nu.8.

Sed q vitiet,vide Barb.in 1.volu. cons. 33.col.4. de quo etiam vide Bened.in cons. 3.in prin.

Limita secundum Barb.in d.cons. 33.col. 5.vt non vitiet legatum factum in piam causam.& in 3.volu.cons. 79. col.2.& 3.Phi.in c.cum quis.§.cum ab eo.col.vlt.de sepul.in 6.Panor. in c.ex parte.de cens.vide Bald.in l.quidam.ff.de leg.2.vbi dicit de legato facto in ædificat.ecclesiæ.

Sublimita nisi sit duplex incertitudo. Sonz. in l. si quis de pluribus.de reb.dub.car.275.

Incertitudo non vitiat legatum, quando constat de certo, licet non constet de quo.Ias.in l.si quis.§. 1.ff.de leg. 1.P.And.

Et quos actus vitiet incertitudo.vide in consiliis Alex.in 4. vol.cons. 46.Cot cons. 125.col.vlt.Dyn.cons. 41.

Bal.in l.fi.ff.de adop.dicit,quòd incertitudo omnia vitiat.

Legatum alimentorum, dot. & piæ causæ incertum valet. Barb.in 3.vol.cons. 79.col.2.& 3.

Idem in omni contractu de iure canonico. Alex. in d. l. ita stipulatus.col.3.

An si dicatur,q hæredes Titij accusantur, accusa.sit incerta.vide in simili Alb.in 4.part.q.49. Idem.

Incestus etiam committitur, carnaliter cognoscendo monialem. ita communiter concludere canonistas dicit Berm., de concub.num.2.in fin.Clar.d.libr.v.§.Incestus. ver.sed nunquid. P.Fichard.

incestus etiam committitur,si mulier rem carnalem habeat cum clerico in sacris constituto.communem dicit Grillandus de diuers.crim.lib.3.q.vlt.vt illum refert pract.Carrer. nu. 11. Clar.tamen ait id dici simpliçem fornicationem. d.lib. 5.§.incestus.ver.sed nunquid.in fi. P.Fichard.

Incestus pœna,est pœna mortis.communem dicit Grillan. de diuers.crim.lib.3.nu. 5.vt illum refert pract.Conrad.nu.15. quod verum est si incestus committatur cum alia pœna fornicationis,puta adulterium vel stupra.secundum glo.in l.si adulterium cum incestu.in princ.ff.de adult. quam communiter approbatam dicit Grilland.in loco præall.& Bermond.de concubin.ver.sum modò.De iure autem canon.in clerico est pœna depositionis.communem dicit Didac. super 4. Decret. nu. 3.Si verò incestus committatur contrahendo incestas nuptias,tunc punitur iuxta formam authentic.incest.nupt.C.de nupt. Cuius dispositio hodie non est sublata ex dispositione auth.bona damn.C.de bon.damn.communem dicit Boerius decis.264.n.12. imò contrahens tales nuptias ipso iure amittit dominium bonorum suorum,absque sententia declaratoria. communem dicit Bermond. de concub. nu. 11.& seq. An verò dispositio d.auth.locum tantùm habeat in nuptiis incestis de iure ciuili tantùm, vel etiam incestis de iure canonico. Alij dixerunt q in vtrisque, & sic communem dicit Deci. in cons. 158.nu. 1.quem refert Dias in pract.crim.canon.c.78.& pract.Conrad.nu.9.Didac.super 4.Decret.n 18.Bellon.cons. 84.Alij verò contra,q in illis tantùm, quæ de iure ciuili incestæ sunt, & hanc communiorem & probabiliorem dicit Foll. in pract.crim.canon.nu.95.vbi etiam ait Dec.deceptum esse, quod dixerit.Abb.opi.communem. refert Clar. d.§. incestus. vers.sed quæro quæ sit pœna. cum 2.seq. & notandum est, q ibidem in ver.quæro.dicit idem Clar.quando plures sunt doctores ex vtraque parte,qui attestantur communem, tunc ante omnia recurrendum esse ad consuetudinem tanquam optimam legum interpretem. P.Fichard.

incestum per ignorantiam committens excusatur. communem dicit Bal.Nouel.de dote in 1.part.11.partis.nu.8. Didac.super 4.Decret.nu.22.imò etiam pœna amissionis bonorum non habet locum vbi in contrahentibus fuisset ignorantia iuris vel facti,etiam ex causa & lata culpa.vbi dixit Bart.in l.si adulterium cum incestu.in prin.nu. 11.ff.de adulte. quam communem attestatur Did. in loco d.nu.32. Clar.libr. 5.§. incestus.ver.excusantur. P.Fichard.

incestas nuptias bona fide à principio contrahentes si deinde detecta sit consanguinitas,& contrahentes eo non obstante perseuerauerint in matrimonio, non dicuntur incidisse in pœnas incestus,secundum gl.in clem.vnic.in ver. scienter.de consang.quam docto approbare ait Did.super 4.Decret.n.19. Clar.d.§.incestus. ver.sed pone. P.Fichard.

Incestus dicitur inter collaterales & affines § ergo.instit. de nupt.& cum matrimonio & fine l.si adulterium cum incestu.in

Universidad de Deusto

stu.in prin. ff.de adult. ita Ang.Aret.in trac.malef.in verb.che hai adulterato la mia dona. P.Andora.

Incestus punitur vt adulterium. d.l.si adulterium. & vult Angel. vbi s. Quod est verum secundum eum quando scienter:si verò per iuris ignorãtiam,pœna mitigabitur.d.l.si adulterium.§.nunquam.& §.incestum. Si autem à fœmina committatur per ignorantiam iuris naturalis vel gentium, punitur vt masculus: si verò per iuris ciuilis ignorantiam,excusatur in totum.& idem in minore.d.l si adulterium.§.1.&§.incestum.& §.imperatores.& quòd pœna incestus sit pœna mortis,tenet Corn.cons.19.in prin.vol.4. Ang.autem ignorantia excuser ab incestu, vltra præmissa vide Federic. consil. 167. vbi tenet quòd sic.facit quod vult Paul.de Cast.cons.34.libr. 2.Alex.in l.item apud.§.si quis virgines. ff.de iniur. Adde Decium in c.2.col.5.vers.an autem statutum. vbi ponit an statutum liget ignorantes dantes operum rei illicitæ.Et vtrum pœna edita contra contrahentes incestas nuptias locum habeat in illo qui fornicatio coitu cognouit vnam ex sororibus, & cum alia postea contraxit matrimonium publicè:vide Pet.de Anch.consil.391. vbi tenet quòd non vide tamen in contrarium Dec.cons.158. P.Andora.

Computatio graduum fit aliter de iure ciuili quam de iure canonico quo ad punitionem.Bart.cons.224.incip.an fratres consobrini. idem.

Contrahens incestas nuptias in 4.gradu non punitur de iure ciuili,secundum Cald.cons.2.tit.de consanguinit. idem.

Incestus committitur inter personas sanguine coniunctas, & etiam cum moniali,vt est com.opi. de qua I.Clar.in §.incestus.versicul.sed nunquid.Et pœna incestus est pœna mortis, vt est com.opi.& clericus deponitur,vt est com.opi.Clar.ibi vers.sed quæro. & contrahens incestas nuptias confiscantur sibi eius bona ipso iure.com.est opi.Clar.ibi.ver.& scias,&cõtrahens incestas nuptias sub conditione si Papa dispensauerit valet matrimonium,com.est opi. ibi versi.sed quid si aliquis. Et pœna incestus non habet locum in sponsalibus, sed consummato matrimonio.com.est opi.Clar.ibi.vers.hæc autem. excusarur incestus si contrahens ignorat factum, vt est com. opi.Clar.ibi ver.Excusatur.Nec amittit bona,si ignorabat ius vel factum,com. est opi.Clar.ibi, nec puniuntur, qui incestas contraxerunt nuptias,ignorantes consanguinitatem,qua detecta perseuerant in matrimonio Clar.ibi. Bonacoss.

Incestus etiam committitur, si mulier se committat cum clerico in sacris constituto, vt est com.opi.Clar.in §.incestus. vers. sed nunquid in fin. qui tamen dicit hanc esse simplicem fornicationem. Bonacoss.

Incestus pœna est pœna mortis,com.est opi. Si incestus cõmittatur cum alia fornicationis pœna, puta adulterium, vel stuprum,vt est com.opi. De iure autem canonico, in clerico est pœna depositionis.Sed si incestus committatur,contrahẽdo incestas nuptias,punitur ad formam auth.incestas.C.de incestis nup. quæ non est sublata per auth. bona damnatorum. C.de bo.damnato.vt est com.opin. imo contrahens tales nuptias ipso iure amittit dominium bonorum suorum absque sententia declaratoria, vt est com.opi.& d.auth.an hẽat locũ tantum in incestis nuptiis de iure ciuili tantum, vel etiam de iure canonico.Quidam dixerũt q̃ in vtriusque,vt est communis opinio aliqui verò contra q̃ in illis tantum, quæ de iure ciuili incestæ sunt. Et hanc opinionem communiorem dicit. Clar.in d.§.incestus.versic.sed quæro.quæ sit pœna cum duobus seq.qui subdit,q̃quando absunt doctores ex vtraque parte, qui attestantur communem opinionem, q̃ ante omnia est recurrendum ad consuetudinem tanquam optimam legum interpretem.Soarez verbo incestis.nu.34. Bonacoss.

Incestum committens non vxoratus adulterij pœnas plectitur vt est comm.opi.Soarez vers. incestum. nu.25. vide tamen postea. Bonacoss.

Incestas nuptias contrahentes à rei familiaris amissione iuris vel facti error,etiam ex crassa, ac lata culpa profectus excusat,quamuis à lucri iactura non excuser,vt est com. opi. Soarez verbo incestas.nu.31. Licèt mulier à dotis amissione ob huiusmodi cõtractas nuptias non excusare iuris errorem scribant,vt est comm.opi.Soarez ibi.nu.32. Bonacoss.

Incestis nuptiis, quarum impedimentum parentum alter ignorauit,susceptiliberi,quò ad parentes ipsos legitimi habẽtur,vt communis opin.Soarez.ver.incestis.n.33. Bonacoss.

Incestarum nuptiarum pœnas non illi incurrunt qui matrimonium bona fide contraxerunt ac post impedimentum detectum, in eo constanter nihilominus perseuerant, vt nec illi eas dabunt,qui matrimoniũ incestum contraxerunt quidem: sed coitu nondum absoluerunt.cõia ponunt Did.à Couar.in tract.de sponsa.2.par.c.6.§.8.nu.19.& nu.20.ac I.Clar. in prac. §.incestus vers.hæc aũt pœna & ver.sed pone quin nec illi pœnas vllas eo noĩe dabũt.qui nuptias iure canonico incestas,& iure ciuili nõ incestas ꝺxerint.vt magis cõe humaniter & diligẽter ostẽdit Foller.in prac.crim.Cano.n.96.quẽ refert,& sequitur I.Cla.d.§.incestus.ver.quæro,nec illi denig; eadẽ causa plectantur,qui nuptias, non reuera incestas consanguinitatis ratione,inierint,commune testificantur Boe.dec.264.nu.13. Iul.Clar.d.§.ver.item quæro. E.Suarez.

Incestas nuptias contrahentes,à rei familiaris amissione,iurisvel facti error,ẽt ex crassa ac lata culpa,pfectus excusat:quãuis à lucri iactura non excuset. cõe inquiunt Bald. Nouell in tract.de spon.2.par.c.6.§.8.n.22.I.Cla.in pract.§.incestus.ver. excusat, in fi.Licet mulierem à dotis amissione ob huiusmodi contractas nuptias nõ excusare iuris errorem scribant receptum Abb.in c.etsi necesse.n.7.de donat.inter vir.& vxo.Bell. cons.84.n.3.quos refert & immeritò videtur probare I. Clar. in prac.§.vlt.q.80.ver.dos mulieris.si quidem infligendis pœnis quæuis causa etiam alioquin improbabilis probanda est, vt alibi copiosius ostendo. E.Suarez.

Incestis ex nuptiis, quarum impedimentum parentum alter ignorauit,susceptiliberi quoad parentes ipsos legitimi habentur.commune asseritViui.lib.1.opi.212. E.Suarez.

Incestis nuptiis pœna confiscandorum bonorum.imposita per auth.incestas.C.de nup.etiam hodie durat ipso iure absque vllius declarationis interuentu,vide j.ver.nuptiis.idem.

Incestum qui absque matrimonio committit,adulterij pœnas iure cæsareo dat.commune ait Did.à Couarru. in trac. de sponsa.2.par.c.6.§.8.nu.2.& qui diuersas hac in re communes opi.recensetI.Cla.in prac.§.incestus.ver.sed quæro.E.Suarez.

Incestis nuptiis,quarum impedimentum est, pœna confiscandorum bonorum imponitur.Soarez in ver.incestis.n.35. com.dicit. Bonacoss.

Incestuosi filij liberos,ac sui ipsius nepotes non potest auus hæredes instituere, nec relicto aliquo honestare,vt commune inquint Corse.in sing. vers.fornicario.quem laudat Did. à Couar.in tract.de sponsa.2.par.c.8.§.5.nu.13.in fi. E.Suarez.

PR.inciuile est,parte vna perspecta,tota re non cognita,de ea iudicare.in l.inciuile.ff.de legi.l.non est ferendus.ff.de transactio. Idem.

PR.inclusio vnius est exclusio alterius. l.cum ita.ff.de condi.& demonst.l.Pomponius.§.sed & si is.ff.de proc. Bellon.

PRO.inconstantia reprobatur in l.in causæ.ff.de procur.

OB.Contrà,imò permittitur inconstantia.in l.si sterilis.§.si. ff.de act.emp.

SOL.ibi erãt duæ obligationes,hic vna administratio:ideo non poterat variari.vt ibi no.Bar.Vel dic, q̃ ratione connexitatis prohibetur,vt hic.illic autẽ permittitur propter alternatiuæ naturam, quæ varietatem in debente admittit.leg.cum qui certarum in fi.de verb.obl. Bellon.

Incontinenti pro repellenda violentia rerum illud fieri dicitur, q̃ id sine magno temporis interuallo commodè fieri posset,nunquam se ad aliud extraneum conferendo,&sumpta occasione agressorem repelleret, & ideò qualecunque tẽpus durat, durante hoc præparamento dicetur repulsio facta incontinenti.Hanc Doct. sententiam communem, & ab omnibus approbatam esse inquit Felin c.significasti.2.n.12.quã quoque Hostien.antea ibi.amplexus fuerat,cuius doctrinam Abb.n.9.approbat.ext.de homic.vol. vel casu. sequitur Hier. Schurpf.in cons.100.nu.4.in 3.Centu. Kirchouius.

PR.incorporalia propriè non possidentur.l.seruus.§.incorporales.ff.de acq.rer.dom.l.sequitur.§.si viam. ff.de vsuc.§.1. inst.de reb.corp.& incorp. Bellon.

Incorporalium rerum dominus quin aliquis dici, censerique possit,nihil omnino verat.vt frequenter placitum consiliatuo ex Bart.1.opposit.Paul.nu.5.Alex.nu.4.& nu.6. Soc.nu. 29.Rip.nu.26.Berengar.c.2.nu.12.in l.naturaliter.§ nihil cõmune.ff.de acq.pos.ex Pau.rursus in l.si quis vi.§.differẽtia.ff. illo tit.de acq.pos.atque ex Ang.in l.vlt.ff.vti possidet.& Rhoder.Soarez.in q maioratus. E.Suarez.

Inculpario offensi in mortis articulo facit indicium ad torturam,vt est com. opi.de qua Nouel.in tracta.ad defensam.n. 89.fo.58.aliis s.concurrentibus.Turrius inter cons.cri.cons. 81.nu.27.tom.2. Bonacoss.

PR.indebitum sciens soluens non repetit. l.indebitum. C. de cond.indeb. Bellon.

Indebiti solutio non per errorem facta,tunc demum donationem inducit,cùm & is,cui solutum est,vt indebitum accepit.cõe aio ex Bar.in l.1.nu.2.ff.de don.Paul.nu.5.Ias.n.2.in l. si ego.ff.si cer.pe.Ias.in l.1.n.12.ff.de cond.indeb.Dec.in l.cu-

ius per errorem in pr.ff.de reg.iur.Galeaul.in rub.n.39. ff. de verb.obl.Obstabit tamen semper repetenti exceptio doli mali.vt per Pau.Alex.& Alc.ad finem.in d.l.si ego. E.Suarez.

Indebitum.indebiti condictio per renuntiationem tolli nō potest pulchre Barb.in 2.vol.cons. 16.in 7.col.de quo vide p doct.maxime.Ias.in l. 1.in 2.& 3.colum.ff.de condit.indeb.P. Andora.

Indebitè promissum peti potest cancellari.Rom.cons.278. circa prin. Idem.

Petens indebite solutum habet necesse probare quòd ille cui soluit non erat creditor.Alex.in terminis in 1.vol.consil. 83.in prin.

Promittens scienter.id ad quod non tenet.obligat.l.sed & si quis.§.fi.ff.si quis cau.l grece §.à tutore cum gl.ff.de fideiuss. fac.l.si quid possessor.ff.de peti.hæred.

Secus si ignoranter.Alex.notabiliter.in 5.vol.cons.164.fac. l. si quid indebitum.& ibi Iason.ff.de cond.indeb. idem.

In libello in conditione indebiti.debes.in medio concludē di dicere.Et ignoranter solui ita dicit elegant. Bar.in l.si prius vers. 5.opp. ff.de oper.no.nun.& in l.certi cond.in pr.ff.si cer. pe.&in l.inter.ff.de cond.indeb.refert & sequitur Ang.Are.in §.omnium.instit. de act. Idem.

PR.indecorum est,vt is qui se nescit regere,alios regat.c.in decorum,extra de ætate.& qual. Bellon.

PRO.indecorum est patrem à filio regi.leg.hi qui.ff.de tuto.& curator. idem.

Indefinita in materia probationis, non æquipollet vniuersali Curt.iun.cons. 17.nu. 13.comm.dicit. Villalob.

PR.indefinita æquipollet vniuersali.l. si ita relictum. & l.si pluribus.ff.de leg.3.l.si necessarias.§.si annua.ff.de pign.actio.

OB.Contrà de l.nominatim.ff.de lib.& posth.vbi indefinita singulari æquipollet.

SO.Dic,q̄ indefinita prolata ad personas in odiosis non æquipollet vniuersali,vt in contrario,secus in fauorabilibus.l. si quis ita.§.si quis.ff.de testa.tute.

OB.Preterea obstat,quia omne marmor comprehēdit nō solum rudem materiam marmoris,sed etiam statuas marmoreas.l. 1.de auro & arg.lega.ff &tamen marmor indefinitè ꝓlatum non continet statuas marmoreas.in l.quæsitum.§.illud ff.de leg.3.Item omnis lana tinctam comprehendit.leg.pedi culis.§.Labeo ff.de auro & argen.legat. Lana verò indefinitè non continet tinctam.l.si cui.de leg.3.

SO.Vbi non est eadem ratio,& conditio particularium in vniuerso comprehensorum, propter aliquod accidens non æquipollet vniuersali indefinita:vt tinctura lanę,&species statue marmoreę,nō procedunt ex ipsa rei origine,vel substātia sed ex accidēti hominis operatione,vt in contrariis:secus vbi est eadem ratio,quæ non mutatur per aliquod accidens &vide gl.in c.vt circa.in verbo vniuersorum.de elect.extrà.Bello.

Indefinita oratio, in materia probationis nō par est oratio ni vniuersali.vt commune ait Cur.iun.cons. 17.nu. 13. Alias autem regulariter ac generaliter illi ex benigna interpretatione æquipollebit,& si ex propria verb.signi.nunquam indefinita hæc oratio æquales vniuersali sermoni vires habitura sit. ex Bar.doctrina in l.si pluribus.n.4.ff.de leg.lib.2.quam communiter placitam,esse liquet ex Dec.in l. 1.n. 26.ff.de reg. iur. Io.Crot.in l.omnes populi.n. 167.ff.de iusti.& iur.Gomez in rub.de actio.latissimè Did.à Coua.lib. 1.variarum resolut.ca. 13.n. 5,mouentur omnes per tex.in leg.si seruitus.ff.de seruit. vrb.præd.quem nos aliud velle alibi ostendimus. Suarez.

Indefinita æquipollet vniuersali.f.vbi est eadem ratio.legetres fratres.& ibi no.ff.de pac.l.si pribus.ff.de leg.2.c.solite extra.de maior.& obed. c.vt circa.in ver. aliorum ecclesiasticorum.de elect.in 6.l.si seruitus cū similib⁹.ff.de seruit.vr.præd. Pau.de Catt.in 2.vol.cons. 188.& cons.314.alias 312.Dy.95. 41.Ias.in rub.inst.de actio.in 5.col. & in l. Iulianus. in 10.col. ff.de cond.indeb.Alex.notabiliter.in 4.vol.cons.26.

Et qui totum dicit.nihil excludit.l.Iulianus.ff.de leg.3.l.pedicul.§.labeo.ff.de au.& arg.leg.Bar.in cons.216.incip.Adellandus.Panor.in 2.parte.cons.94.in 4.colum.dec.cons. 61.in 1.colum.

Et officium vniuersale dictionis est vt omnia amplectatur. dec.cons.69.in 3.col.bene fac.quod ipse vult in cons.76.ver. & suadetur.Lud.Ro.cons.31.

Et vbi reperitur.prohibitio precedente termino vniuersali puta nemo.nullus &c.talis prohi..omnes astringit.phi. in c. nemo.de elect.in 6.

Maior est ius vniuersalis quam indifinitę.d.l.Iulianus.Cor. in 4.vol.cons. 172.vers.recedere autem.

Fallit in dicto testis.secundum.Alex.qui multa al.in 1. volu.cons. 110.& inter cætera.alleg.in.noc. & Panor.in ca.auditis.de præscr.& ibi hoc.vult Fely. in 12. col. addo sonz.in l. si quis cum totum.ff.de excep.rei iud.Alex.in 2.vol.cons.68. & cons. 108.Ias.in l.non hoc.in 4.col.C.vnde legitimi.vbi plura al.dicens q̄ miratur.quo.spū.idem Alex. tenuerit contrariū. & male.in cons. 118.in 3.vol.ad 10 Alex.in 3.vol.cons. 112.in 2.col.Cor.in cons. 103.in 2.col.hypo.sing. 171.Cur.iun. con. 17.in pen.& vlt.col.

Aduerte.quia in contrarium facere.videtur.quod dixi j.in ver.probatio.§.70.sed solue.quòd ibi est verbum.totam rem jg.&c. P.Andora.

Et adde q̄ indefinita. æquipolet vniuersali. etiam in teste. quando relatio.habetur ad cap̄m. Ita dec.in cons. 100.ibi circa secundum testem.al.Bal.in l.si defensor.§.qui interrogatus in fi.ff.de interro.act.&Lud.Ro.in l.celsus circa fi.ff.de vsuca. & Are.in l.serui.electione.§. 1.ff.de leg. 1.imo secundum eum etiam quando testis simpliciter deponit intell⁹ dictum eius secundum cap̄m.vt notabiliter.tradit Bar.in l.labeo.vers.sed quæro.quid si testis.ff.de sup.lega.&vide sonz.in l.si quis cum totum ff.de excep.rei iud.char.84.nu.2.& in l.marcellus.ff.ad treb.char.246.nu.9.

Fallit etiam in instrumentis.quia indefinita non æquipolet vniuersali.ita dec.cons. 146.in 6.col.Vt si dicatur.canonici talis ecclesię.constituerunt syndicum &c.& ita volunt doc.maxime Alex.in locis preallegatis.& idem in specie vult Alex.in 2.vol.cons. 198.& in l.rescriptum.ff.de pac.Fely.in d.c.auditis in 12.col.Alex.in 1.col.cons.7.repetito in 2.vol.cons. 198.& in 3.vol.cons. 112.Panor.in c.quoniam de coniug.lepro.

Fallit preterea in indefinita affirmatiue prolata.quia de proprietate sermonis non æquipollet vniuersali. ita dec. cons. 3. in 4.col.al.d.l.si seruitus.& in multis consiliis.Cor.dicit.q̄ indifinita non equipolet vniuersali.ex vi verborum. Sed ex humanitate & fic æquitate.& vbi non est equitas non equipolet & maxime ita dicit.in 2.vol.con. 119.in 4.col.ver. si superior sonz.in d.l.si quis cum totum.

Fallit etiam in odiosis,vt habetur in iurib.s.alleg.& per Soci.in l. 2.ff.de lib.& posth.Ias.in l. 1.col.4.ff.si cert.pet.l.sed etsi possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiur.Soci.d.l.si quis cum totum.

Fallit quoque in manumissionibus.l. 1.§.si seruus.&ibi Hipol marf.ff.de quæstio.Item fallit quando iuris ratio non patitur.Philip.in c.2.de rescrip.in 6.

Indefinita in materia feud.li, an æquipolleat vniuersali. Curt.in tract.feudor.q.4.in fi. idem.

Indicium remotum à maleficio non est sufficiens ad tortu ram.Mar.Ant.de ind.nu. 150.commu.dicit in repe.l.fin.ff.de quæstion.

Fallit in indicio, quòd sit solitus delinquere. Idem ibi nu. 148.com.dicit.

Fallit secundo,in graui inimicitia licet non idem ibi n. 175. comm.dicit. B.Villalob.

Indiciorum copia danda est reis. Io.de Ripa.C.de edend.l. 2.nu.8.comm.dicit. idem.

Indicium omne, præsertim cùm à facto ipso est remotum, duob.testib.probari debet commune aiunt Soc.cons. 54.n.2. lib.4.Io.Amicis cons. 127.nu. 10.ac latius Iul.Clar. in prac. §. vlt.q 22. E.Suarez.

Indicium quęstioni seu tormentis idoneum abundè suggerit delinquendi consuetudo. vt frequenter placitum inquit Marc.Ant.de ind.nu. 148. quamuis verius contrarium affirmet cum Hip.Iul.Clar.in pract.§.vltim.q.64.versic. sed pone idem.

Indiciorum copia reo facienda est.commune pronunciant Rip.in l.2.num.8.C. de edend.& qui id accurratè & copiosè declarat Iulius Clar. in pract.§.vltim.quæst.49. cum sequent. E. Suarez.

Indicium non oritur contra reum ex dicto inimici maximè si inimicitie sint capitales,secūdum communem per Bursat.cons.20.nu.34.lib.1.

Indicare delictum vt minis,&præmiis allicientur,qui nouerint,& cum ab ipso delinquente nouerint,indicare non tenebuntur,nec eiusmet delicti participes præmiis pollicitis fruētur,imò puniri etiam poterunt,quemadmodum & illi,qui delinquentem non conuicerint. communia ponit accuratè & copiosè Iul.Clar.in pract. §.vlt.q.27. E.Suarez.

Indicium debet probari per duos testes.ita concluditur ex gl.in l.fi.in verb.vel indiciis.C.famil.erciscund.quam Doctores communiter sequi dicit Angel.de castro inter cons.crimi nal.diuers.cons.94.nu.26.lib.1.Soci.cons. 52.nu.2.libr.4. Michellus patrocinio.46.nu. 13.Intellige si illi testes non deponerent

Universidad de Deusto Biblioteca

nerent de vsu ipsius maleficij, sed aliquo actu remoto vel etiam proximo ipsi maleficio.ita dicit communiter intelligendam dictam gl.in l.fi. Soc.cons.54.n.2.lib.3.Marsc.cons.59.n.6.Si verò testis deponeret de ipso delicto & de visu, tunc etiam vnicus talis sufficeret, & faceret indicium ad torturam. ita communiter approbari.dict.gloss.dicit Rol.cons.7.nu.3. lib.1.& ita communiter seruari dicit Albe.in l.si quis.C.ad legem Iul.Maiest.nu.1.Cepol.cont.crim.40.in 4.dubio.Et hanc distinctionem dicit esse canonizatam in iudiciis & in scholis. Alciat.consil.455.nu.1.Clar.d.§.fi.q.22.per tot. P.Fichard.

Indicium in materia criminali propriè appellatur q̃ plus sit quàm simplex præsumptio,& minus quàm semiplena probatio.ita Doctores communiter tenere attestatur Corn. consil. 101.in litera L.lib.2.Clarus d.l.5.§.fi.q.20.in pr. P.Fichard.

Indicia & præsumptiones contra acculatum licet sint indubitate,tamen non debet propterea aliquis condemnari. communem dicit Decius consil.175.num.8.vers. præterea etiam. Marsc.rubr.de probat.num.237.in fi.Nouell. in practica crim. nu. 34. Alij tamen dicunt si agatur ad pœnam pecuniariam. q̃ possit reus ex indiciis indubitatis etiam criminaliter condemnari.& ita communem attestatur Gratus.consil.136.nu. 22.lib.1.secus si agatur de pœna corporali. Alij dicunt quod neque pecuniariam neque corporalem pœnam iudex ex eo casu imponere possit.vt tenet Inn.in cap. quia verisimile.nu. secundo.de præsumpt.quem dicit communiter sequi Doctores.Marsil.in l.prima.§.diuus Adrianus.n.25.ff.ad legem Cornc.de sicar.Cauens.super ritu magnæ curiæ.274.nu.15.Paiac.Ruuios in allegatione hæreseos.§.11.& Iacobi.in rub. de probat.nu.7. prout illos refert Plaza.lib.1.delict.ca.14.nu.3. in fin.Duennas regu.303.in med.Alij verò dicunt q̃ quidem corporalis pœna non possit imponi, sed pecuniaria tantùm. & ita communem esse testatur Carer.in pract.crim.nu.56.idē attestatur Boss.in tit.de conuictis.nu.34.& seq.affirmans q̃ ita seruetur in practica, & q̃ iste est communis sensus Doctorum.Alij dicunt totum contrarium,q̃ scilicet reus ex indiciis indubitatis sit condemnandus,neque pœna mitiganda, & ita attestari videtur Bellamera.decis.689.vers.ad vndecimum dico. Idq̃ue maximè procedere in delictis occultis, & difficilis probationis,& tractatibus secretis, & in quibus veritas clari' haberi non potest.ita communiter teneri attestatur Pract.Carer.vers.ex quibus,Refert Clar.lib.5.sent.§.fi.q.20. vers. scias tamen. P.Fichard.

Indicium ad torturam facit vnus testis contra reum,etiam aliàs inhabilis, & minus idoneus quoad inquirendum. Clar. q.21.vers.vnus communem dicit Paris.consil.151.num.1.& seq.in 4.vol.Et facit indicium ad torturam contra personam vilem,licet duo testes requirantur,qui deponerent à remotis Cyrillus in summa criminali tit.de quæstionibus.§.5.num.8. fol.153. Bonacoss.

Indicium ad torturam facit testis,qui dicat audiuisse percutientem Caium de nocte, & dicat se cognouisse ad vocem, si notam vocem habebat Titij adeo vt decipi non poterat,vt est communis opinio.Clar.q.21.vers.sed quid.Et si dicat vidisse talem committentem delictum de nocte,non facit indicium ad torturam,nisi deponat q̃ lucebat Luna,vt est com.opinio. ibi. idem.

Indicium facit socius ad torturam, vt est communis opin. In casibus tamen,de quibus per Cla.d.q.21.ver.dictum socij. Regulariter autem dictum socij criminis non facit indicium ad torturam,cōtra socium eiusdem criminis,nisi contra eum alia sint indicia, & ita communiter tenetur Nouellus in trac. ad defensam.fol.57.nu.83.Interrogari autem socius,super sociis non debet, vt est communis opinio. nisi in criminalibus exceptis.Clar.ibi ver.seq.Et ibi ponit,quando socius faciat indicium contra socium ab eo nominatum.Et ibi dicit Clar. q̃ iudex nunquam debet interrogare socium de sociis nominatum non præcedētib.aliquibus indiciis,quia esset potius suggestio,quàm interrogatio,& faceret processum nullum.vide omnino Clar.ibi. Nec est sufficiens dictum socij indicium ad transmittendum inquisitionem reo, nisi in casibus exceptis. Clar.ver.si verò ad assumendas autem informationes dictum socij,quiv ltra illud crimen esset periurus,facit indicium ad inquirendum,sed non ad transmittendum inquisitionem.Clar. ibi.vers.scias.tamen,communem dicit. Et talis nominatio socij criminis in casibus non exceptis,non facit indicium ad torturam,sed solum ad inquirendum Licet aliter se habet cōsuetudo,quod torqueatur nominatus.Et in criminalibus exceptis talis nominatio concurrente aliqua præsumptione, facit indicium ad torturam,vt est comm.opinio.Clar. ibi vers. sed quid. idem.

Indicium non facit dictum mandatarij contra mandātem committi delictum,nisi alia concurrant,vt est com.opi.Clar. in q.21.vers.& ex hac. Licet in criminibus exceptis leuiores suspiciones sufficiant. idem.

Indicium faciunt duo socij criminis contra socium.non autem ob hoc potest condemnari,vt est com.opi.Cla.q.21.ver. sed pone.Et debent esse iurati,vt est comm.opi.Clar.ibi. ver. quæro nunquid.Et ad hoc, vt dictum socij faciat indicium ad torturam,debet esse tortura confirmata.Clar.ver.scias etiam. Et adeò non facit indicium ad torturam, socius criminis nominans socium.Etiam si persona nominata esset malæ famæ, vt est com.opi.de qua Roma.in l.& si certus ff.ad sylla.gl.Anto.de Tremol.ad Bonacur.tit.quibus mo.suo no.for.41.Nisi in casibus expressis.vt ibi. Bonacoss.

Indicium non facit ad transmittendam inquisitionem reo assertio vulnerans,qui reconualescit.Nisi ad inquirendum,& ad assumendas informationes cōtra impuratum.Secus si moriturvulneratus,& in morte asserat se vulneratum fuisse à tali, quia talis assertio est sufficiens ad inquirendum, ita practicatur.Clar.q.21.vers.assertio.Est etiam sufficiens ad excusandū à calumnia & temeritate hæredem mortui,qui motus est ad excusandum eum,qui fuerat diffamatus à vulnerato committente,vt est com.opi.Clar.q.21.vers.assertio. Ad condemnationem autem non est sufficiens. Nam talis assertio vulnerati morientis,non probat plene delictum,vt est com.opi.Clar. ibi vers.præfato. Nec facit talis assertio vulnerati indicium ad torturam,vt est com.opi.Clar.ibi. Bonacoss.

Indicium facit ad condemnationem fuga militis in bello, vt est comm.opi.Clar.d.q.21.ver. fuga. Item fuga facit suspectum furorem,vt est comm.opi. ibi. Item fuga facit semiplenam probationem in his,quæ,aliàs requirunt plenam probationem,vt est com. opi. ibi. Et hoc intellige in fuga ante formatam inquisitionem, vel assumptas.de eo informationes,secus si post.quia non est sufficiens ad torturam,vt est com.opi. Et hæc omnia intellige in causis capitalibus, secus in non capitalibus,quia fuga cum fama publica facit indicium ad torturam.& si quis ante vel post inquisitionem,vel assumptas informationes se presentat,magna est innocentiæ suæ presumptio & elidit omnia indicia contra eum,vt est commu.opinio.ibi. idem.

Indicium etiam ad condemnationem facit fuga incarcerati,qui effracto carcere,& ruptis vinculis arripit fugam.si tamē reuertitur,non sufficit ad condemnandum,sed ad torquendū valde,vt est comm.opi.Clar.in d.q.21.vers.3.& fuga facit contra reum plenam probationē, si est legitimè in carcere detentus,aliàs non.quia tunc potuit licite fugere nec aliàs tenetur redire,vt est com.opi.Clar.ibi. Etiam si iurasset redire. Et hæc intellige de fuga in carceribus publicis, secus si de priuatis aufugit carcerib.com.est opi.Nec habent locum predicta in rentante aufugere,vel in eo.qui carceres apertos inuenit,vel qui carceres frangere cœpit,& tentauit,vel qui fractis carceribus rediit,vt est comm.opi.Clar.ibi. idem.

Indicium contra officialem,qui fugit,fuga facit.qui voluit syndicari, & ideò in litem syndicatorib. quærelantibus iuramentum deferri potest,comm.est opi. Clar.q.21.vers. præterea. idem.

Indicium facit grauis inimicitia,capitalisve,sed non leuis, comm.est opi.vt possit inquiri, & inquisito reo transmiti. Et ad assumendum informationes,comm.est opi.Clar.q.21.ver. inimicitia. Inimicitia autem non facit indicium ad torturam aliquo pacto.Clar.q.21.ver.inimicitia.& est comm.opi.Bene tamen ob inimicitiam communiter captura, & assumuntur informationes,& iudex debet arbitrari,q̃ faciat sufficiens indicium,inspecta qualitate personarum & delicti. Et facit etiā indicium ad torturam inimicitia,quando delictum fuit clam commissum,& nullus alius imputatur. idem.

Indicium facit contra confitentem sufficiens ad torturam, quando delictum fuit clam commissum,& nullus alius imputatur. idem.

Indicium facit contra confitentem sufficiens ad torturam confessio extraiudicialis,vt est comm.opi.Clar.d.q.21. versi. confessio.Potest tamen reuocari,docto de errore. idem.

Iſtud intellige verum ſi motu proprio. ita fiat. Secus ſi fuerunt inuitati ad vnum feſtum. & poſiti ad vnam mẽſam. nam non intelligitur remiſſa iniuria quia ex quadã honeſtatis neceſſitate ita fec. ita Io. Fab. in d. §. fi. & ibi Ange. Idem ſi recepit eum ad oſculum pacis in eccleſia. non potuit ſalua honeſtate recuſare. clem. fi. de ſent. exc. Barb. in 4. vol. conſ. 80. in 8. & 9. col. idem.

Iniuria cenſetur remiſſa per grata ſeruitia. Bal. in l. in ipſius C. fam. erciſc. Iaſ. in d. l. ex hoc iure in 16. col. & ſeq. & in l. 1. in 2. col. ff. de pac. & in l. ſi non ſortem §. libertus in 5. col. ver. vn decimus ff. de cond. indeb. Ang. in. §. item propter inimicitias inſti. de excu. tut.

De aliis modis per quos remittitur. iniuria vide per Alex. & Jaſ. in d. l. 1. in 2. col. ff. de pac. & per Alex. in d. l. non ſolum §. i. de iniur.

Habetur aliquid per Bal. in l. athlete. §. dat remiſſionem. ff. de excuſ. tu. idem.

Iniuria cenſetur remiſſa. per illum qui deceſſit ab inteſtato ſi reiter. poterat iniuriantem priuare ſua hęred. Ale. 5. vol. cõſi. 63. ver. item quia filius, &c.

iniuriam remiſiſſe videor ſi inſteti iniuriantem torqueri. Alex. in l. ſed ſi vnius §. 1. ff. de iniur.

Remittens iniuriam non videtur remittere damnum ex iniuria paſſum. Alex. in 2. vol. cõſ. 168. al. Dy. & Bal. in l. ſi pro fure in prin. ff. de cond. fur. per l. ſed ſi vnius §. ſi à me. ff. de iniur. & no. Bal. in l. ſi tibi x. millia §. 1. ff. de pac. Ideo ſecũdum. eum dicit Bal. q̃ ſis cautus vt facias tibi remitti non ſolum iniuriã. ſed etiam damna & intereſſe.

Et idem Bal. in l. domus ff. de ſerui. vrb. præd. plus dicit q̃ ſi remitto iniurias expulſiones & deuaſtationes. non videor remittere damna & intereſſe. & ſubiic. iſtud eſſe de mente. Spec. in ti. de accuſ. §. 1. ver. quid ſi vulneratus.

Addo Fel. in c. de his. ver. vlt. limita. ext. de accuſ. & Iaſ. in l. 1. in 2. col. ff. de pac. faciunt not. per Barb. in 2. volu. conſ. 16. in 14. col. Et ita vult Alex. in 5. vol. cõſ. 20. in 2. col. in prin. quod eſt idem quod illud conſi. 168. Pan. in c. 1. de iniur.

Talia. n. remittere non tenetur ſed ſolum rancorem. Pan. in c. 1. de maled.

Limita ſi petatur & non aliter. Pan. in c. 1. de iniur.

Limita niſi remittens iniuriam dixiſſet q̃ faciebat plenam remiſſionẽ. ita Iaſ. in d. l. ſi tibi §. quædam. ff. de pac. & in l. poſthumo. in 19. col. C. de contra tab. al. multa no. addo. Fel. vbi ſ. prox. Et ita poteſt intelligi. dictum Bal. in l. in metallum. C. de bo. præſcrip.

Limita etiam quia non poteſt petere penam pac. rupte. Bal. in l. peculium. §. ſi ere. ff. de pecul. idem.

An autem rancor remittendus ſit. & an per confeſſionem factam ſacerdoti videatur remiſſa iniuria. vide Iaſ. in d. §. quædam. Ang. in §. fi. inſti. de iniur. Idem.

Sed an tutor poſſit remittere iniuriam? Iaſ. in d. §. quædam in fi. dicit quòd non. quando eſſet dedecus pupillo. all. Bal. & Sal. in l. pactum curatoris. C. de pac. & ibi ipſe Iaſ. ſubdit q̃ verecundia eſt remittere. iniuriam inultam. al. l. miles §. ſocer. ff. de adul. quem tex. ad hoc al. pro optimo. Ang. in conſ. 247. in cip. in ſplendidiſſima ciuitate florentiæ. qđ tñ ſñ eſt. 248. Idẽ.

Prælatus non poteſt remittere iniuriam in quantum concernit eccleſiam. Card. in cle. vnic. in 6. no. de ſo. compe.

Nam iniuria illata clerico cenſetur illata eccleſiæ. Pan. in c. poſtulaſti nu. 3. de iud. vide ſ. in §. 19. Idem.

Iniuria remiſſa non poteſt amplius ſuſcitari Ang. in §. fi. inſti. de iniur.

An pupillus vel adultus poſſit remittere iniuriã. vide Bal. in l. 1. C. de in integ. reſt. mino.

Qualiter dicantur plura verba iniurioſa. vide Bar. in conſi. 108. incip. In quæſtione vertente. vbi concludit q̃ quãdo plura verba iniurioſa tendunt ad idem eſt vna ſola iniuria. addo Bal. in 4. part. conſ. 353.

Vide etiam Ang. & Augu. in tract. male. in verbo verba cõ tumelioſa in 3. col. Alb. in 2. par. q. 39. Idem.

Licet liberum corpus æſtimationem non recipiat. poteſt tamen agi ad expenſas ſi aliquis ex vulnere illato debilitatus remaneat. vt eſt caſus in l. ſi. ff. de his qui deie. vel effu. & inſti. de obli. quæ ex q̃ delic. §. pen. alias §. item is. & ibi Ang. & ita vult Ang. are. in tract. Malef. in verbo. Nec non ad querelam. col. 4. addo Lud. Ro. in conſ. 278. & Spec. in ti. de iniur. §. ſequitur. ver. ſed nunquid el 1. & ibi Bal. in verſ. 1. Pan. in c. 1. de iniur. vbi omnino vide. Ang. in §. ex maleficiis. in 6. col. inſti. de actio. Bal. in l. qua actione. ff. ad l. aquil. Idem.

Et tale intereſſe poteſt probari per iur. iniuriam paſſi. taxa. iudicis præambula. ar. l. videamus. §. pen. ff. de in litem iurando. ita vult glo. ſecundũ aliquas lect. in l. iniuriarũ. ff. de iniur.

Sed Bar. ibi tenet q̃ potius fiat æſti. iudic. officio. al. l. ſed ſi vnius §. ſeruus meus. ff. de iniur.

Et in materia an intereſſe. poſſit probari per iur. vide ĵ. in verbo intereſſe. §. Idem.

Nota q̃ non ag. actione iniuriarum vbi actum eſt crimina liter, niſi aliter fiat proteſtatio l. ſed ſi vnius §. ſed ſi ante. & ibi Bar. ff. de iniur. & vult Ang. are. in tract. Malef. in verſ. nec non ad quærelam. in vlt. col. vbi Aug. dicit q̃ Bar. ibi nõ dicit. ſed q̃ eſt Angel. qui ponderat illum tex. & q̃ ibi certe eſt caſus all. etiam Bal. in l. 1. ff. de in ius voc.

Fac. quod vult Ang. conſ. 250. in 2. col. ver. 2. præmitto.

Poſſet tamen poſtea agere. actione. l. aquil. pro emendat. damni Capo. cau. 31. Idem.

Quæ dicatur iniuria perſonal. & quæ real. Barb. in 4. volu. conſ. 111. in 8. col.

Et ſcindendo veſtes an dicatur offenſa perſonalis. Alex. in l. 1. §. opus nouum. de oper. no. nun.

Et an iniuria verbalis dicat offenſa. vid Alb. ĩ 2. par. q. 173.

Iniuriarum act. an teneatur. qui bãnitum reſtitutum appellat proditorem. vide in ver. Bannitus. §. 2.

Iniuriarum agi poteſt licet iniuria in abſentia illata fuerit Panor. in c. 1. de maled.

inirria tanto dicitur atrocior quanto coram plurib. facta eſt Panor. in d. c. 1. Idem.

iniuriarum act. tenetur. qui conducx. operarios in re aliena Alex. in l. de pupillo §. nunc. in 4. col. de oper. no. nun. Idem.

iniuria poteſt inferri cadaueri. & defuncto. Ange. in §. 1. inſti. qui manu. non poſ. Idem.

iniuria poteſt inferri etiam facien. bonum Bal. l. ſi ſeruus. §. & ſi puerum. ff. ad l. aqui. Idem.

iniurias remittere, ac pacem facere nemo vel à iudice, vel à totius prouinciæ gubernatore cogi poteſt. cõe inquiunt Hip. conſ. 98. in 6. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 88. verſi. vlt. Si eas tñ in conſcientię foro, vel alibi ſimpliciter remiſerit, ac pacem quõcunque ſimpliciter fecerit, nõ idcirco damna ẽt, nec id quod intereſt, ac gñaliter ad rem pecuniariam pertiner, remiſiſſe intelligetur. cõe aiunt Io. de Amicis cõſ. 88. n. 14. I. Clar. d. q. 88. ver. quæro qño, & ver. ſeq. Videbitur autem iniuriam condonaſſe, qui poſt illatã à conuerſatione eius non abſtinuerit, qui in ipſum fuit iniurioſus, vt frequenter placitũ affirmãt Placa, & q eum refert I. Cla. in prac. §. iniuria. ver. itẽ tollitur. E. Suar.

Iniuriam, qui in aliquem infert, quæ vera ſit, cuiuſque enũciatio & vtilis reip. ſit, & poſtea ab inferente probetur, iniuriarum nõ tenebitur: quãuis proculdubio tenebitur, ſi vel iniuriam nõ probet, vel eius cognitio vſui reipublicæ nõ ſit, tametſi veriſſima ac certiſſima habeatur. cõe pronũciat Boer. poſt conſuet. Bitur. conſ. 1. placa lib. 1. de deli. c. 1. n. 3. I. Clar. in practi. §. iniuria. verſic. item quæro. E. Suarez.

Iniuriam illatam parentibus pupilli, vel adulti remittere, ac pacem de ea facere curatores poſſunt & tutores indiſtinctè, ſi vtilitas maior ſit, quam vindictam ſumere, vt eſt communis opin. Soarez verbo iniuriarum. nu. 81. Bonac.

Iniurias

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniurias remittere quiuis cogi non potest à iudice guberna toréve, vt est communis opi. Soares versi. iniurias. Rimittens tamen iniuriam, etiam in foro conscientiæ, damna & interesse, & quæ ad rem pecuniariam spectant, consequi poterit, vt est communis opi. Soarez ibi n. 53. iniuriam autem remisisse is censetur, qui cum iniuriante conuersatur, vt est communis opi. ibi nu. 84. Bonac.

iniuriam notoriam quis, qui superiorem cognoscit punire potest, vt est com. opin. Soc. in c. innotuit, de maledicis. nu. 14. Et iniuria fit tripliciter. re, verbis & literis, vt est communis opin. Socin. in rub. de iniur. n. 3. Bonacoss.

iniurians si dicat se pœnitere, aut se dixisse calore iracundiæ, aliqui dicunt communem esse ꝙ non sit puniendus vt Io. Arno. epito. 58. Quum sit communis. Sed Clarus non credit esse communem, iuxta ea quæ dixit in lib. 5. §. fin. q. 60. vers. est etiam. & q. 16. vers. item quæro, & q. 60. vers. fuit quandoque. teste Aufre. decis. 409. quem refert Mantua. cons. 77. lib 2. hæc Clar. d. lib. 5. §. iniuria. ver. si. P. Fichard.

iniurians si protestetur super iniuria, vt si dicat, Tu mentiris, saluo honore, tuo, &c. talis protestatio non releuat, secundum Bar. in l. si quis extraneus in prin. n. 3. de acq. hæred. Guido Pap. decis. 465. Si verò subessent coniecturæ per quas talis protestatio adiuuaretur, ꝙ scilicet non habuisset animum iniuriandi. tũc talis protestatio prodesset. cõmunem dicit Soci. cons. 118. n. 5. in fi. lib. 1. Old. cons. 53. n. 3. Clar. d. lib. 5. §. iniuria. ver. sed pone. P. Fichard.

iniurians non ex hoc liberatur, ꝙ iniuriam proferat, nisi id sciret, quod reipublicæ interest. communis est opi. Burs. cons. 94. nu. 29. Bonac.

iniuriosa verba alicui exprobrans etiam vera, animo tamen iniuriandi proferens nec sit reipublicæ vtile scire. tenetur iniuriarum (vt dixi) & est communis opi. Placa. Epit. delicto. c. 1. n. 3. Couarru. variarum resol. c. 2. n. 6. li. 1. Fallit si dicebat causa se iactandi, puta dicendo mulieri. Ego non adulteraui, nec feci homicidium. Vber. de Bobio. cons. 7. inter cons. criminalia. Secus si causa vituperandi. Corn. cons. 80. volu. 3. Ias. in l. si quis extraneus. ff. de acq. hæred. n. 7. Aiberi. in q. ad statu. in 2. par. q. 4. Bonac.

iniuriosa verba si aliquis mihi dixerit, possum illi iniuriosè respondere, tex. est in l. qui omnia in §. sed si aduersarius ff. de procur. vbi Bar. not. Ita Nat. cons. 6. viso processu 2. col. n. 5. vbi etiam nu. 6. dicit, ꝙ culpa semper ascribitur prouocanti, & sic cum quis vtitur retorquutione conuitij: illius verba prolata non debent capi ad arguendum aliquod delictum, ex not. per Cur. in l. si. ff. quod quisque iuris vbi refert plura exempla in mat. iniuriarum. et 1. dicit, ꝙ si quis opponat contra testes ꝙ sunt infames, criminosi non potest conueniri actione iniuriarum quia facit gratia iuris sui defendendi, quod limita solum procedere quãdo ille exceptiones erant vere, aliàs secus, vt ibi per Alex. circa quod cadit necessaria dubitatio, An generaliter dicens alicui iniuriam quæ vera sit, possit conueniri actione iniuriatum? tex. videtur ꝙ non in l. eum qui nocẽtem ff. de iniur. In contrarium est communis opi. regulariter vt p Fel. in c. cum te ad fi. ext. de re iud. vbi dicit, & in proposito videtur Regula ꝙ veritas conuitij non eximit ab actione iniuriarum, l. 3. C. de officio recto. prouinc. fallit 1. vbi dicitur verum est causa puta correc. fallit. 2. si dicitur vt à proximis auferatur nocumentum corporale, puta tu es leprosus fallit. 3. vt auferatur nocumẽtum spirituale, ne forte ordinetur fallit. 4. vbi dicitur verũ in iud. Ratio istorum casuum est, quia hæc ratio datur contra illum qui animum iniuriandi habuit, l. si non conuitij C. de iniur. secus si non causa iniuriandi, quod cognoscitur ex cõiecturis prędictis, hęc ille, & notabis inquit Cur. illum tex. probantem, ꝙ pro qualibet minima iniuria potest quis conueniri actione iniuriarum per quem tex. aliàs quidam fuit condemnatus vt ibi, & vide eundem Cur. d. l. fi. n. 5. vbi ꝙ retorquutio retorquutionis fieri non potest, & ꝙ si tu dicis mihi iniuriam, & ego dicam, tu mentiris, non potes tu dicere ꝙ ego rementior, quia ista dicitur retorquutio retorquutionis, & ita dicit in specie decidere Paul. Cast. ibi, & sequitur communiter Doct. moder. quod est sanè intelligendum, quando ego licite dixi tu mentiris & n. 6. ibi ꝙ si aliquis dicat alteri iniuriam licet ipse possit dicere tu mẽtiris & hoc modo retorquere, non tamen sibi est licitum dicere aliam diuersam iniuriam, & si dixerit, vterque potest conueniri actione iniuriarum Ita in specie Spec. in ti. de accusatore n. 11. vbi ꝙ si te vocaui latronem & tu me quisque nostrum agere potest de sua iniuria. sequitur Alex. d. l. fi. col. vl. quem alleg. Cur. d. l. nu. 6. & in l. 1. col. 5. n. 20. eod. tit. ff. quod quisque iuris vbi ꝙ est communis conclusio, ꝙ iniuriam iniuria repellere non licet, vt probat tex. in l. neganda. C. qui accus. non possunt & cõcludunt communiter Doc. relati per Fel. in c. dilecti col. 5. ext. de excep. quicquid dicat Ias. in l. vt vim col. fi. ff. de iust. & iur. pro resolutione inquit cur potes dicere altero de duobus modis, 1. ꝙ ista reg. solum procedit in iniuria verbali, non autem in reali, vt habetur in d. l. vt vim ff. de iust. & iure. & ꝙ verbalis potest retorqueri vt dicit Bar. in l. quæ omnia. §. 1. ff. de procur. dicendo tu mentiris, vide latius ibi & melius Fel. in d. c. dilecti col. 5. & 6. & ibi n. 10. ꝙ prouocatus delinquens non excusatur regulariter quicquid dixerit spec. alleg. per Abb. ibi, & ꝙ dicenti mihi iniuriam non possum quasi defendendo dicere aliam, sicut etiam iniuria corporali non licet percurere percutientem quando non fit defendendo, sed potius vindicãdo, c. significasti il 2. de homi. quia nemini fas est propriam iniuriam vleisci C. quando lic. sine iud. se vend. in rubro & nigro. Non obstat prædicta l. 1. §. cum arietes. ff. si quad. paup. feci. dic. vbi imputatur Arieti prouocanti, quia loquitur in animali irrationali cuius iram non potest ratio compescere ad limites moderate defensionis, Trib. tamẽ modis declaratur istud de prouocatione non excusante. 1. nisi prouocatus dicat verbum iniuriosum animo se defendendi, puta iniurianti dicat, mẽtiris vide ibi plura alleg. & si dico testem esse infamem vel Ribaldum & similia, non teneor de iniuria, quia facio defendendo, & ꝙ iste dicens mentiris, excusetur, quia prouocatus: firmat Abb. in c. cum te. col. 11. ibi ego vero ext. de re iud. Restringe tripliciter inquit Fel. 1. dummodo dicens mentiris dicat verum, ita Old. cons. 54. consueuit dubitari & Anch. consi. ibi alleg. 2. Restringe ꝙ mihi dicenti mentiris non potest replicare ꝙ mentior. 3. Restringe dummõ dicens mentiris protesterur ꝙ non intendit iniuriari sed istud ñ tenetur. Aut. n. dicit verum, & non est iniuria, Aut dicit falsum protestatio non iuuat propter dictum Bar. ibi alleg. ꝙ protestatio nõ iuuat dicentem mentiris saluo honore, quia verbum iniuriosum denotat ꝙ non reueretur honorem alterius, Si aũt verum dicit protestatio fuit superflua, vide latius Fel. vbi s. d. c. dilecti. n. xj.

iniuriatus an cogatur, vel teneatur in foro pœnitentiæ remittere actionem iniuriarum & facere instrumentum pacis offensori, vt possit impetrare gratiam à principe. vide quod scribit Did. resol. lib. 2. c. 10. & dic ꝙ non, fm magis commun. ex auctoritate D. Hieronymi in c. officia & c. non est iniquitatis 23. q. 5. & in c. legi 23. q. 8. cui cõueniunt quæ apud D. Th. habetur secunda secundæ q. 25. ver. ad nõuum dum docet signa dilectionis ex præcepto, & ex necessitate charitatis, esse exhibenda in communi inimicis veluti ꝙ quis teneatur orare pro toto populo, & pro omnibus fidelibus: in speciali verò secus sit nisi in articulo necessitatis, illo arg. vt si furierit inimicus, ciba eum. si sitit, potũ da illi. Cæterum, si beneficia exhibeantur inimicis præter causam necessitatis pertinet ad perfectionem charitatis, & hanc q. etiam determinat Abb. in c. 1. in fi. de maledic. imo etiam rancorem, seu odium non teneri remittere nisi petenti tradit ex no. per Bar. l. fi solum. §. iniuriarum actio. ff. de iniur. in l. si tibi decem §. 1. de pact. ex dictis Magistri. sen. libr. 4. distinct. 30. & qui Abb. sequitur Bart. vbi s. inferentem ꝙ si infirmus dicat sacerdoti, remitto iniuriam mihi illatam per talem, censetur remisisse odium, non satisfactionem iniuriæ, Adde tamen Card. Alex. in c. si quis contristatus. 90. dist. vbi ꝙ offensus à seipso in animo suo, debet remittere odium, licet offendens non petat, imò etiã eo nolente satisfacere tenetur offensus odium remittere non actionẽ iniuriarum. faciunt quæ scribit Ias. cons. 23. col. 1. lib. 1. Fel. in c. de cætero. n. 10. de testib. Item adde Aug. tract. malefic. ver. comparent & in termino. n. 28. vbi apostil. dicit communem vt si in foro pœnitentiali per iniuriatum sit remissa iniuria, hoc prosit in foro iudiciali. Quam opi. veram dicunt doct. si dicatur, facio plenam remissionem, teste Rol. cons. 45. nu. 28. li. 4. secus si fiat simpliciter in foro pœnitẽtiali, vel cõscientiæ ex not. per Rol. ibi. & vide quæ scribit Bart. vbi doct. in apostill. in l. non solum. §. iniuriarum actio. ff. de iniur.

In ius vocando. Libellus sic formari potest. Propono ꝙ Alex. est filius meus. & ꝙ me inuitum in iud. coram vobis. Spe. domino iusdicente Pinerolij traxit & vocauit, absque veniæ petitione Minusque impetratione: ob quod in edicti pœnam incidit.

Quare peto eum condemnari. & cogi ad mihi dandum. & soluen. quinquaginta aureos. ex causa pene prædicte. istam formam ponit Ang. are. in §. penales. insti. de actio.

Addit ibi Ias. in 17. col. Aliud verbum, videlicet, propter quam citationem ad iudicium veni, vide ibi per eum.

Et in materia an filius etiam emanc. possit in ius vocare, &c. vide Ang. in §. ius autem. insti. de patr. pote. P. Andora.

Nouere

Universidad de Deusto Biblioteca

Noueca non potest in ius vocari.glo.in l.generaliter.ff.de in ius voc.Ias.in l.1.C.eo.

Limitat Ias.viuente patre.alias secus.al.l.de his.C.de fur. & l.si nondum.C.eo.de fur.

Subiungit tamen.q̃ contrarium est verius.al.Fulg.& Alex. in d.generaliter.vbi etiam ipse Ias.in fin.& in d.§. penales.in 13.col. P.Andora.

Filius naturalis aut incestuosus.an possit impune in ius vocare patrem.Ias.in d.§.pœnales. in 11. col. & seq. & Tenet in naturali quòd non.

Secus aũt in incestuoso,& nato ex coitu damnato& accusabili.al.multa quæ vide.Et idem vult.in l.adoptiuum. quam legit cum §.prætor ait in fi.ff. de in ius voc. de quo etiam habetur per Ang.in d.§.penales.in 4.col. idem.

Pater spiritualis. & sic patrinus an possit impune in ius vocari.Ias.in d.§.penales in 12.col.adduc.plures auctoritates tenentium.quòd sic.

Ipse tamen dicit cõmunem opi.esse in contrarium.de quo etiam per eundem in d.l.generaliter.& per phi.in c.postremo in vlt.col.ext.de appel.Alex.in 3.vol.conf.42. Idem.

Quid de ciuitate & religios.vide Ias.in d.§.pœnales.in 13. col.vbi in ciuitate firmat. q̃ nõ possit vocari in ius sine venia. in sacerdote autem relinquit cogitan. idem.

Idem in socero & socru.Ias.vbi s al.gl.in d.l.generaliter. & Spec.& Io.And.in ti.de actore.§. 1.ver. sed nunquid edictum.

Ampliat Ias.procedere.etiam soluta affinitate.al.Alex.in d. l.generaliter.

cõtrarium in hoc.vlt.tenet.Ang.in §.socrum insti. de nup. & in d.§.penales.in 5.col. idem.

Quid in clerico & monacho.in casib.in quib.possunt conuenire.mon.vel abbatem?Ias.vbi 8. tenet quòd requi. petitio venie.Addo Lud.sing.550. Idem.

Quid in vxore. Alex.in d.l. generaliter. dicit q̃ non requi. venia.& sequi.Ias.vbi 5.in prin. 14.col. idem.

Magistratus tempore officij.non potest in ius vocari.Iaso. in l.2.ff.eo.vbi hoc limitat. procedere.dum est in magistratu. secus si cit.refera.ad aliud tempus.

Limitat etiam quando conuenitur.pro delict.in off.commissis.per gl.ibi.& alia multa quæ al. Idem.

Vasallus seu subditus an possit dominum.in ius vocare. sine venia Ias.in d.l.generaliter.dicit q̃ gl.in c.1.in ti de mil.vas. qui contu.est.tenet q̃ sic.& ibi hoc vult Bal.& Io.de pla.in l. 1.C.de colo.tracen.lib.11.& Io.Fab.in §.& in eum.inst..de act. & q̃ pro ista opi.Bal.Alex.adduc.rationem.de qua.ibi per eũ. de quo.vide d.Iac.de S.Geor.in tract.feu.in ti.de homagiis.in 6.q.& Ang.in d.§.penales in 5.col.

Ipse tamen Ias.intrepide tenet contrarium.al.Spec. in ti.de feu.§.quoniam.in ver. 17.& mouetur.aliis optimis fundamẽtis.& in l.si nõ sortem §.libertus.in 9.col.dicit q̃ ista pars posset defendi.contra communem opinionem. idem.

Quid in scholare. dic q̃ nõ potest vocare magistrum in ius sine venia.ita Ias.in d.l.generaliter.adduc.multa quæ vide Pe.gerar.sing.62.al.Pe.de Anch.conf.308.incip.ad hoc.Ang.in d.§. penales.in 5.col. idem.

Pena de in ius voc.non committitur.si citatus non compareat.ita Ias.in d.§.pœnales in 15.col. idem.

Nec etiam si non opponatur.in 1.comparit.Alex.in 2.vol. conf.166.Ias.in l.quamuis.in fi.ff.eo. idem.

Ista pena 50.aureor. habet tantum locum in personis enumerat.in aliis autem est pena arbitraria.ita Ias. in d §.penales in 16.col. Idem.

Venia petenda est.etiam quãdo imploratur.iudic.offic.Ias. in l.1.in 6.col.ff.de iurisd.om.iud.& in l.fi.C.de in ius voc.id.

An autẽ si pater vocc.in ius sine venia processus sit nullus, vide Ias.in d.l.fi.vbi adduc.multa. q̃ non. tñ videtur tenere q̃ imo sit nullus.processus.quamuis filius velit soluere pœnam. quando pater opposuit in 1.dicta.alias secus.vide ibi per eum.

Quid si priuatus velit agere cõtra fiscum an teneatur.petere veniam à principe Lud.sing.9.tenet quòd sic. idem.

Innocentiæ caulas quilibet interuenire potest ad allegandum pro reo inquisito,vt est com.opin.de qua Ias.in l.2.in 3. col.C.qui testa.face.poss.Marc.conf.90.n.71.in 2.vol. & licet quis à statuto habeat pro confesso & conuicto,ac si verè esset confessus & conuictus. Tamen admittitur probatio in cõtrarium.videlicet de innocẽtia illius. Tiraq.de retractu.§.4.in gl. 1.nu.12. Bonacost.

innominatus contractus, & ante implementum aliquod naturalem obligationem gignit. commune dicunt Soc. Rip. n.4.in rub.fi.de ver.obl.Dec.in l.perens.n.20.C.de pac.E.Sua.

inofficiosi testamenti querela solum hodie filiis competit, cùm adiecta causa exhæredantur,& adiecta causa ab hæredibus non probatur.cõe ponit Vigl.in pr.n.2.& n.3.Inslit. de testam.licet ipse post Imo.in l.1.ff.de testa.ab eo frequẽti dogmate desciscat. Habebit præterea locũ hæc inofficiosi testamenti querela correcto fororum.iure in testamẽtis,quæ hodie vel filiifam.vel patresfam.de bonis castrensib.aut quasi castrẽsib.exarauerint.cõe affirmat Ias.in l.vlt.n.5.C.de inof.testam. Quin si illa filio legitimè exhæredato non competierit,vel q̃ causa sit probata,vel quod temporis lapsu præscripta sit.eiusdem tamen filij liberis ac testatoris ipsius nepotib.competet, vt commune statuo ex Alex.Ias.n.18 in l.si quis posthumos. §.si filium.ff.de lib.& posth.eo.dem Ias.in l.si quis filium.C.de inoffi.testa.& l.in suis.nu.48.ff.de lib.& posthu. F.Suarez.

inofficiosi testamẽti querela ꝺ ipsum institutum hæredem intentari debet:qui si restituendæ hereditatis onere grauatus sit atque ante factam restitutionem succubuerit, sententia ꝺ illum lata fideicommissario nocebit:si verò pendente lite restituat,iudicium ad fideicommissarium trãsibit. at si antequã conueniretur,restituit, inofficiosi testamenti querela in eum, cui restitutio facta est,statim dirigetur:quippe quia ea in specie si feratur contra hæredẽ sententia alteri non oberit quod etiam procedet, cùm restituio p̃ parte rũ facta proponetur. communia inquit Ant.Gome.de testam.c.6.n.15. F.Suarez.

Inquilino.& colono impedito vti frui propter pestem: gemittitur pensio pro rata.Io.Fran.Ripa in trac.de pelle.part.1. nu.15.communem dicit. B.Villal.

inquilino pp sterilitatem,est facienda remissio:q̃si si pẽsionem soluerit,deciperetur vltra dimidium iusti prætij.Lu.l.de Gozad.in conf.74.n.2.com dicit,& ꝺcor.l.cũ.l.20.ti.8.par.5.

Nota.q̃ standũ est vulgi opinioni quando quæritur an crescere vel minui debeat pensio propter sterilitatem aut augmẽtum in re locata.Brunus de augmento.14.concluſi,princip. communem dicit.

Nota,q̃ si fructus rei locatæ ex vi militum perdantur:si fructus sunt sublati à solo: perdũtur periculo conductoris. & inquilini & non locatoris.Cur.iun.conf.85.n.1.com.dicit.Et vide in verb. debitor,n.7. ex quo potes dare limitationem ad istam communem.Limita istud notabile, quando ex inimicitia domini fructus sunt destructi:quia siue ante,siue post collectionem perdantur,sunt periculo domini rei & non conductoris.Lud.Goza.conf.27.n.28.in respon.ad 5.com.dicit.

Nota q̃ emphyteutæ non fit remissio pro sterilitate, si aliquid percepit etiam minimum,Bello.conf.21.nu.3.com.d.ex Bar.in l.1.C.de iure emphy.quia id quod dat emphyteuta domino.nõ datur respectu rei.sed in recognitionem dominij.Ias. ibi& Pan.in c.propter sterilitatem.de loca.Sed intellige dam cõem quando emphyteuta non soluit,nisi quid minimum in recognitionem:secus tñ,si soluit magnum canonẽ:quia tunc parificatur locationi in omnib.& sic meliorationem, etsi cessat soluere,non perdit.Ant.Rub.in repet.l.Gallus.§. quidam rectè.ff.de lib.& posthum.ver ni infertur.

Amplia etiam,si locatio esset in longum tempus facta.Bello.conf.21.n.9.com.dicit.ex Pan.in c.potuit.de loca. Villa.

inquilinus,vel conductor potest expelli po pensionem nõ solutam.Dec.in l.qui rem n.17.com.d.de sacrof.eccl.C.B.Vil.

Nota q̃ si inquilinus est obligatus ad solvendam pensionẽ cum instrumento guarentigio,per tacitam reconductionem non mandabitur executio,Dec.l.1.ff.si cer.per.n.12.communem.dicit. Idem.

inquilinus,vel cõductor rei Vrbanæ,si, finita locatione,stetit,in re locata per aliquod tempus: pro illo tempore videtur reconduxisse, & tenetur actione ex locato pro illo tempore. Et iste est communis intellectus.Pau.in l.item quæritur.§ qui impleto.ff.locati.nu.8. idem.

inquilinus, aut colonus non potest denuntiare nouum opus,etiam procuratorio nomine, Ias.in l.hoc edicto. §. si ego. ff.de no.ope.nun.n.5.com.dicit:quam intellige,q̃ dominus est præsens,secùs si sit absens. idem.

inquilinus si re locata frui ob pestis causam impediat pro temporis rata pensionem atrondet.cõmune dicit Rip. de peste.part.1.n.15.alia complura de inquilino vide 5.verb.condictio:& ver.conductor. F.Suarez.

inquisitio est iudicium extraordinarium.Pan.& Dec.in rubric.de iud.n.7.Alc.in c pernicios.am.nu.14.de off.ord.communem dicit. B.Villal.

inquisitio remedium est extraordinarium, etiam si loquamur de iure communi. com.dicit Aegid. Bosi.in tract.malef. in tit.de inquisitio.nu.16. I.Fichar.

Inquisitio non potest formari per iudicem ordinarium:nisi fama præcedente.Alc.ibi n.41.communem dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fallit,nisi aliàs iuxta statutum possit procedere, non seruato ordine:quia tunc nō requiritur fama.Alc.ibi.n.47. com.d.

Hanc communem,cum præcedenti,not.ad intel. 1.tit. 1.li. 8.ordi.& l. 11.tit.2.lib.4.For.ll. B.Villal.

Inquisitio potest formari contra delinquentem per iudicē territorij:vel domicilij.Sed tamen debet condemnari secundum statutum loci:vbi delictum est commissum.Aug.in add. ad Ange.de malef.in ver.hæc est quædā inquisitio.com.dicit.

ADDITIO.Bart.in l.2.§ publico.ff.de adult.tenet q̄ per inquisitionem generalē & eius probationem(prout contra officiales in syndicatu)non p̄t sequi condemnatio,sed ex ea capitur informatio, deinde sequi debet inquisitio particularis ex qua fiet condemnatio secundum eum.Quæ opi.nō seruatur.Bal.in l.edita,n.30.C.de eden.& in l.iubemus,n.3.C. de ꝓ ba.& dicit Inn.in c.bonæ, de elect.q̄ totus mundus practicat contrarium,cum de iure Ciuili tales inquisitiones ad punitionem fiant, de iure autem Canonico non, nisi ad reformationem,& vt ad meliorem vitam Ecclesia seu personæ reducantur,per Bald.in eodem loco, n.32.nisi in condemnato per inquisitionem de calumnia,cùm sit infamis, ex quo tenetur simultudine pœnæ,vt ibi per eum.

inquisitio,tum iure Cæsarum,tum iure Pontificum,modus est procedēdi extraordinarius,vt commune inquiunt Pan.& Dec.n.7.in rub.de iud.Alc.in c.1.n.14.de offic.ordina.& Bos. in pract.crim.tit. de inquisit.n.8.ac latè I.Clar.in pract.etiam. §.vlt.q.3.ver.debes autem scire. E.Suarez.

inquisitio & si iure ciuili regulariter à iudicis officio institui ac formari nequeat, vt frequenter placitum enūciant Cuma.cons.136.ad fi.Pract.Conrad.n.1. Tamen pontificum iure in omnia crimina indifferenter ab illius officio concipi, texteque potest ad publicam vtilitatem, vt receptum affirmant Marian.in c.qualiter & quando.n.108.de accus.I.Clar.in pract.§.vlt.q.3.ver.debes autem scire.Quin & hodie ex consuetudine generali, licet iam iudicib. per ius etiam ciuile, vt suo ex officio in quemlibet casum inquirant, atque animaduertant.quemadmodum atteſtantur Bal.in l.ea quidem.n.44. C. de accus.Bos.in d.tit.de inquisit.n.8.Blan.de indic.n.5. Anto. Gome.meus olim iuris doct.de delict.c.1.n.49.I.Clar.in d.q. 3.ver.sed certe.& q.5.ver. quæro. Intellige tamen semper aliquod indicium præire, atq; antecedere,vt specialis ꝺ aliquem inquisitio procedat, quamuis generalis inquisitio certitudine criminis sola sit contenta: vt commune scribunt Alc.in c. pernicios.m.n.34.& 47.de off.ord.& qui id diligenter ac latè explicat I.Cla.in d.§.vlt.q.5.&q.6.Vltra quem id limitabis.cū vel princeps inquirit, vel motu proprio inquisitionem alteri committit.nulla habita indiciorum,vel diffamationis cognitione vt frequenter placitum inquiunt Hipp.in pract. §. constant.n.22.ac Iac.Menoch.de arbit.iud.lib.1.q.78.n.4. Idem.

inquisitioni nullus locus est,cum actionis,seu accusationis seu querelæ ius,vel præscriptione euanuit, vel quacūque alia ratione sublatum est.commune pronunciant Balb.de præscr. 4.part.q.2.n.2.Iaffredus dec.486.& alij quos laudat I.Clar. in pract.§.vlt.q.51.ver.& hæ quidem. E.Suarez.

inquisitionis via condemnatus de publico crimine,nō minus infamis redditur,quàm accusationis formulis de eodem iudicatus,vt frequēter placitū inquiunt Ang in l.ea quidem. n.28.C.de accus.I.Clar.in prac.§.vlt q.72.ver.dānatus.E.Sua.

inquisitio ersi à iudice patriæ,vel domicilij institui possit,tñ dānatio illius loci,in quo delictū patratum fuit,statutis regetur,cōia affirmat Ang.in addi.ad Ang.de malef ver.hæc est q̄ dā inqsitio.& vide q̄ 1.obseruo ver.iudex,&ver pœna.E.Sua.

inquisitio. Quando in inquisitione sunt illa verba,Ex mero officio,&c.non exigitur q̄ diffamatio præcedat, nec tūc tenetur iudex tradere inquisito copiam capitulorū inquisitionalium ante responsionem eius,fecit.dūm Ang.in l.si vacātia. in 5.act.prin.C.de bo.vacan.lib.10.Butr.& Fan.in c. qualiter. extr.de accus.col.1.Ang.Arc.in tract.malef super verb.mero officio,in contrarium est tex.in c.licet Heli,ibi clamoribus excitati ex officio nostro,&c.extrà.de simo. Balb.decis.261.

inquisitio ex officio. Sicut accusatio falsi & exterorū criminum regulariter tollitur spacio 20.anno.l querelam.C.de falsis,ita inquisitio ex officio iudicis,secundùm Bart.Salic.Rapha.& communiter Doc.ibi,licet gl & Bald.ibid.dicant q̄ nō tollitur inquisitio,nisi 30.an. Balb.decis.486.

inquisitio est nulla de iure communi,si non præcedit diffamatio,vt est com.opi.Burs.cons.94.n.37. Etiam q̄ sit formata p̄ duos testes omni exceptiōe maiores,vt est com.opi. Gratus Resp.57.n.9.& 11.in 2.vol.si iudex ex offic.suo ꝓcessisset.

inquisitio nec annū,nec mensem delicti cōmens parte instāte,si n̄ declaret,nō ꝓcedit,vt ē com.opi.Burs.cōs.34.n.27.

Inquisitio(vt dixi)formari potest quolibet casu de iure ciuili canonico & ex consuetudine,vbi præcedit infamia,vel alia præsumptio,vt est com.opi.de qua Bossi tit. de inquisitione,n.8.Alberi.in l.ex lege.§.si publico.ff.ad l Iul.de adult.Et ibi etiam ponit casus,in quibus proceditur sine accusatore.Et quidem formari potest generalis& specialis inquisitio,vt per Abb.in c.graue.n.9.de præb.Et non est generalis,qñ exprimitur certa persona,sed specialis, & inquisitio pōt iterari ex noua infamia,vel nouis indiciis.Abb.in c.literis.n.2.de celebra. missi.Et not.q̄ clausula,quæ in inquisitionib.apponitur,diabolico scilicet spiritu instigati.non minuit peccatū,sed significat dolum.Bal.in c.1.de cohabita.cleri.& mulie.n.1.Item not. q̄ si quis falsò sit inquisitus,& fuit impeditus se defendere,non obstante sniā condemnatoria,sibi succurritur, & potest restitui.Bal.in l.proponebatur.3.col.ff.de iudi.Et no.etiam,q̄ inqsitio gñalis potest formari ꝺ officialem,& postea specialis.Et ita seruat cōsuetudo,vt dicit Bal.in c.qñ.n.58.de proba.vbi etiam dicit.n.61.q̄ prudēs iudex nō debet sine secreta informatione inquirere ꝺ certam personam,&de ista secreta informatione,non debet facere fidem,sed creditur suæ cōscientiæ.Et ex ista inqu.sitione gñali, nō potest sequi condemnatio,quia est tm̄ præparatoria,nō iudicialis & solēnis,quia non est facta ꝺ certam personam.Bal.in l.congruit.ff.de off.præsi.Nā dicta generalis inquisitio est facta ad inueniendum,non ad puniendum,nec super ea est pars citanda,nec recipiuntur testes in figura iudicij, sed solum ad informationem curiæ, & ideo non potest ferri diffinitiua ex ea,vt dicit ibi Bald. Bonac.

inquisitio procedit contra furem,in qua dicatur furem furto subtraxisse contra voluntatem domini,licet non sit aliquis dominus nominatus.Clar.q.4.verbo quando verò.Bonacos.

inquisitio fieri debet statim cōstito de delicto,quæ fieri potest in omnibus casibus,vt est com.opin.Clar.q. 5.Cherianus Communi opinione,Regula 1.Blanc.in l.fi.in prin.nu. 5.ff.de quæst.vbi etiam dicit, q̄ hodie de consuetudine in quocunq; casu proceditur per inquisitionem. Et ita quotidie seruari in locis Lombardiæ dicit.Marsi.in prœmio suæ Pract.n.4.vers. scitote.Et etiam hodie non potest iudex ex officio per inquisitionem procedere,nisi in certis casibus,vt per Bart.in auth.de collatoribus & aliis capitulis.in §.iubemus.n.1.Et inquisitionē debet præcedere diffamatio vel querela partis,vel denunciatio,& simi.Aliàs processus esset ipso iure nullus.Clar. d.q. 5.ver.scias. Item fama,clamor,querela partis,vel denūciatio, officialis debent præcedere inquisitionem.Quoties tñ cōstat de delicto ipso iudici, potest formare inquisitionem generalem.Albe.in l.congruit.ff.de off præsi. & in l.ea quidem.C.de accus.Et habita aliquo indicio ꝺ alquē, debet citare ipsum ad se defendendū.Et ita seruat totus mūdus.Cla.d.q. 5.ver poterit.Et examinātur testes sup delicto qs fecerit illud cōmiserit & qd de eo sciant,neminem nominando,quia si nominant,vel certus sit delinquens, formatur inquisitio specialis contra eum, & testes examinantur,quid sciant super tali delicto.vt est cōmunis opi.Clar.d.q. 5.versi.poterit igitur.Et sufficit hoc indicium ex testificatione testium super inquisitione prædicta generali,ad capiendum imputatum absque speciali inquisitione vel ad inquirendum contra eum specialiter, vt ibi dicit Clar. Vide omnino Ang.in malef.ver.fama publica.n.10.fol.75.Vbi tradit cautelam iudici antequam formet inquisitionem.

inquisitionē debet præcedere fama publica,vt est com.opinio.Clar.q.6.Cur.iu.cons.324.n.1.in 3.vol Practica tamē hodierna aliter seruatur,vt per Clar.ibi.vide Pet.Duen.reg.298. 299.& 300.& 301.Soc.iun.in cons.37.n.1.& seq. in 2.vol.Etiam in crimine falsi,vt ibi. Bonac.

inquisitionem format iudex super denunciatione,tam officialis quam alterius hoc modo.Nam facta denunciatione,iudex super ea assumit informationes,& indicia,& postea super ipsis format inquisitionem,vt est com.opi.vt per Clar. d.q.6. ver. 1.vide Ang.in malef.super ver.ad denunciationem.n.21. vbi tradit cautelam,q̄ quando non habet iudex alium testem idoneum,nisi officialem, positum ad denunciandum, q̄ non procedat super ipsa denunciatione per viam denunciæ, sed p viam inquisitionis.ex mero officio propter publicam famam præcedentem, & poterit dictum nuntium denuntiantem in testem examinare,quod dicit menti tenendum. Bonacoss.

inquisitio formatur super denunciā vilium personarum,& infamium,vt est com.opi.Clar.q.6.ver.quæro igitur. Bonac.

inquisitio formatur ad dictum denunciantis, quò ad recipiendum informationes contra reum,vt est com.opi.Clar.q. 6.ver.habes igitur.Nō autem quoad condemnandum ipsum reum corporaliter.Et quomodo procedat iudex super inquisitione ad denunciam,& qualis sit cōmunis practica, vide per

Clarum

Universidad de Deusto

Clarum q.7.ver.quæro nunc. Bonacoſſ.

Inquiſitio eſt iudicis officium,non actio.Clar.q.12.ver.Itē quæro communem dicit.Nam iudex procedens ſuper inquiſitione,dicitur procedere iudicis officio nobili non mercenario. Caſus autem in quibus quis poſſit puniri abſque accuſatore,patet ſatiſſimè Ang.in l.ea quidem C.de accuſa.Et not. q̄ in cauſa inquiſitionis poteſt iudex ex officio ſuo citare reū & promotorem inquiſitionis,ſupplet enim in hoc ex officio ſuo.Abb.ī c.veritatis.n.5.de dol.& cōt.vbi& apoſtillātes.Bo.

inquiſitio poteſt formari per iudicem ciuilem & in cauſa ciuili, ſi poteſt aliàs per inquiſitionem procedi coram iudice in criminali.Clar.q.18.ver.vnum tamen. Bonac.

inquiſitio non formatur, niſi prius conſtito de delicto, & legitima præcedāt indicia,vt reus poſſit citari,vt eſt com.opi. Clar.q.20.verſi.ad formandum.D.Hiero.Gabriell.conſ.177. n.4.aliàs eſt nulla Paſethus conſ.190.n.1.vbi n.2.dicit.inquiſitionem formari non poſſe ex dicto ſocij criminis aut participis criminis.Etiam ſi iudex procedat ex mero ſuo officio,& in inquiſitione hoc exprimat,vt per Alex.in conſ.138.n.10. in 6.vol.& in conſ.120.n.1.in vlt.vol.Procedit tamen inquiſitio parte non opponente quando eſt præſens. aliàs ſecus.n. 13.Alex.d.conſ.120.n.1.in vlt. vol. & ſi inquiſitio formatur ex commiſſione & mandato Principis nō requiritur,q̄ fama præcedat.quod intelligitur,quando Princeps aſſeruit,&dixit conſtare ſibi de tali delicto,aliàs non procedit inquiſitio.Deci.conſ.170.n.1.col.2.ver.Nec obſtat.in 1.vol.& in conſ.189. col.fi.ver.nec obſtat.in 1.vol.Ex vehementi tamen ſuſpicione hodie ex conſuetudine abſque fama præcedente iudices inquirunt, & ſufficiunt indicia leuia, puta diffamatio delicti, vel ſi moriens aſſerat talē vulneraſſe,vel inimicus ſit capitalis.Clar. d.q.20.ver.ad formandam,indicia debilia ſufficiunt ad capturam,nam ad capturam ſufficit quælibet informatio,& poteſt citari tūc reus abſens,qui ſi nō ſe præſenter,notatur fuga.quæ vnà cum aliis indiciis ſufficit ad tranſmittendum inquiſitionem,vt eſt communis opi. Bonac.

inquiſitionis formulam tradit Clar.q.31. & eius clauſulas ſingulariter proſequitur.ibi in verbo hæc eſt quædam inquiſitio,ad quem te remitto breuitatis cauſa & ad cæteros criminaliſtas, & Papiam in forma inquiſitionis. Et in inquiſitione debet exprimi nomen proprium.cognomen, patria & habitatio,ſi fieri poteſt.ita vt perſona ſit prorſus cognita& certa.Et ſi ignoratur nomen , debet deſcribi perſona per ſigna, ſtaturam,veſtes,habitationem,& alias circunſtantias,quæ poſſunt exprimi, vt ſic conſtet de corpore, & ſic tunc præcedi poteſt ad condemnationem.Clar.quæſtio.31. ver.contra & aduerſus.com.dicit.& ſi ſit erratum in nomine,& aliis nō confidat, condemnatus euadere executionem volens,quia pœnitebit, vt ibi.Et debet in inquiſitione exprimi annus & mēſis, prout in accuſatiōe,vt eſt com.opi.Clar.d.q.31.ver. q̄ anno præſenti.& locus etiam debet apponi.&debet in inquiſitione exprimi,q̄ ſciēter & doloſè imputatus deliquerit.Cla.d.q.31.ver. ſcienter & doloſè.q̄ no.ad ſtatutum de receptatoribus bannitorum,quia debet probari,q̄ ſcienter & doloſè receptauerit, vt ibi.& not.q̄ inquiſitio in fine debet habere clauſulam.ſup quibus omnib.& ſingulis,vt per Ang.in malef.ſuper iſta clauſula.Nam iſta clauſula eſt loco concluſionis,vt eſt com.opin. de qua Clar.d.q.31.ver.ſuper quibus.vide Carrerium fol.46. n.8.vbi dicit,q̄ quando adeſt clauſula,ſuper quib.omnibus& ſingulis connexis, annexis,dependentib.emergentibus.incidentib.&occaſionalis,tūc ex eodem proceſſu poteſt de morte ſequuta vulnerans puniri,& inquirens habet præſumptionem pro ſe q̄ faciat bono animo.Bald.conſ.246.in 4.volu.& iſta clauſula ſuper quib⁹ omnib.&c.operatur q̄ ſi eſt probatū delictū, licet nō ſit probata qualitas,poterit ſequi condemnatio,vt eſt com.opi.Clar.d.q.31.d.ver.ſuper quibus omnib.Nā iudex non videtur ſe aſtringere etiam ad certam diem,& ideò ſi probetur de alio die,poteſt ſequi condemnatio,idem in accuſ.ſi apponatur d.clauſula,ſuper quib.omnib,& ſingulis.petit ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari. idem ſi apponatur clauſula non ſe aſtringens ad probāda ſuperflua. idem ſi accuſator exprimendo diem & locū,addat prout cōſtiterit& probabitur. & iſta eſt practica Vincentina.vide Franc.Aret.in l.pantonius §.rei perduellionis. col.3.ff.de acq.hæred.& Ang.de malef.ſuper d.clauſula.& Clar.d.q.91.ver.ſed pone.& ſimiliter inquiſitio, quæ habet clauſulam ſecundum formam iuris & ſtatutorum tenent.Et talis clauſula de cōſuetudine admitti debet. Clar.d.q.31. ver.inchoata.& in inquiſitione non eſt opus aliqua inſcriptione.com eſt.opi.Clar.q.31.ver.inchoata.Bonac.

inquiſitio eſt quoddā ius per officium procedendi ad condemnationem & punitionem.contra aliquos nominatim in quiſitos de delict.cert.diffamatos ſecundum Bar.effectualiter in l.2.§.ſi publico.ff.de adul.de quo vide latiſſime per Angel. Are.in tract.malef.in verb.hæc.eſt quædam inquiſitio.in 1.& 2.col. P.Andora.

inquiſi.in criminalib.denega.ſi alicui denega. audientia in ciuilib.Bar.& Alex.in l.nō ſolum.§.fi.in prin.ff.de iniur.idem.

inquiſitio in quib. delict.poſſit formari. Regulariter enim non poteſt procedi per inquiſitionem.d.l.2.§.ſi publico ff. de adul.& vult in ſpecie.Dy.in conſ.38.Cæpo.conſ.23.addo Bal. in 4.part.cōſ.202.& Ang.d.verſ.hæc eſt quædā inquiſi.col.3.

Fallit 1.quia poteſt procedi ad denūtiam officialis.l. diuus & ibi Bar.ff.de cuſto.reo. Ang.vbi ſ.

Fallit 2.quando incidenter de crimine cognoſci.l.1.C.ſi ad uer.lib.Ang.vbi ſ.

Fallit 3.quando præcedit generalis inquiſ.poſtea enim ſpēc inquiri poteſt l.congruit ff.de off.præſi.Ang.vbi ſ.

Fallit 4.quando crimen committitur coram iudice.quia ipſe tunc poteſt inquirere.l.nullum.C.de teſti.Ang.vbi ſ.

Fallit 5.propter immanitatē ſceleris.l.ſi quis in hoc genus. C.de epi.& cler.

Fallit 6.in inſtrumēto falſo.coram iudice producto.l.iubemus.C.de prob.Aug.ari.d.ver.hæc eſt quædam inquiſi.col.7.

Fallit 7. quando hæres qui adiit hæreditatem cum benefi. inuentarij.aliqua.de hæred.ſubtraxit.l.ſi.§.licentiam.C.de iur. delib.Aug.ari.vbi ſ.

Alios autem caſus.in quib.formari poteſt inquiſi.vide per Ang.& Aug.ari.vbi ſ.Et quę ſint grauiora delicta.vide Guid. conſ.89.

Adde q̄ licet non poſſit procedi per inquiſitionem.tamen ſi non oppona.& probe.delictum debet ſequi condemnatio. Cor.in 4.vol.conſ.33.in prin.

Adde etiā q̄ ſi iudex inquirit in caſu prohibito poteſt hæc excep. opponi contra proceſſum etiam poſt litem conte. ita mar.in l.ſi quis.in 6.col.ff.de quæſt. P.Andora.

inquiſitio.per quos formari poſſit.Vide per Ang.& Augu. in d.ver.hæc eſt quædam inquiſ.in 9.col.ibi tertio principaliter. P. Andora.

inquiſitio quæ ſubſtātialia requirat.Ang.vbi ſ.in 9.col.ibi 4.principaliter.dic.quòd quinque.

Primo q̄ ex parte iudic.inquirent.ſit iudex petens.tot.titu. C.ſi à non compe.iud.

Secundo ex parte rei q̄ ſit ſuppoſitus iuriſdictioni inquirentis.quo ad illud crimen aut ratione loci.aut delicti.l. 1. C. vbi de crimine agi op.Alias non poſſet contra eum inquirere c.ſi diligenti.ext.de fo.compe.

Vide tamen Bolog.in conſ.8.max.in 3.col.vbi dicit q̄ ſi originarius alibi delinquit non debet remitti.niſi requirat.

Tertio requiritur ex parte cauſæ de qua inquiratur. quia non ſuper omni crimine inquiri poteſt vt ſ.dictum eſt.

Quarto q̄ fama publica à fide dignis præcedat.& nō ſemel ſed ſępius & ſit tanta q̄ generet ſcandallum. & ſine periculo tollerari non poſſit c.1.c.ad petitionem.c.qualiter & quando & c.cum oporteat ext.de accuſ.ita vult Ang.in l.ſi vacātia. C. de bo.vacan.lib.10.refert Aug.ari.vbi ſ.

Subiungit tamen Ange.in d.l.ſi vacantia.dicere q̄ in pluribus caſibus. tenet inquiſitio quantumcunque non præcedat diffamatio.

Primo quando reus eſt præſens.& non opponit. c.2.de accuſ.in 6.

Secundo quando inquiritur generaliter.cōtra caput & mēbra. vt quando ſindicatur poteſtas cum familia quia valet inquiſi.ſine diffamatione.c.1.de off.ord.Ang.vbi ſ.in 10.col.

Tertio quando iudex procedit ad denuntiam officialium. l.ea quidem.C.de accuſ.

Quarto quando iudex ex mero officio inquirit. & non ad querelam alicuius.d.c.1.de off.ord.

Quinto quando iudex inquirit ex neceſſitate ſui officii.vel verti.periculum animarum.vt no.in c.ad noſtram.ext. de iureiur.Aug.vbi ſ.addo ſonz.in 2.part.conſ.219.

Sexto in crimine hæreſ.c.excommunicamus §.adiicimus. & ibi Card.qui dicit eſſe tex.ſing.& alibi nō legiſſe.ext.de hære.& ibi Io.de Ana.in 2.col.refert Aug.vbi ſ.in 12.col.vbi dicit quòd ille tex.hoc ſibi non dic.

7.vbi inquiſitio formatur de certa ſcīa principis quia non requi.diffamatio de quo late per Ang.& Aug. in verbo fama pu.in 1.col. cum ſeq.vbi Aug.hoc intelligit verum quādo ſuperior mandat inquiri motu proprio.alias ſecus.

Vide etiam Dec.cōſ.175.& Bal.in l.nullus.C.ad l.iul maie.

Quinto requiritur.q̄ fama præcedat inquiſitionē.alias nō tenet proceſſus licet reus nō oppoſuerit & reſponderit ,pceſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sui.quia semper poterit hoc opponere. Ita Augu.ari. vbi s.in ver.hæc est quædam inquisi.in 12.col.al.pulchrũ cons. Oldr. 213.& Pe.de anch.cons.254.quod mihi est 253.incip.in quæ stione presbyteri vbi consuluit ꝙ opus est ꝙ fama præcedat capturam & inquisitionem non autem sequatur.addo Barb. in 1.vol.cons.47.in 5.col.

Et captus sine indiciis debet relaxari.Paul.de ca.in l.si quis post.ff.de testa.vbi vide Are.in vlt.col.

vide tamen j.in ver.inquisi.sine fama.§.2.

Quid si inquiritur de mãdato principis vide hypo. sing.14.

Adde etiam ꝙ non creditur. iudici asserẽti se informatum de fama.Ita Fel.in c.quoniam cõtra in 1.col.ver. ex prædictis ext.de prob.Dec.cons.170.

Et hoc casu.qñ fama non præcedit pene declarate ob contumaciam.sunt nulle.ita Bal.in 2.part.cons.371.

Et idem quando iudex est incompetens.vt vult Bal.in d.cõ si.Adde ꝙ tunc rñdens inquisitioni non videtur cõsensisse.in illũ iudicẽ vt vult Cæpo.in cons.59.in fi.Ang.in cõs.27.in fi.

Imo satisdatio de iuri stando.& iud.soluen.præstita corã tali iudice incompetẽte.est nulla.ita Ias.in l.stip.ista.§.si stipuler in 7.col.ff.de verb.obl.hypo.not.in l.1.§.præterea.in 5.col.ff. de quæst.& not.in l.si quis.in 5.col.eo.ti.

Nec per talem fideiussionem intelligitur prorogata iurisd. Ias.in l.1.in 2.col.ff.si quis in ius voc.

Sexto.Requiritur.ꝙ pars citetur.ita Ang.in d.l.si vacantia. fac.cle.pastoralis.de re iud.Aug.vbi s.in 10.col.vide j.in ver. inquisi.impugna.

Septimo.Quod apponatur.locus & tempus sic,in accusat. l.libellorum ff.de accus.Nam iudex inquirens succedit in locum accusatoris.Ang.& Aug.vbi s.in x.col.

Limita procedere in inquisi.spẽ.secus in generali.Aug.vbi s.in 12.col.al.Bar.in extrauag.ad reprimen. in ver. inquisitionem.& in l.2.§.si pu.ff.de adul.dum respondet ad glo. insti.de pub.iud.in prin.

Limita etiam non procedere.in crimine hæres quia procedit inquisi.sine loco & tempore ita Aug.in d.ver. hæc est quædã inquisi.in 12.col.al.Bal.in l.1.in 3.col.C.qui accus.nõ poss.

Subdit tamen Ang.ibi.Bal.in l.edita.ver.9.op.C.de eden.dicere ꝙ in inquisi.non debet apponi necessario locus nec tempus.al.tamen Ang.in cons.177.incip.vifact.mihi.178.tenentem ꝙ debeat apponi locus & tempus.& in materia.vide Fel. in c.qualiter & quando el 2.§.debet in 2.col.de accus.

Limita quoque.in crimine falsi.in quo tener processus sine loco & tempore.ita Augu.in d.vers.hæc est quædam.col.12. in fi.al.Bal.multum eleganter.in c.1.qui.mo.feu.amit. vbi al. gl.quæ non reperitur.alibi secundum eum.insti.de pub.iud.in prin.hypo.sing.163.

Adde ꝙ si inqui. debet continere locum & tempus ita cõfessio.secũdum Bar.not.in cons.228.Cor.in cons.134.circ.fi. idẽ in act.quæ infamat. Ang.insti.de excep.in rub.in 16.co.

An autem in inquisi. debeat apponi dies. dic ꝙ non d.l. libellorum.& vult Ang.in ver.de anno præsenti 1.col.

Limitat nisi reus hoc petat pro sua defensione.& innocentia purgãda ne ei aufera.defensio al.Bar.in l.is qui reus. ff. de publ.iud.& alia quæ vide.

Subiungit ibidem Ang.in 2.col.ꝙ ita demum cogitur.apponere diem.si reus in iudicio exprimat diem, in qua vult facere suas defensiones al.Sal in l.pen.C.de accus. P.Andora.

Quid si dies apponatur.reo non petente.& tamen nõ probatur.omnia vero alia probantur, an reus debeat absolui:An ge.in d.ver.de anno præsenti.in 3.col.tenet ꝙ sic al.Bar.in d.l. is qui reus.& alia multa.Cor.in 2.vol.cõs.197.vbi idem dicit. in loco quia si apponatur. & non probetur. non potest sequi condemnatio.& de tempore idem vult ipse Cor.in 4.vol.cons. 134.in fi.

istud tñ limitat Aug.ari.ibi nisi sit clau.non se astringẽs,&c. per no.per Bar.in l.diuus ff.de re iud.& Io.And.in c.licet causam.ext.de prob.Alex.in l.libellorum præal. Idem.

Sed quid si aliqua sunt delicta vno die.quæ nõ sunt delicta alio die.vt in festo alicuius sancti?dic ꝙ ille dies est exprimendus.Ang.in d.ver.de anno præsenti.in 3.col.al.gl.in l.eum actum.ff.de neg.ge.& infert ad no.per Bar.in l.non solum §.sed vt probari.ff.de ope.no.nun.&per Bal.in l.manẽ. C.de prob. ad quod multa accumulaui.in ver.probatio.§.20. idem.

An autem quando tempus vel alia sollẽnia deficiunt. possit sequi cõdemnatoria sentẽtia.ex proba.apta.vide not.Aug. vbi s.in 7.col.

Quid si insultus est factus vno tempore.puta de die.& tanto tempore durauit ꝙ de nocte percussit quod tempus debet apponi.vide Ang.& Aug.in d.ver.de Anno prẽsenti.in 8.&9. col.& in verb.in platea.communi.in 3.col.

vide ẽt Alex.in 3.vol.cons.75.circa fi.ibi quo ad aliud.idẽ.

Sed quid si vno tempore fuit vulneratus. & alio tempore mortuus.quod tempus debet apponi. Ang.in d. ver. de anno præsenti.in 9.col.dicit.ꝙ tempus vulneris.al.Bar. in d.l.libellorum.ad quod etiam vide Bar.in l.item mella. §. si plures in fi.ff.ad l.aquil. Aug. vero ibi dicit ꝙ vtrunque tempus est apponeñ.al.l. si vulnerato seruo.ff.ad l.aqui. idem.

An autem locus loci sit ponẽdus in accusa.& inquisi. vide Ang.vbi s in verb.in platea communi.in 1.col.vbi Ang.indi stincte tenet ꝙ sic allañ.spec.in ti.de accus.in vlt.part.§.1.circ. princip. Idem.

Quid si in vno loco quis percutitur.& in alio moritur.quis locus debeat apponi?Aug.in d.verb.in platea.in 3.col.dicit ꝙ locus percussionis. sed Aug. ibi dicit quòd debeat apponi vterque locus.per d.l.si vulnerato seruo. idem.

Quærit etiam ibi Ang. quid si aliquis existens in platea fagittat aliquem extra plateam. quis locus confinabi. vide ibi per eum.cum add.Aug.

Inſtitutus videtur is qui in actu inter vivos appellatur. hæres.Alex.in 5.vol.conſ.168.verſ.fortificantur.al.Bart.in l. tale pactum.§.fin.ff.de pac. licet aliqui quos allegat. teneant contrarium.Et licet laſ.in d.§.fi. multa adducat contra opinionē. Bar.tamen dicit.quòd illam ſeruaret etiam in iudican. vide ibi per eum.

Inſtitutus in legitima.non dicitur inſtitutus in quota hæreditatis ſed in quota bonorum Barb.in 3.vol.conſ.89.in 3.col. vide phi.in d.c.ſi pater.in 15.col.de teſta.in 6.

Inſtitutus in re certa habetur loco legatarij. iuribus vul. & in ſpecie vult phil.in c.ſi pater.col.9.de teſta.in 6. Et ponit ibi phi.quòd quo ad quædam habetur loco. legatarij. & quo ad quædam loco hæredis.

An habeat beneficium.l.fi.C.de edic.di.&c.vide Alex. in l. quotiens.in 5.col.C.de hæred.inſti.

Si ſint duo inſtituti in re certa ex diſparibus tamen partib⁹, nullo hærede vniuerſali inſtituto.Capiunt hæreditatem equaliter.non autem ſecundum partes aſſignatas. l. quotiens.§. ſi duo.ff.de hæred.inſti.& vult phi.in d.c.ſi pater.in 11.col.

Si duo coniunctim ſint inſtituti.puta in duabus partibus vnius domus & alius in alia 3.part. tunc illi duo habentur pro vno.& ſic ſolum in dimidia.here.ſuccedent.& alius in alia dimidia.quando non eſt inſtitutus hæres vniuerſalis. phi. vbi ſ.

Si teſtator inſtituat titium in 10.& Io.in dimidia hære.nullo hærede vniuerſali. tunc portio accreſcit portioni.& non quantitati.& ſic Io.totam habebit hæreditatem. phi. vbi ſ.in 12.col.Alex.& doct.in l.quotiens C.de hæred.inſt.

Quid ſi inſtituat vnum in duabus partibus.& alium in 3. parte.detractis aliquibus rebus?Vide Ludo.Ro.conſ.40.

Limita præmiſſa.& ſic.d.l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.inſti. vt inſtiturus in re certa habeat totam hæreditatem.nullo alio inſtituto procedere.quando inſtitutio facta fuit per verba directa vel ciuilia,vt inſtituo.vel hæres eſto. Secus ſi per verba obliqua. puta per verbum relinquo. quia tale verbum adiectum rei particulari non trahitur ad vniuerſum. phi. vbi ſ. in 12.col.faciūt quæ dixi ī ver.ſubſtitutio fideicōmiſſaria.§.25.

Limita etiam niſi teſtamentum fiat per ingreſſum monaſterium.nam ſi inſtituat filium in certis reb.& de aliis non diſponit.non accreſcit hæreditas filiis.ſed debetur.monaſterio phi.vbi.ſupra.

Item limita quando inſtitutus capit à ſe.Secus ſi per alium Lud.Ro.conſ.200.Si aliquis relinquatur dominus nullo alio inſtituto intelligitur eſſe hæres inſtitutus.ſi autē alius ſit inſtitutus intelligit̄ fideicōmiſſum.Cor.in 4.vol.conſ.180.ī 13.q.

Inſtitutio facta de filio.qui filius non eſt an valeat?Vide infra legatum filio §.2.l.ſi pater.& ibi doct.maxime Alex C. de hæred.inſtit.Ang.notabiliter.in conſ.93.in 3.col.Ange.in §.ſi quis in nomine.inſti.de lega.alias in §.huic proxima.

Deportatus non poteſt hæres inſtitui.l.1.& ibi doct.maxime. Alex.C.de hæred.inſti.

Poteſt tamen capere.in teſtamento militis.item quo ad alimenta.item pro relicto ſibi facto in piam cauſam. Alexan. ibi in princip.

Quid de bannito noſtri temporis.vide Alex.ibi in 6.col.& ſeq.& dixi in ver bannitus §.3.

Filius hæretici ſi inſtituatur.an hæreditas applicetur. fiſco? Vide Ang.in d.l.1.de hær.inſt.& remiſſiue Alex.ibi in 6 col.

Non vitiatur.inſtitutio. licet vxor appelletur, affinis. Alex. in l.non ideo.C.de hæred.inſti.

An valeat inſtitutio. ſi teſtator inſtituat aliquem vſque ad 10.ann.& non vltra vide Alex.in l.extraneum in 2.col.de hæredib.inſtit.

Inſtitutio ſub conditione. ſi impediatur facto tertij.conditio habetur pro impleta.l.j.& ibi doct.maxime Alex.C.de inſtit.& ſubſtit.

Limita niſi natura conditionis eſſet apta nata importare. q̄ ille poſſet,&c. impedire conditionem impleri. Alex. in d.l.1. in 3.col.ibi ponit exemplum. idem.

Filius in poteſtate.non poteſt hæres inſtitui à patre ſub conditione.quæ in eius poteſtate non ſit.niſi in defectum conditionis.exhere.l.ſi p̄ &ibi Alex.C.de inſt.& ſubſt.Ang.p̄ſ.120.

An ſi filius inſtituatur.ſub conditione non poteſtatiua. habeatur pro pure inſtituto vſque ad legitimam. vide latiſſime Alex.in d.l.ſi pater in 10.col.& ſeq.

Inſtitutio.facta.de filiabus in illa quantitate quæ videbitur & placebit alicui &c.eſt valida.Ang.conſ.97. idem.

Inſtitutio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Institutio. facta de eo qui est script' in ced. data guardiano &c. valet Ang. inst. de testa. in prin. in vlt. col. in prin. idem.

Si aliquis instituatur. sub conditione & in defectū conditionis nullus sit substitutus. intelliguntur vocati venientes ab intestato l. conficiuntur. & l. si quis cum nullum ff. de iu. codicil. & dixi. in ver. cautio fideicommissaria ver. limitat etiam quando quis. &c. idem.

Institutis fratre, & filiis eiusdem fratris, pater & filij ad successionem hæreditariam censentur instituti simul & non successiue. Io. Durand. in arte testan. tit. 4. cau. 6. nu. 1. com. dicit, & in hac communi fac has conclusiones. Filius & nepos censetur vocatus, & institutus ordine successiuo propter ordinis necessitatem, Socinus in l. Gallus §. quidam rectè. de lib. & po hu. communem dicit ex gl. ibi, & secundum eum tunc dicitur ordo necessarius, quando alias rumpereretur testamentum, & dispositio irritaretur, cum viuente filio, nepos non possit instituti. Villalob.

Instituto patre, & filio, ab eo inter quos non cadit affectio charitatis ratione sanguinis. vel successionis ab intestato censentur simul vocati, non tamen successiuè. Socinus ibi nu. 5. com. dicit, vt cum pater. & filius ab extraneo copulatiuè instituti. idem.

Institutis pluribus sub nomine collectiuo, inter quos cadit affectio sanguinis censentur vocati nomine successiuo, non tamen insimul. Soc. ibidem communem dicit. num. 6. Et nota quòd ordo successiuus in hoc casu dicitur quòd excluso primo, sequens admittitur: & admisso primo. alij excluduntur secundum Paulum, quem Socin. sic intelligit & approbat, ibi num. 8. idem.

Instituto monasterio, si filiam receperint in monialem reiicitur talis conditio, tanquam turpis: & remanet institutio vera, Ias. in l. conditioni. nu. 3. de insti. & substi. dicit magis communem: licet Alex. dicit communem contrariam in l. conditionis. idem.

Institutus in re certa habet ius accrescendi, & potest capere propria auctoritate Bar. in l. ex facto. de hæred. instit. Et est com. opi. secun. Alex. in cons. 138. opportunè, versi. quo ad aliud. vol. 1. M. Chærian.

Institutus in bonis mobilibus & immobilibus, dicitur institutus in re certa, non in parte hæreditatis, & ideo habetur loco legatarii, non hæredis: quoniam hæreditas continet iura actiua & passiua, quæ tamen non comprehenduntur appellatione bonorum mobilium & immobilium: secùs bonorum simpliciter. Est com. cum Bart. secun. Alex. in cons. 45. habita. vers. Idem sub appellatione vol. 1. idem.

Instrumentum, testamentum. vel quilibet alius publicus contractus requirit necessario pro eius solennitate, vt in eo inseratur inscriptio ciuitatis, platea vel domus, vbi actus celebrat, adeo q̄ locus loci inseri, ac poni debet in ipso instrumēto, alias fidem non facit, secun. Io. And. in addi. Spec. in tit. de instru. edit. §. instrumentum, ver. quid si locus, Bar. in l. si quis ex argentariis. §. initium tabularum. ff. de eden. & in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui oper. nunciat. Roma. & omnes. in l. lecta. ff. si cer. pet. Bal. in l. contractus. C. de fid. instr. & in l. optimam. C. de contrahen. & commi. stipu. & istam scribunt esse communem opinionem Moder. in d. l. lecta. Ruyn. cons. 154. n. 4. & 10. vol. 3, & Boer. decis. 32. n. 27. sed non est necessariū, vt locus loci particularis, ac specialis in instrumento inseri debeat. V. g. si dicatur actum in aliquo designato palatio, vel domo non oportet addere in tali camera dictæ domus vt tenet Bart. & alij communiter in d. l. de pupillo. §. qui nunciat, & ita consuluit Ruynus in d. cons. 154. nu. 10. F. Viuius.

Instrumentum publicum confectum per tabellionem necessariò requirit eius signum alias non probat, nec facit fidē secundum magis communem sententiam Doct. in l. contractus. C. de fid. instr. & in l. 1. C. qui admi. ad bonorum poss. quācitat Boeri. in decis. 36. nu. 8. & ferè omnes Moder. in d. l. contractus. Nonnulli verò scriben. inclinauerunt in partem contrariā. videlicet q̄ omissio signi notarij non vitiet instrumentum, & q̄ illius appositio de iure necessariò minimè requirat, quam quidem opinionem negatiuam sequitur etiam Alex. & scribit esse communem in rub. n. 14. de noui oper. nunciat. Sed primam partem in facti contingentia semper amplecterer tanquam frequentiorem & communiorem, quæ quippe vti veriſsima ampliatur nedum habere locum in originali instrumēto, verum etiam, in copia collationata per tabellionē, vt puta Sempronius produxit instrumentum ipsum, fecitque illud collationari per actuarium cum suo signo solito, & fide in calce ipsius, q̄ instrumentū collationauit de verbo ad verbum, & penes se retinuit instrumentum ipsum originale, ne perderetur, isto certè casu illa copia registrata præsumitur de actis, & habet publicam fidem absque eo q̄ producatur per ipsum Sempronium originale, secundum omnes Doctores communiter in authen. si quis in aliquo. C. de eden. quam sequuntur Mod. & ibi, & attestantur, & Maran. in tract. iudiciorum, in 6. parte 2 part. pr. super 10. actu. nu. 3. & licet in isto instrumento requireretur signum tabellionis secundum magis commmunem sententiam, non propterea requiritur in eo inuocatio Domini nostri Iesu Christi, imò huiusmodi leuis solennitas omissa in isto instrumento illud non infringet, nec vitiaret instrumentum ipsum, vt per Bart. eleganter, & omnes scribent. in l. fi. C. de iure delib. quam opinionem sequitur, & scribit esse communem Dec. in c. si scripturam de fide instr. & Didac. Couar. in pract. c. 21. Secùs autem dicendum arbitror in instrumētis publicis, in quibus reperiuntur defectus in nomine Pontificis, vel Imperatoris: hoc enim casu non plenè p̄barent, vt visum fuit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi distinguit q̄ si tabellio viuat, tunc instrumentum propter istum defectum nullam fidem faceret, si quidem imputādum foret parti, cur non ageret contra tabellionem, vt instrumentum sibi reassumeret, cùm minus perfectè restituerit. l. veluti. in pr. ff. de eden. si vero tabellio ipse foret mortuus, arbitratur Bar. facere semiplenam probationem, l. 1. §. si linum, & §. si rosæ. ff. de bonor. poss. secundum tabu. & cum ista Bar. dist. transeunt omnes Doctores. communiter in d. l. admonendi, vbi refert Curt. inibi nu. 148. licet ipse ab ea discrepet, & malè multa in contrarium adducendo, & hoc q̄ nomen imperatoris præponendum sit in instrumento publico probat textus in auth. vt præponatur nomem imperator. & præsertim in locis, quæ imperio subsunt, & similiter in locis quæ Papæ subiiciuntur nomen ipsius est apponendum, secundum Abb. in prooem. Gregoriano. & in c. 1. de fid. instr. vbi omnes Docto. communiter hoc firmarunt, & aliqua de instrumentis posuimus ȝ. in vers. statutum disponens quòd instrumenta. F. Viuius.

Instrumenta per notarium putatiuum inter ignorantes cōfecta vtrum faciant fidem Doctores in l. testes. C. de testa. & l. Barbarius ff. de of. Prætor. c. 1. de fid. instr. & l. Herennius. per illum tex. de Decurio. qui textus videtur probare negatiuam, dum ibi decidit decurionem non argui, nec factum censeri ex longa & præscripta salarij solutione, neque ex eo quod diu descriptus stetit in albo, nisi secundum legem creatus sit. Ex quo dicto arguit gl. contra eos, qui in ecclesiis canonicè non sint instituti, q̄ ex longo tempore. longaque fructuum, & emolumentorum perceptione non inducatur etiam præsumpta canonica institutio: licet autem de quæstione prædicta in tabellione putatiuo sit inter doctores magnum certamen attamen Spec. & Io. An. in tit. de instr. edi. §. restat. ver. quid si is. concludunt q̄ si talis tabellio fuit creatus ab habente potestatem creandi & deputandi notarios, seu tabelliones, licet postmodum appareat illum non potuisse tabellionem creari: vt puta si seruus, nihilominus valebunt eius instrumenta, exemplo Barbarij, qui fuit electus prætor à populo iurisdictionem habente, cuius detecta seruilis conditio non vitiauit gesta, & sententias per ipsum in officio prętorio latas. Si verò non fuit à superiore, & habente potestatem creatus, nec habuit priuilegium, quamuis communi opinione fuerit reputatus notarius, non propterea communis error potuit ipsum cōstituere & facere notarium, & hanc distin. confouet tex. in d. l. Herennius. ff. de decur. eamque tanquam magis communem obseruat Alex. in d. l. testes. C. de test. F. Turz.

instrumentum vacillat per vnum ex tribus testibus instrumentariis, Fran. cur. iun. cons. 55. n. 1. communem dicit, tamen fidem facit Boer. decis. 12. com. dicit. B. Villalob.

Nota istam communem cum seqn. de iure regio est l. 115. 116. & 117. titul. 8. par. 3. vbi cauetur, quod quando testes dicunt non recordari de confectis in instrumento: cùm essent præsentes, q̄ si notarius est bonæ famæ, ei est standum. alias si non sit bonæ famæ, vt tes non sit de longinquo. omnibus testibus contradicentibus, creditur testibus, & non notario, vel si alias probaret negatiuam coarctam loco vel per instrumentum, vel per quatuor testes non creditur instrumento per d. l. 117. idem.

Instrumenti tenor probari potest per testes, quando instrumentum fuit amissum, & testes ita sint periti, vt cognoscant defectum instrumenti, puta aduocati, vel notarij, & recognoscant literas illius notarij, quod voluit Bart. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. per tex. in c. cum olim. 1. de priui. cuius opi. attestatur esse communem Dec. in d. auth. si quis in aliquo. nu. 29. Sed si notarij deponerent se vidisse & legisse aliquod instrumentum, quamuis sint periti, eis tamen non credetur

deretur, vt not. Bar. in d. auth. si quis in aliquo. cuius rei illa est ratio quia non sunt examinati tanquam testes, nec rogati vt notarij nec tali casu rogari potuerūt vt notarij cum notarius rogari non possit nisi de his quæ fiunt inter partes. Vnde si qs notario dixerit vt rogetur qualiter Titius hominem percussit, vel occidit. & is instrumentum hac de re confecerit, instrumentum huiusmodi nullam faciet probationem, vt voluit Bart. in l. item senatus. in fi. prin. ff. ad Turp. Bald. in l. fi. ver. restat quærere C. de prob. & Alex. in l. prætor. in prin. ff. de eden. vbi Pau. de Cast. circ. fi. ver. pone exemplum, refert dum ipse fuisset ex facto consultus Florentiæ ab vno qui notarium rogauerat, vel de filij sui iniquitate instrumentum conficeret respondit, per tale instrumentum filij iniquitatem non probari, nisi iudicis authoritas accesserit. Quod dictum procedere potest quod plenam probationem indicium verò & præsumptio ex tali instrumento adeò induceretur, q̄ in probationis supplementum deferri posset iuramentum, secundum Bald. in rub. C. de fi. instr. ver. sed dubitatur vbi ex hoc infert. ad milites stipendiarios, habentes instrumēta de morte equi in bello, videre licet apud ipsum. F. Turz.

Instrumentum redditur falsum per duos testes instrumentarios. Curt. iun. in d. cons. 55. com. dicit. B. Villal.

Amplia, & per alios duos testes non instrumentarios. Dec. in c. tertio loco de prob. com. dicit.

Fallit, nisi sint alij duo testes coadiuuantes instrumentum. Boer. dec. 118. n. 29. & Ias. cons. 124. com. dicit.

instrumentum dotis probat quando maritus præstitit alimenta vxori etsi sit confessionatum. Goz. cons. 42. n. 30. com. dicit. Idem.

Instrumentū habens plures articulos, vno approbato, non censetur in omnibus approbatum, Curt. iun. cons. 166. n. 11. com. dicit. & Bello. cons. 56. nu. 12.

Amplia q̄ si producatur instrumētum, vel scriptura, potest acceptari pro parte approbari, & pro parte non, Aymon. Crauetta de antiq. temp. part. 1. in arg. de scriptura priuata, nu. 68. com. dicit, quam limita tripliciter. idem.

instrumentum factum secundum solennitates vnius loci, vbique probat in tract. de antiq. temp. part. 1. in verbo quarto limitatur. n. 9. com. dicit ex Bart. in l. 1. C. de sum. trin. idem.

Nota istam communem, iuncta decis. doc. de Palat. Rub. in repet. rub. de don. inter vir. & vxo. ad ampliationem, l. 5. ti. 8. li. 3. ordi. vbi dicit quod instrumentum alibi confectum extra regnum, habebit executionem paratam in hoc regno quem vide. Idem.

instrumentum, si inueniatur penes aliquem: cum cautione admittitur sine mandato. Fel. in c. coram. de off. deleg. quē refert. Alc. in tract. præsump. regu. 1. præsump. 33. com. dicit. & Ias. in l. cautio de procura. C. n. 12. idem.

Nota istam com. ad ampli. l. x. ti. 5. part. 3. & l. 2. tit. 10. lib. 3. For. legib.

instrumenta quibus in iudicio quis vsurus non est, edere non tenetur, secundum Azo. cuius opin. communiter esse approbatam scribit, Albert. in l. 1. §. edenda, per illum text. ff. de eden. I. Fich.

instrumentum inuestiturarum feudalium non probat dominium cōtra tertium possessorem, Cur. iu. cons. 18. n. 5. com munem dicit. B. Villalo.

instrumentum locationis non probat dominum, si conueniatur possessor actione reali ex dominio agentis: secùs tamē si conueniatur ex personali actione ex contractu locationis intentata contra inquilinum. Curt. iun. cons. 158. n. 6. comm. dicit. Idem.

Instrumenta ad probationem produci possunt vsque ad conclusionem causæ etiam si ad producendum esset constitutus certus terminus à Iudice, dummodo res sit integra. comm. dicit Lanfr. in ca. quoniam contra falsam. in verb. instru. productiones. n. 25. de prob. in antiq. I. Fich.

ADDITIO. De ista probatione dominij per instrumētum ac alia probatione seu præsumptione, addidi ꝫ. in litera D.

Instrumentum in iudicio producens absque indictione ac consule, vel absque aliis similib. solennitatib. & sic non solenne, censetur illud, ac omnia in eodem contenta ex huiusmodi productione approbare, atque confiteri, quoad fidem probatoriam, vt contra ipsum producentem fidem faciat, secūdum Bal. in l. alia. C. de his quib. vt indig. Ang. cons. 132. Alex. consi. 184. vol. 7. Fel. & Dec. n. 90. & 95. cum aliis per eum, in c. venerabilis. de excep. & Cravet. in tract. de antiq. temp. in 1. par. n. 118. vbi ostēdit istam esse magis communem opi. atque refert Doct. transeuntes cum ꝑria parte. & adeò instrumentum producens illud approbare censetur, q̄ minimè releuat protestatio si asseueret se illud producere in parte, & partib. pro ipso producente facientibus rātum, & nō aliter, nec alio modo, & maximè q̄n aduersarius huiusmodi protestationi non consenserit. & ideò potest ex eo condemnari, secundum Inn. in c. cum olim. ext. de cens. Bart. in l. post legatum. ff. de his q̄. vt ind. Bal. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. Ferrarien. in sua prac. papiēsi. in for. productio. instrum. §. in illis. n. 1. & seq. Iaff. dec. 408. & si pars dicat. Dec. in d. c. cum venerabilis. nu. 99. & seq. Craue. in d. 1. part. sui tract. de antiq. temp. n. 138. & seq. Nattā cons. 31. n. 3. & Ruinum consulēdo cons. 136. n. 4. vol. 4. hocque non ita gn̄aliter, atque simpliciter intelligendum est in omnib. instrumentis, verùm in eis dūtaxat. quæ sunt communia, seu quæ pars producere tenetur puta, q̄n in libello actoris narrata fuere. ita Alex. in d. l. j. C. vt quæ desunt aduo. & cōsi. 124. circ. fi. vol. 7. In ꝑriam verò partem videlicet, q̄ huiusmodi instrumentum quantumuis proprium produci possit in parte, ac pro parte reprobari, incinauit Fel. in d. c. venerabilis. & in c. imputari. in fi. instrum. cum aliis citatis per eum. vbi concludit istam com. sentētiam fore, & præsupponit Ruinus etiam in d. cons. 136. n. 4. & refert Crauet. in d. 1. part. tract. de antiq. temp. n. 146. F. Viuius. lib. 2. opi. 145.

Instrumentum seu scripturam minus solennem etiam cōtinentem capitula separata reus cōtra quem producitur potest eam acceptare in parte, & in parte non secundū Bar. in l. quædam §. nummularios, sub n. 2. ff. de eden. Ang. cōs. 304. Rom. cons. 346. Gemi. cōs. 9. in fi. vol. 2. Guid. Pap. dec. 53. pone ego sum. n. 2. & Craue. cum aliis citatis per eum, in tract. de antiq. temp. in 1. part. n. 134. vbi concludit istam veriorem, communemque opi. fore, atque limitat in trib. casib. F. Viuius libr. 2. opi. 146.

instrumētum publicū productū de longinquis ac valde remotis partibus, in aliquo iudicio, si negetur illud esse à notario confectū, seu negetur qui cōfecit eum esse notarium, tūc illi instrumento standum nō est, & sic aduersario præsente & ꝺdicente, huiusmodi instr̄m nullam fidem facit pro ipso producente, fm Spe. & Io. An. in add. ibi. §. restar. in tit. de instr. edi. ver. quid si produxit. Ci. Bal. & Sal. in l. cōparationes. C. de fid. instru. Lanf. in c. q̄n ꝺ. c. 9. de instru. productione, sub n. 14. de prob. Dec. cum aliis copiosè deductis per eum in c. si scriptura. n. 52. de fid. instr. vbi scribit istam com. opi. & Boe. etiā dec. 36. n. 10. & refert Marl. in l. si quis ne q. n. 138. ff. de q. Licet ipse ibi ꝺrium asseueret. Sed tale instr̄m indubitāter ac plenè ꝓbaret vbicūque productor ipse portaret secū literas testimoniales habētes sigillum & alia requisita, & confectas per officialem regentem ciuitatem, vel per ciuitatem ipsam, & facientes mentionem, ac fidem de tabellionatu, morib. & vita illius notarij, qui confecit tale instrumētum, & hoc modo habitur plena fides ipsi instrō producto de partib. remotis, fm Bal. & Ang. d. l. comparationes. Cagnol. cum aliis relatis per eum, in l. si librarius. n. 57. ff. de reg. iur. Anch. & Fel. in d. c. si scripturā. & ibi ēt Dec. n. 52. & seq. vbi refert opin. istorum obseruari in pract. atque in toto orbe similiter obseruari attestatur Marsil. in d. l. si quis ne q. n. 144. & obseruatur etiam in Regno Neap. teste Afflicto, in constitutio. instrumentorum robur. q. 9. ob ritū magnæ curiæ vicarię inchoantem irem seruat dicta curia q̄ instrumētis confectis extra regnum nō creditur, vbi de hac eadem obseruātia in regno facit mētionem Annibal Cauensis in suis scholiis. Cæterùm vbi productor huiusmodi instrumēti in partib. longinquis celebrati careret literis testimonialib. officialiū loci, vbi confectum est ipsum instr̄m, tūc posset docere per testes idoneos de tabellionatu ipsius notarij, & instrumentū, probato tabellionatu notarij prædicti faceret plenā fidē, aliàs secus, vt voluit copiosè, & doctè facrū regiū cōciliū Neap. teste Affl. in dec 251. p totā. F. Viui. lib. 2. opi. 148.

instr̄m, in quo numinis inuocatio prætermittitur. nullo ꝓprius vitio afficitur, vt frequēter placitū efferūt Dec. in c. si scripturā. de fi. instr. latè Did. à Couar. in prac. q. c. 20. n. 1. Quod intellige, nisi si consuetudo aliter se habeat, vt in tota ferme Italia. quippe quia tūc ex non implorata numinis ope, instrumētum, ēt de Iudæorum ꝺctibus exaratū, labefactabitur, cōmune ponit Marquard. de Iudæis. c. 8. part. 1. n. cum seq. Vt etiam illud instrumentum, quod in locis imperio subditis conscriptum Imperatoris mentionem non habet, vel in pontificia ditione exaratū pontificis memoriam non præfert, nullius erit ponderis ac momenti. quemadmodum com. ponit Viui. lib. 1. opi. 155. cui⁹ tñ ꝺriū veri⁹ æquis alibi vberrimè ostēdo. F. S.

instr̄m loci, ac domus, vbi fit, memisse ꝓprius ac diserte ꝺbet alioqn fidē nullā faciet. cōe inquiunt Ruin. cōs. 154. n. 4. & n. 10. li. 3. Boer. decis. 37. n. 27. fi tñ illud domus cubiculū in quo cōscribit, exprimere seu enūciare necessariò ꝺbet. cōe ponūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ruin.vbi s.Viuius lib.1.opi.154.in fi. Idem.

Instrumentum publicum vt fidem aliquam facere possit, necessariò notarij ipsius signum habere debet.commune asserunt Boer.dec.36.n.8.Viuius lib.1.opi.155. Quanquam eiusmodi subsignationem de iure non exigi scribat receptum Alex.in rub.n.14.ff.de nou.oper.nun.quod magis probo,si aliter de rei veritate potuerit constare, debebit tamē præterea liquidò innotescere rogatum fuisse notarium, vt instrumento aliquod pondus ac robur insit.quoniam & ob huius solēnitatis defectum instrumento vires non erunt & ea solennitas aliàs non præsumetur.commune ponit Turz.opi.36.Idē.

Instrumentum ab eo factum notario,qui cum notarius esse non posset,notarius per errorem creatus ab aliquo eorum fuit, qui id officij clargiri idoneis possunt, firmum, ac ratum prorsus est etiam postquam detectus creationis error est, ac notarius ille officio lapsus:quanquam instrumentum ab illo exaratum.qui vulgò notarius reputatur,sed nullo priuilegio munitur,fide penitus omni careat,vt frequentioribus doctorum suffragiis exceptum ponit Turz.opin.91.cum Alex.in l. testes.in fi.C.de testam. Idem.

instrumentum alibi gentium conscriptum, nullam fidem faciet,si eius conscriptorē neget notarium aduersarius, vt frequenter placitum aiunt Dec.in c.si scripturam.n.52.de fid.instru.Boer.decis.36.n.10.nisi si vel literis magistratus illiusmet loci,vel testibus contrarium probetur,vt commune ponit Viuius lib.2.opi.148. siquidem instrumentum ritè in loco vno factum, vbique probat commune effatur Aymon. de antiq. temp.part.1.ver.quartò limita.nu.9. Idem.

instrumentum publicum inter illos duntaxat probat,inter quos exaratur.commune pronunciant Ias.in l.cum aliquis.n.4.C de iur.delib.Barbat.in c.ex literis.in fi.de prob.Guid.Pap. q.193.de iurisdictione tamen vel ditione antiqua mētionem faciens,& inter alios fide summa dignum habebitur.commune asserunt Syluan.cons.57.n.9.& seq.Aymon.Crauet.de antiquit.temp part.1.n.74. Idem.

instrumētum qui producit,si interrogetur, vtrum velit eo vti, necné, præcisè respondere vel aiens vel negans tenetur, ac si eo se vti velle responderit, & falsum sit illud instrumentum, falsi generaliter atque indistinctè tenebitur. commune asserunt Aegidius Bos.in tit.de fal.n.155. I. Clar.in prac.§.falsum.ver.vtens falso instrumento. Idem.

instrumentum qui minus solēne in iudicio producit,illud amplius improbare nequit.commune ait Crauet. de antiqui. temp.1.part.n.118.Quod tamen non procedet, si instrumentum plura capita complectetur,vel si illius productor confestim attestetur se illa eius parte tantum vsurum, quæ cum ipso faciat,cætera prorsus damnare,vt frequēter placitum efferunt Curt.iu.cons.166.n.11.Aymon Crauet.vbi s.n.134.Viuius.qui rectè declarat lib.1.opi.259.& latius libr.2.opi.145. & 146.& si contrarium complures cēseant, quos idem Viui. congerit opi.145. Idem.

instrumentum ni desideratas iure solēnitates habeat, notarius,qui illud conscripsit, falsi pœnis obstringitur, vt magis cōmuniter teneri à doctoribus enunciat Cora.cons.53.Non tamen idcirco aliàs punietur,quàm in casib. iure expressis:vt asseuerant Augu.ad Ang.& qui eum laudat I.Clar.in pract.§. falsum.ver.pariter etiam. Sed meo quidem iudicio semper is notarius damno rogantis erit obnoxius. verum ea de re alibi vberius. Idem.

Instrumētum vbi statuto promptam,paratamque habet executionem, quamuis nondum liquidatum sit(vt doctores fantur)si in processu tamen liquidò supputari queant, executioni committetur,commune aiunt Did.à Couarru.lib.2.resolut.c.11.Viuius lib.1.opi.305.de iure autem cōmuni, nullum instrumētum quamuis liquidum paratam executionem habebit,vt commune aio ex Alex.in l.5.§.1.ff.de re iud.&in l. si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.sol.mat.Ias.in l.2.n.9.ff. de iureiur.Ias.rursus in l.vlt.nu.6. C. de edict. diui Adria.tol. Rhoder.Soarez in l.post rem iudicatam.ff.de re iud.Campes. de dote.5.art.q.11.allegant & commendant ad id tex.in l.40. minor annis.15.ff.de minor.qui de publico instrmento nulla prorsus verba facit:sed ea de re latius alibi. idem.

instrumentum ostendens, & cautionem offerens.admittitur sine mandato, vt frequēter placitum inquit Fel. in c.corā. de offic.dele.Ias.in l.cautio.nu.12.C.de procurat. Alc.de præsump.reg.1.prasump.33.& vide ī.ver.mandatum. idem.

instrumentum qui abraserit,vel expunxerit,falsi pœnas dabit.commune ponunt Matth.de Afflict.dec.404.n.4.I.Cla.in pract.§ falsum.ver.abradens. idem.

instrumentum, quo contineatur aliquem pecuniam accepisse,& habuisse, vt vanum ac falsum explodetur,si nulla presenti pecunia confectum probabitur,vt frequenter placitum ponit Emanuel à Costa in l.si ex cautione.limitat.19.C.de nō nu.pec.Quin & præterea notarius ipse falsi punietur,si verba illa,vel similia,pecuniæ numerationē repræsentātia,instrumēto inseruerit,ac nullam pecuniam præsentem fuisse tunc temporis,cùm instrumentum exarabatur,liquidò cōstiterit,quemadmodum commune pronunciat Ias.n.48.dec.n.33. Curt. iu.n.36.in l.singularia.ff.si cer.per.Foller.in prac.cri.n.66.Idē.

instrumentum publicum, cui etiam fuere plures testes inscripti,poterit duobus tātum fide dignis,omniq́ exceptione maiorib.quo ad eius seriem improbari, licet hi testes non sint ex illis,qui descripti sunt in eodem instrumento. c.tertio loco.extrà,de prob.l.optimam.C.de contrah.stip.licet gl.ibidem in ver.testium ꝓrium asserere videatur,tñ com.opi.est ꝺ gl.Dec.nu.11.ver.in gl.fi.& hoc intelligitur,siue ea probatio fiat directè siue indirectè,cui ea refragatur ratio,q̄ ab authoritate ducit tabellionis, à quo instr̄i fides pendet.ca.ad audientiam.extrà,de prescri.is autem tabellio vnus est,&ideò quamuis sit eius authoritas publica,nō debet duobus integris testibus præferri.Licet Doc.hoc frequenter committant arbitrio iudicis,tamen præcedētem conclusionem ex dictis Doc.d.ca. tertio loco satis liquet,& ex iis,quę à Cyno & Sal.l.in exercēdis.C.de fide instru.& Imo.in l.1.§.si quis neget. ff. quemadmodum testam.aper. Zas.in lib.2.singula.responsor.c.23.quibus fundamentis instrumenta firmentur,& quibus infirmentur.Et hanc sentētiam scribentium communem opi.esse post Deci.fatetur quoque Did.in d.c.20.n.6.ver.prima conclusio. Quam sententiam ipse latiùs in lib.2.c.13.n.11.varia.resolu. in Tom.2.prosequitur,vbi tamē communem conclusionem ex authoritate allegatæ gl.satis dubiam esse dicit.kirchouius.

Instrumentum defectuosum in aliqua ex solennitatib. instrumenti,putà in indictione,& similib. si Notarius mortuus est,facit semiplenam probationem,secundùm Bart.in l.admonendi.ver.quæro,quid si in aliquo instrumento.ff.de iureiur. per l.fi.C.famil.ercis.& l.1.§. si rosæ.ff.de bo.poss.secund.tab. Balb.decis.501.

Instrumentum. Partes non possunt conuenire, ꝙ instrumētum habeat executionem paratam absque aliquo ordine iudiciario,secundum gl.in c.de causis,extr.de off.deleg sentit Bal.in l.tale.§.qui prouocauit,in 2.opi.ff.de pac.& per ea quę volunt Doct.in l.nemo potest.ff.de leg.1.gl.in l.prolatam.C. de sen.facit.l.ius publicum.ff.de pact.domini de Rota,in nouissi.decis.91.in rubr.de libel. obla. Fortè tñ valebunt in vim pacti gesta virtute talis conuentionis,secundùm Pan.in d.ca. de causis.per l.7.C.commu.vtriusque iudic. Balb.decis.226.

instrumentum non reddit suspectum ꝺictio vnius testis, quoties tot supersunt,quot necessarij sunt ad actū,vt est com. opi.de qua D.Gabriellius cons.169.n.70.Ruin.cons.13.nu.7. in 5.vol. Bonacoss.

instrumentum redditur falsum per duos testes instrumentarios.vel non instrumentarios.Nisi adsint alij duo testes coadiuuantes instrumentum.Villal.in suo com.opi.vers.instrumentum n.74.Qui testes debent esse omni exceptione maiores.Grassius com.opi.lib.2.c.18.q.12.com.dicit.Riminal.cons. 1.n.25.Bened.de Vado foro Sempro.in reperto.Fel.ver.instrumentum per quot testes. Bonac.

instrumentum falsum in vno ex substantialib. præsumitur in totum falsum,vt est com.opi.D.Gabr.in suo com. opi. lib. 7.concl.3.Amplia &limita,vt ibi.per eum.Soc.iu.in cons.41. n.4.in 2.vol.prout & restis.in dubio autem debet pronunciari pro instrumento.Gratus responso.9.nu.183.in 1.vol.Bon.

Instrumentum qui abraserit vel expunxerit,falsi pœnas dabit,vt est com.opi.Soarez ver.instrumentum.n.144. Bonac.

instrumentum non probat delictum,vt est com. opi. Soarez in ver.instrumenti.n.152.Hæresis autē instrumento probat,vt est com.opi.& vsura.com.est opi.Cla.q.54.ī pr.Bonac.

instrumentum in quo est decretum iudicis debet exhiberi parti cum die & consule,& appellatur instrumentum fori,secundum Bald.&do.Cato.in l.nec quicquam.§.vbi decretum. ff.de offi procōsul.& est ad limitationem §.editiones.in l.1.ff. de edend. Balb.decis.247.

Instrumētum valdè antiquum fidem facit,nec vitiatur, licet non proberur vel aliter cōstet enm.qui illud scripsit,fuisse vel esse Notarium: quia præsumitur ꝙ fuerit Notarius,nisi de contrario probetur per opponentem,secundùm Inn. in c. veniens.in 2.col.extrà de verb.signifi.Bal.in auth.quas actiones.circa fi.C.de sacrof.eccle.faciunt quæ habentur in ea.causam,quæ.& ibi per glo.extrà de proba.in l.census.ff.cod. titu. Balb.decis.491.

Instrum

Universidad de Deusto Biblioteca

Instrumentum, de quo fit mentio in libelllo relatiuè seu limitatè debet reo exhibendum, antequam respondeat, sicut libellus, si est penes actorem, de quo stabitur eius iuramento, secundùm Inn. in c. 1. de probatio. Specu. de instru. edi. §. nunc dicamus, vers. quid si quis. do. de Rot. decis. 36. in nouis. secus si penes tertium, Titius vendidit mihi fundum, & de hoc apparet per instrumentum receptum per talem: quia tunc non est reo exhibendum ante lit. contestat. secundum Bart. Bald. & communiter Doct. in l. edita C. de eden. nisi de tali instrumento reus verisimiliter non esset informatus, secundum Pan. in d. c. 1. 6. col. ibi, ego putarem. Balb. decis. 297.

Instrumentum producens. Et si pars dicat, produco instrumentum vel acta inquantum faciunt pro me, Iudex tamen potest illis inhærere etiam in facientibus contra producentem: quia constat sibi vt iudici secundum Inn. in c. cum olim. extr. de censi. in gl. in verbo tua. & in ver. instrumenta. Bald. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. per l. properandum. §. cum autem. ibi terribiles in medium &c. C. de iudi. Balb. decis. 408.

Instrumenti exemplo, auctoritate iudicis sumpto, plena fides adhibetur. Est com. opi. secundum Dec. in cons. 31. vol. 1. M. Chærian.

Instrumento quando vnus ex duobus testibus necessariis contradicit, vel dicit se non interfuisse, non statur amplius instrumento. Est magis com. opi. secundum Soc. in con. 46. cum in præsenti. in fi. vol. 1. idem.

Instrumenti præsumptio ac solennitas rectè probabitur testibus, vt commune aiunt Ias. in l. sciendum. nu. 10. ff. de verb. obli. Carol. Ruin. cons. 1. nu. 8. & seq. lib. 2. Quemadmodum etiam illius simulatio, fraus & falsitas, vel duobus testibus eidē instrumento subscriptis vel quibuscunque aliis duobus detegi, & conuinci poterit. commune dicit Cur. iun. cons. 55. nu. 3. Dec. in c. tertio loco. de prob. Tiraq. quem refert Viuius lib. 1. opi. 346. Nico. Ant. Grauatius ad Vestrium lib. 3. nu. 123. Intelligetamen id non processurum, cum duo alij testes instrumēto adstipulabuntur, commune effatur dec. 118. n. 26. E. Suar.

Instrumenti amissi tenor iis demum testibus probari poterit, qui & instrumenti defectus intelligant & notarij literas, qui illud confecisse dicitur cognoscāt, commune doctorum pronunciatum meritò affirmāt Deci. in aut. si quis in aliquo. nu. 29. C. de edend. Matth. de Afflict. decisio. 274. nu. tertio. & decisione 302. nu. 3. & nu. 5. idem.

Instrumento si apponeretur iuramentum, contra illud non admittitur compensatio. Ita est text. secundùm vnam lecturā communiter approbatam, in c. ad nostram. Et hanc communem sententiam esse asseuerat Alex. de Imo. in cons. 91. nu. 5. in 2. lib. Consequuntur quoque alij Doct. Matth. de Afflict. in Dec. sacri. cons. Neapol. Deci. 381. Ias. in cons. 134. nu. 1. vers. concludo ergò ex prædictis. in 4. vol. cons. & Rol. à Valle, in cons. 17. n. 10. 3. Tom. cons. Licet Bar. contrariam sententiam sequatur in l. amplius non peti. nu. 8. ff. rem rat. haberi. Quam Alex. de Imo. sibi contrarius in cons. 12. n. 15. ver. non obstat. in eo. 2. lib. cons. approbat. Et hanc veriorē putat Moli. in suis addit. ad cons. Alex. in d. cons. 91. in verbo, damnatur. Kirch.

INSTRVMENTVM.

Summaria.

Inuocationem nominis diuini non esse de substantia instrumenti. q. 1.

Dictio, hæc & cætera, posita in principio instrumenti hanc vim habet, vt omnia requisita, tam de iure scripto, quàm de consuetudine apposita intelligantur. q. 2.

Instrumentum non vitiari omisso signo notarij. q. 3.

Ex nota instrumenti, in qua neque signum notarij, neque subscripto reperitur, sumi posse publicum instrumētum. q. 4.

Notarium, vt scriptura eius probet, rogari debere ad conficiendum instrumentum. q. 5.

Notarium in dubio non præsumi rogatum. q. 6.

Instrumenta antiqua dici, quæ ante 100. annos scripta sunt. q. 7.

Instrumento publico facto super contractu inscriptis celebrato, fidem non haberi, si protocollum vel factum omninò non sit, vel factum non reperiatur: at qui aliud esse si factū sit super contractu sine scriptis. q. 8.

Instrumenta per notarium infamia iuris notatum, sed tamen ante irrogatam infamiam confecta, vim & authoritatem suam retinere. q. 9.

Instrumentum confectum à sacerdote, vel à tabellione, validum esse q. 10.

In instrumentis publicis non requiri subscriptionem testium: sed sufficere eos inscriptos esse per notarium. q. 11.

Publicum instrumentū quot testib⁹ reprobari possit. q. 21.

instrumentum si contineat plura capita, iudici quidem integrè exhibendum: Aduersario autem tantùm eius capitis editionem faciendam, quo contra ipsum vti velit. q. 13.

Instrumenta publica præsentari, & produci posse, non tantùm in termino probatorio, sed etiam post vsque ad conclusionem in causa: Item interdum post conclusionem, si producens inret ea nouissimè reperta fuisse. q. 14.

Instrumentis transumptis & traductis ex protocollo tabellionis, vel notarij, vt credatur, necesse est interuenire authoritatem iudicis: quæ etiam requiritur, si hæres ipsius tabellionis qui habet protocollum, idem sit notarius publica authoritate: & velit ex protocollo instrumentum traducere. q. 15.

Ad traductionem instrumenti ex protocollo notarij, præter alia, requiritur etiam, vt citentur ij, quorum interest, & quos tangit negocium. q. 16.

Exemplum instrumenti publici, vt valeat & probet, qua ratione & forma sit transcribendum ex originali, & quibus præiudicet. q. 17.

Exemplo instrumenti publici, reperto inter acta iudicij, creditur: cæteris paribus. q. 18.

Exemplo exempli non haberi fidem: Et quomodo accipiē da & sustinenda sententia Bartoli aliter opinantis, seruata tamen forma. c. fi. de fid. instru. q. 19.

Exemplum traductum ex originali, licet non constet de solennitate traductionis, tamen fidem facere propter antiquitatem: modò notarius in eo testetur solennia requisita fuisse adhibita. q. 20.

Instrumenta antiqua, non requirere notariatus probationem. q. 21.

Chirographum, vel scriptura priuata, quam fidem faciat. quæst. 22.

Ad probandum ea, quæ continentur in scriptura priuata, duos testes sufficere: verùm ad probandum, illam ab eo contra quem producitur scriptā, vel subscriptam esse, tres necessarios esse. q. 23.

Epistolam recognitam ab eo contra quem producitur, plenè probare: Et si non fuerit recognita, faciendam literarum comparationem. q. 24.

Librum rationum contra scribentem plenè, at pro scribente concurrentibus aliis adminiculis semiplenè probare. q. 25.

Consuetudine induci posse vt libris negociatorum priuatis credatur, & plena fides habeatur. ead. q. in fi.

QVAESTIO I.

Quæro. An inuocatio nominis diuini sit de substantia instrumenti? Resp. q̄ non, & ista est com. opi. vt firmant Moderni post Alex. in rub. ff. de no. ope. nun. Eandem dicit esse communem Tho. Gram. decis. 106. nu. 10.

QVAESTIO II.

Quæro. An dictio, &c. posita in principio instrumenti operetur, vt omnia requisita tam de iure quàm de consuetudine apposita intelligantur? Resp. q̄ sic, ita tenet Barto. & omnes, quos refert Alex. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. & in specie Lancel. Hispanus, qui dicit hanc esse communem opinionem, reprobata sententia Bald. in c. cùm in iure peritus. ext. de of. deleg. Vbi dicit, q̄ si notarius in principio testamenti dicat tali anno, indictione, &c. tale instrumentum non valet, cùm sub dictione, &c. non censeantur apposita omnia, quæ de iure, & consuetudine solent apponi.

QVAESTIO III.

Quæro, Si in instrumento sit omissum signum notarij, An vitietur instrumentum? Resp. q̄ Spec. tit. de instru. edit. vers. item quia non est à tabellione signatum. videtur tenere tale instrumentum esse nullum. At in contrarium communi calculo itum est, q̄ scilicet, si signum notarij omittitur apponi in instrumento, non vitiatur instrumentum, vt firmat Alex. in d. rubri. ff. de no. oper. nun.

QVAESTIO IIII.

Sed pone, q̄ reperiatur testamentum extra protocollum, & absque signo notarij, nunquid ex eo poterit reassumi publicum instrumentum? Resp. Lucas de Pen. l. rura. C. de omni agro. & Paul. de Cast. in l. hac consultissima. C. de testam. existimant, quòd ex nota testamenti, in qua non adest signum notarij, nec subscriptio, non possit sumi publicum instrumentū.

Contrarium verò tenet consulendo Alex. in cons. 14. vol. 6. Cur. iun. in cons. 161. & hanc dicit esse communem opinionem Aim. Crauet. in cons. 151. incip. visis actis. & eam tenuit Cyn. & Saly. in l. contractus. C. de fide instru. Bald. in cons. 464. incip. dubitatur, an dicta scriptura. vol. 4. Imol. in l. 1. cum glo. in verb. imperfectæ. ff. quemad. testam. aper. vbi dicit, quòd si deficiant

Universidad de Deusto
Biblioteca

deficiant aliquæ ſolennitates in nota teſtamẽti, nihilominus notarius debet eam redigere in publicam formã, cum illa tamen, quali ſolennitate reperitur.

QVAESTIO V.

Quæro, An requiratur, ꝙ notarius ſit rogatus, ad conficiendum inſtrumentum, ad hoc vt ſcriptura eius probet? Reſp. ꝙ ſic, ita tenet gl. §. nos autem. verb. iniungatur. auth. de tabellionib. qnàm dicit eſſe communiter approbatam Soc. iun. in cõſi. 178. n. 3. vol. 2.

QVAESTIO VI.

Sed nunquid in dubio rogitus notarij præſumetur? Reſp. ꝙ non, & eſt communis opi. vt firmat Inn. & alij poſt ipſum in d. c. 1. de fid. inſtr. Vbi ſubdit vtile eſſe, ꝙ notarius afferat ſe eſſe rogatum, aliàs ſi non faceret, nec aliter de rogitu conſtaret, inſtrumentum non valeret. Eandem opi. tenet Bart. Ang. Im. & Alex. & Moderni in l. ſciendum. ff. de verb. obli. Spec. & Io. And. ver. & not. & in tit. de teſte. §. 1. ver. quid ergò ſi dicatur. & eam dicit quoque cõmunem Tho. Gram. in d. deciſ. 106. n. 25. Bart. tamen ſequitur gl. in d. §. nos autem. ꝙ præſumatur rogatus, quando concurrit alterum de trib. vel ꝙ notarius dicat, publicaui, vel ꝙ dicat rogatus ſcripſi, vel ſimpliciter ſcripſi, & reperiatur in quinternis rogationum inſtrumẽtorum, & cum Bart. in omnibus tranſeunt Doct. in d. l. ſciendum.

QVAESTIO VII.

Quæro, Quæ dicantur inſtrumenta antiqua? Reſp. ſecundũ communem & receptam Doct. ſententiam ea dici inſtrumenta antiqua, quæ ante cẽtum annos ſcripta ſunt, vt firmat Inn. in c. veniens. ext. de verb. ſig. Ale. & Moderni l. cùm aliquis. C. de iure delib. Alex. conſ. 6. in fi. vol. 1. conſ. 208. col. pen. vol. 2. conſ. 89. col. 2. vol. 5. conſ. 140. col. pen. vol. 2. conſ. 12. & conſi. 75. col. 1. vol. 4. Iaſ. l. admonendi. n. 203. ff. de iureiur. & in d. l. cum aliquis. Dec. c. 1. ext. de app. Eandem comm. opi. firmat Matth. de Afflict. deciſ. Neapolita. 245. n. 4. Schrader. in conſi. 32. inter conſilia Doct. Germanicorum Tomo 1. Iaſ. in conſ. 81. col. 2. conſ. 114. col. pen. lib. 1. conſ. 34. col. pe. lib. 3. & conſi. 148. col. fi. lib. 3. Io. de Im. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. Spec. de proba. §. 1. ver. valet. Dec. in conſ. 321. col. 4. conſ. 13. col. pen. & conſ. 42. col. 2.

QVAESTIO VIII.

Quæro, An fides habenda ſit inſtrumento publico, de quo protocollum confectum non eſt, vel factum non reperiatur? Reſp. Certarum eſt variantibus ſententiis, quidam enim exiſtimarunt fidem habendam inſtrumento, etiamſi in ſcriptis ꝺctus fuerit geſtus, nec etiam conſtet de protocollo. Eius ſententiæ authores ſunt Nic. de Matarellis, quem refert Bal. Rub. C. de fid. inſtru. Pau. de Caſt. l. contractus. col. vlt. eod. tit.

Contrariam verò ſententiam frequentiori cõſenſu approbarũt Doct. ꝙ ſ. vbi actus in ſcriptis celebratus fuerit, fides inſtrumento non ſit habenda, ſi protocollum non apparcat, ita tenet Bal. d. Rub. C. de fide inſtr. n. 20. Alex. conſ. 175. libr. 7. n. 4. Dec. c. quoniam contra. n. 51. de prob. Pau. de Ca. conſ. 125. lib. 2. Ro. vbi dicit hanc opi. ita receptam eſſe, vt non habeat contradictorem, in conſ. 174. Secùs verò, quando contractus celebratus non fuit in ſcriptis, nec id actum, quia tunc fidem facit, etiamſi protocollum non reperiatur, vt firmat Bal. con. 464. lib. 4. & cæteri communiter.

QVAESTIO IX.

Quæro, An fides adhibenda ſit inſtrumentis per notarium infamia iuris notatum, ante tamen iſtam infamiam cõfectis? Reſp. ꝙ ſic, ſecundum receptam Doct. ſententiam, vt firmat Did. à Couar. prac. q. lib. c. 19.

QVAESTIO X.

Quæro, Vtrum credatur inſtrumento per ſacerdotem verè tabellionem confecto? Reſp. Receptior eſt ſententia, tale inſtrumentum eſſe validum, eiq́ue fidem eſſe adhibẽdam, ita tenet Bart. l. vniuerſos. C. de decur. libr. 10. Dec. l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de reg. iur. Eandẽ ſententiam firmat Io. An. & omnes Doc. c. ſicut. ext. ne cler. vel monac. Dec. in conſ. 17. Et eam dicit eſſe communem Alex. l. prætor. §. his etiam. ff. de eden. Hip. de Marſ. rub. ff. de fideiuſſ. n. 121.

QVAESTIO XI.

Quæro, An in publicis inſtrumentis requiratur ſubſcriptio teſtium? Reſp. Accurſ. l. gñali. C. de tab. lib. 10. exiſtimat ꝙ ſic, verùm receptior eſt opi. ſufficere, ꝙ nomina illorum inſcribãtur per notarium, abſque illorum ſubſcriptione, ita tenet Ab. & Doct. c. 1. de fid. inſtr. præſertim Fel. n. 13. & Dec. n. 12. Paul. de Ca. l. contractus. C. de fid. inſtr. & conſ. 325. lib. 1. incip. non multùm videtur. Capyc. in dec. Neap. 29. n. 1. Eandem ſententiam firmat Matth. de Afflict. Rubr. conſtit. Neap. 79. Et eam communem aſſerunt Barb. Rub. de fid. inſtr. n. 93. Dec. c. quoniam contra. nu. 18. ext. de prob.

QVAESTIO XII.

Quæro, Quot teſtes requirantur ad reprobandam feriem inſtrumẽti? Reſp. Teſtib. improbari poſſe inſtrumẽtum publicum, quoad eius fidem, tradit gl. & omnes Doct. vnanimiter in c. cùm Io. verb. quodlibet. ext. de fid. inſtr. gl. §. item verborum. inſtit. de inutil. ſtip. c. 3. loco. de proba. de numero autem teſtium variatum eſt, verùm obtinuit illorum ſententia, qui tradidere, ad reprobandum inſtrumẽtum, quoad eius feriem ſufficere duos notabiles & omni exceptione maiores, ſiue teſtes iſti ſint deſcripti in inſtrumento. c. tam literis. de teſtibus, quam dicit eſſe communem Fel. d. c. cùm Ioannes. n. 46. ſiue non, l. optimam. C. de contrah. ſtip. ſiue probatio fiat directè ſiue indirectè, ita tenet Io. An. Ant. de But. Abb. n. 13. Fel. n. 35. d. c. cùm Ioannes. Bar. l. 1. ff. quemad. teſta. aper. Ang. l. vel negare. c. ti. Cy. Salyc. l. in exercendis. de fid. inſtr. Eandem ſentẽtiam firmat Imo. l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſta. aperian. Zaſ. lib. 2. Reſp. c. 23. & eam dicit eſſe com. Dec. d. c. tertio loco. nu. 11.

QVAESTIO XIII.

Quæro, Vtrum inſtrumenti in iudicio producti, continentis plura capitula & diuerſa, copia danda ſit aduerſario in totum, an verò pro illa parte tantùm, qua producens vti velit? Reſp. Communiter receptum eſt, licet iudici integrè exhibẽdum ſit inſtrumentum. Aduerſario tamen illius tantùm capitis, quo producens vti velit, editionem faciendam eſſe, Ita tradit gl. communi conſenſu approbata. c. contingit. de fid. inſtr. vt firmat Alex. & Iaſ. l. argentarius. §. edi. ff. de eden. Fel. in c. 1. de libel. oblat. & ca. 1. n. 29. de proba ibi Dec. n. 61. Spec. tit. de inſtru. edi. ver. quid ſi produco. Ferrarien. in prac. Rub. de forma petendi copiam inſtrumentorum.

QVAESTIO XIIII.

Quæro, Vſque ad quod tempus inſtrumẽta poſſint præſentari? Reſp. communis eſt ſententia inſtrumenta produci poſſe non tantùm in termino probatorio, ſed etiam quandocũque poſt vſque ad concluſionem in cauſa, excluſiuè. Ita probat tex. c. cùm dilectus. ibi Abb. Fel. & Doct. de fid. inſtr. Bart. & omnes. l. admonendi. ff. de iureiur.

Limita vt admittantur, etiam poſt concluſionem in cauſa, vbi producens iurat nouiſſimè ea fuiſſe reperta, nec potuiſſe eum prius eorum cognitionẽ habere facta diligenti inquiſitione. Ita tenet Bart. in d. l. admonẽdi. nu. 3. ff. de iureiur. quem ſequuntur ibi Doct. Iaſ. in repet. n. 58. Baptiſta de S. Seuerino. col. 20. Curt. ſen. col. 21. Purpur. n. 8. Eãdem ſentẽtiam firmat Pan. Im. & Fel. in c. cùm dilectus. de fid. inſt. Fel. in c. paſtoralis. n. 9. de excep. Et eam dicit eſſe cõem Franc. Ripa in d. l. admonendi. n. 48. & ſequitur Matheſ. no. 57. Roder. Zuaretz. alleg. 5.

QVAESTIO XV.

Iure Pontificio & Cæſareo cõſtitutũ eſt, exẽplarib. inſtrumẽtis aliq̃ fidẽ adhibẽdã eſſe, maximè qñ ex ipſius tabellionis ꝓtocollo traducunt ſeruata forma iuris. c. cũ P. de fi. inſtr. Vbi inter cętera requirit authoritas iudicis, vt no. doc. cõiter.

Sed dubium eſt, nunqd talis authoritas requiratur, ſi hæres ipſius tabellionis, ꝙ habet protocolla, ſit idẽ publica authoritate notarius, & velit ex protocollo inſtrumentum traducere? Reſp. Diuerſæ ſunt ſentẽtiæ, nõnullis exiſtimãtib. nõ requiri hoc caſu iudicis authoritatẽ, cuius ſentẽtiæ authores ſunt Panor. d. c. cùm P. Bart. l. ſi quis ex argẽtariis. §. 1. per illum tex. ff. de eden. Aliis verò ꝺ, & rectius, nimirũ, etiam hoc caſu neceſſariam eſſe iudicis authoritatem. Hanc ſnĩam tenet Spe. ti. de inſtr. edit. §. oſtenſo. n. 15. & §. inſtrm. n. 15. ibi Io. And. in addit. Pau. de Ca. Alex. & Iaſ. d. l. ſi quis ex argẽtariis. §. cogentur. vbi firmãt eam eſſe cõem, & tenet Card. & Imo. d. c. cum P. tabellio. Bald. Ang. Pau. de Caſt. l. quædam. §. nihil. ff. de edendo.

QVAESTIO XVI.

Quæro, Nunquid ad hãc traductionem inſtrumẽti ex protocollo notarij requiratur, ꝙ citẽtur ij, quorũ intereſt, & quos tãgit negocium? Reſp. ꝙ ſic, ita tenent Doc. auth. ſi quis in aliquo documẽto. C. de eden. ea. Alber. de teſtib. & hanc ſententiam dicit eſſe communem Matthæ. de Afflict. in Neap. conſt. lib. 1. tit. 73. n. 58. & tenet Boer. deciſ. 36.

QVAESTIO XVII.

Quæro, Vtrum etiam traductio publici inſtrumenti poſſit fieri ab ipſa ſcriptura originali per alium tabellionem? Reſp. ꝙ ſic, dummodò ſolenniter, iuxta tex. c. fi. ext. de fid. inſtr. fuerit tranſcriptum, vt not. ibi Inn. & alij communiter.

Iudex ordinarius lata sententia, licet nulla, si ab ea est appel latum, non potest eam reuocare vel emendare. Si verò non fuerit appellatum & nulla sit, ob turpitudinem, & sordes ipsi⁹ iudicis, tunc similiter non ipse, sed superior reformat sententiam, prout communiter tenent Legistæ per l.absentem.Cod. de accus.vt plenius ibidem notatur, & refert Bened.Capr.reg. 26.nu.18.aut fuit nulla non alia de causa, quàm ex turpitudine ac sordibus iudicis, & tunc poterit index ordinarius iterũ pronunciare, & definire causam.l.præses.C quomodo & quãdo iudex, vt voluit Inn.in c.de causis, de of.dele.vt secundum Ant.ibidem communiter tenent Legistæ, de quo tamen vt dicit Bened.Capr.regul.26.nu.19.dubitari possit, nam licet Iacobus de Arena & post eum Cyn.in d.l.si vt proponis.C.quomo.& quand.iudex, hoc tenuerũt, tamen alij Legistæ aliud tenent, vt voluit Barto.in d.l.si vt proponis, & in lege si expressum.ff.de appellat.

Iudex ecclesiasticus si aliquem condemnauit, & postea remittat illum iudici seculari puniendum, tunc iudex secularis non tenetur stare processui facto coram iudice ecclesiastico, sed potest de nouo cognoscere.com.dicit Fel.in c.at si clerici, in pr.nu.14.de iud quem refert Afflict.super 1.part. const.regni.rub.27.nu.32.& Curt.iun.in l.magistratib.nu.4.de iurisd. om.iud.intellige in illis criminibus quæ non sint merè ecclesiastica, secùs enim est in hæresi & similibus, vt commun.dicit Cagnol.in l.cum quædam puella in pr.nu.33.ff. de iurisd.li. omn.iud.Et licet Legistæ teneant contrarium, vt com.dicit Imola.c.1.nu.19.de of.ord.quem refert Carrer.nu.63. & eandem communem legistarum dicit Menchiaca in 1.part.de testament.§.6.nu.16.verſ.denique.Pract.Iodoci.c.61.n.54.Tamen comm.opi.Canonistarum est in contrarium, vt dicit Berous in d.c.44.si clerici.n.79.& seq.de iud.Boss.in tit. de hæret. nu.35.Simancas de hæret.c.36.nu.3.Imò q̃ etiam iudex secularis non possit hoc casu commutare pœnam pro crimine hereseos.comm.dicit Boss.d.tit.de hæret.nu.37.Si verò esset crimen seculare vel mixtum, non tenetur secularis iudex præstare auxilium episcopo, si fiat sibi fides de processu.comm.dicit Alc.in c.1.n.119.de of.ord.Clar.in d.§.fi.q. 96. verſ. quæro etiam. P.Fichard.

Iudex excedens modum consuetum in torturam tenetur de syndicatu, secundum opi. Bart. communiter approbatam vt inquit marſ.in pract.crim.§.expedita.nu.89.in fi.& si forte reus moreretur & iudex dolo excessisset modum torquendi, tenebitur de homicidio. si verò ex culpa, tenebitur secũdum modum culpæ.comm.dicit Bel.cons.84.nu.12. ideò rectè faciunt qui iubent notarium in acta inscribere qualitatem & quantitatem torturæ, & communiter seruari testatur Ant.Gomes.c.13.delictorum.nu.6.verſ.si verò iudex.Cla.d.§.fi.q.64. verſ.iudex autem. idem.

Iudex in causa criminali, potest propter paupertatẽ rei pœnam pecuniariam mitigare & diminuere, si mulcta sit fisco debita, nec tenetur illam commutare in pœnam corporalem. comm.dicit Menchiacha controuerſ.illust.c.24.nu.15.refert Clar.d.§.fi.q.93.verſ.Hæc autem. idem.

Iudex in causis criminalibus qui primam sententiam tulit, debet in causa appellationis citari, quando processit ex offic. comm.dicit Cruera super ritu.260.magn. curiæ.n.14.alij verò dicunt simpliciter q̃ iudex ille vel syndicus fisci cuius interest, citandus sit, vt dicit Ang.de malef.in verb.præsentre Caio.nu.28.quod ita vidit practicari. Cla.verò dicit se nunquam vidisse citari iudicem nisi ageretur etiam de condemnando ipso iudice propter sordes vel iniustitiam, sed in fisco cuius interest, benè verùm esse quod citari debeat. Clar.d.§.fina.q.94. verſ.quæro nunc. idem.

Iudex in casu quando pœna committitur arbitrio iudicis, potest tunc etiam imponere pœnam mortis, hanc gl. opinionem in §.in summa in verbo extraordinaria.inst.de iniur.com munẽ dicit.barbat.cons.13.nu.6.lib.1.Alc.cons.472.Maranta in specu.nu.53.Papo.lib.24.tit.10.arresto.2.Dec.in c.ex literis.nu.14.de const.Bolenc.in reper.l.capitalium.§.famosos. num.29.de pœnis. Illa tamen gl. limitatur procedere quando delicti qualitas aut circunstantia talis sit, vt de iure communi vel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda, alias enim secùs, ita communiter eam limitari attestatur Affl.super 2.part.const.regni.rub.10.nu.22.& hanc esse communem opi.dicit Alex.cons.121.in fi.lib.7.Cruetta consil. 220.nu.14.& cons.224.nu.2.Dec.in d.c.ex literis.Gram.con. 39.nu.8.Ant.de Padilla.in l.transigere.nu.27.C.de transac.Contra verò q̃ iudex non possit arbitrari pœnam mortis, commu nem dicit Fel.in c.inquisitionis.de accus.vt illum refert Vilial pand.in repeti.l.22.c.9.nu.4.Affl.decis.276.n.6.Pract. Carer. nu.112.Gramm.cons.48.nu.2.Chass.super consuet.Burg.nu. 2.Menchiacha cõtrouer.vsu.freq.c.59.n.26.Clar.d.§.fi.q.83. ver.sed quæro. Idem.

Iudex iudicare debet in criminalibus secundum acta & probata etiamsi sciat veritatem esse in contrarium.commu.dicit Didacus lib.1.resolu.c.1.nu.9.idque in tantum procedit, vt etiamsi ipse rãquam priuatus sciret aliquem esse innocentem, tamen si ex probationibus crederet bona conscientia illum condemnari posse, poterit eum condemnare, ita communem dicit Imola.in cle.pastoralis §.quia verò.nu.49.de of.dele.& c.1.nu.13.verſ.si autem.Menchiaca.controuerſ.illust.c.13.n. 1.& c.14.nu.5.in fi.posset tamen iudex hoc casu instare apud superiorẽ vt ipse exoneretur ab huiusmodi iudicio, & causa alteri delegetur, vel potest etiã ipsemet causam alteri delegare, vt comm.dicit Imo.in d.§.quia vero.n.49. in fin.q.66.ver. scias autem. idem.

Iudex malè iudicans ex imperitia, tenetur arbitrio iudicis, com.dicit Boss.in tit.de officialib.corrup. pecun.nu.22. Clar. d.§.fi.q.83.ver.iudex. idem.

Iudex maleficiorum non potest condemnare reum ad restitutionem vel ad damna partis, nisi quando illum condemnat per suam propriam confessionem, secùs si per fictam, vt si ex contumacia condemnaret. nam officium iudicis non defert nisi veræ confessioni.com.dicit Rolan.cons.30.n.18.Cla. d.lib.5.§.fi.q.2.verſ.& hæc. P.Fichard.

Iudex maleficiorum non potest de restitutione rei furtiuæ cognoscere nisi incidenter, idque siue per modum accusationis, siue per modum inquisitionis procedatur.com.dicit Boss. in tit.de decreto Mediolan.nu.51.Clar.d.§.fi.q.2.verſ. & hæc in fi. P.Fichard.

Iudex non potest offensum vel læsum cogere ad quærulandum vel accusandum.ita tenet gl.in l.si quis homicidij.in verbo.coges.C.de accus.quæ frequenti Doctorum consensu probatur, vt ait Didac.lib.1.resolu.c.11.in fine.Et licet Barto in l. in eum.n.1.ff.de accus.tenuerit q̃ specialiter in crimine homicidij hæres possit cogi à iudice ad porrigendum querelam siue accusationem de homicidio commisso in personam eius cui successit, tamen contra eum est communis opinio, vt attestatur Salicet.in d.l.si quis homicidij.nu.10.Hiero.in apostil. ad Ang.de Malef.in verbo & ad querelam. nu.57.Clar.d.§.fi. q.15.verſ.item quæro. idem.

Iudex potest etiam ex officio repellere accusatorem non legitimum, etiamsi accusatus non opponat.comm.dicit Old. cons.34.nu.1.Clar.d.lib.5.§.fi.q.15.in prin. idem.

Iudex potest etiam in criminalibus tanquam suspectus recusari.gl.in c.qualiter & quando.ver.item si ille, de accusatio. quam dicit communiter approbatam. Card. Alex.in cap. de accus.ver.venio ad septimum, 2.q.8.& ita etiam comm.dicit Maria.in d.c.qualiter.nu.78.Clar.d.§.fi.q.43.in prin. idem.

Iudex potest publicare edictum & promittere præmium ei qui delinquentem capiat & tradat.communem dicit Alber. in 2.part.statuto.q.48.quem refert Aug.ad Angelum de Malesi.in verbo fama publica.n.75.Clar.d.§.fi.q.29.verſ.sed quid si delinquens. idem.

Iudex qui facit aliquem iniustè torqueri, capite puniendus, est.ita com.dicit marſ.in l.quæstionis modum.n.71.ff.de quæstio.quem refert Sapia. in l.1.in pr.n.7. ff.quod quisque iuris. & Apostil.ad Crottam de testib.n.96.in verb.Modica.& Apostil.ad Riminal.cons.6.nu.18.Boss.in tit.de tortur.n.31.Bart.

Universidad de Deusto Biblioteca

consilio 47.libr.1. Sed de consuetudine non seruatur, refert Clar.d.§.fi.q.68.in prin. idem.

Iudicem superiorem Papa non habet præter concilium generale,& ideo si de hæresi accusetur(vt quidem potest,sed de nullo alio crimine, vt magis communem dicit Berous in ca. cùm venissent.nu.31.& 43.de iud.) concilium est iudex competens.Communem esse attestatur Card.Alex.in can.si Papa 40.dist.laf.in cons.9 <lib.4.Clar.d.§.fi.q.35.verf.1. idem.

Iudicandum est secundum acta & probata, etiamsi iudici de veritate aliter priuatim constet. communem dicit Didac. lib.1.resolut.c.1.num.6.Imo.in elem. pastoralis. §. quia verò nu.49.Clar.d.§.fi.q.66.verf.iudex. idem.

Iudex secularis mortuo episcopo, vel absente,vel ægroto, quia legitimus est testamenti executor, iuxt.communem poterit exequi,& vltimam voluntatem adimplere,de qua re vide supra in verbo executores.

Iudex sequendo in iudicando conscientiam ex actis informatam contra propriam priuatam cõscientiam, non peccat. vt voluit gl.in c.1.de offi.ord.& Bart.in l.Illicitas. §.veritas.ff. de of.præsid.c.si sacerdos.de of.ord.ca.pastoralis,§.quia vero. de of.deleg.vbi Imol.hanc communem dicit.& tamersi Bene dict.Capr.regula 32.nu.8.ita communiter secundum Theologos & canonistas excepto Calderino & D.Ant.teneri asserit.id tamen dicit fallere in causa criminali,si non in absoluendo,saltem in condemnando,quia ibi tractatur de executione irreparabili quod & D.Nicolao d.c.1.de of.ord.placet.Similiter fallit in iudice supremo qui, non ligatur iuribus positiuis, quare veritatem sequi debet argumento eius quod habetur. in l.1.in fin.ff.de quæstionibus.vt dicit Cyn.l.1.C. vt quæ desunt.id fallit quoque si contrarium esset planè notorium,aut iudex vt priuatus certissimã haberet conscientiam.quam sequendo acta deponere non posset, quo casu ne contra conscientiam peccet, à iudicando abstinere potius debet, de quibus singulis.nu.9.& seq. vsque ad finem regulæ ipsum consule Capram.

Iudex habens conscientiam priuatam & non ex actis informatam,contra reum,etiam si accusator nil probet,non debet eundem absoluere definitiuè,prout dicit Bal.in ca.pastoralis. §.quia vero.de of.dele.sed tantum ab obseruatione iudicij secun.D.Ant.in c.1.de of.ord.quod procedit quando non fuisset aliquis terminus ad probandum accusatori assignatus. aliàs quando fuisset assignatus accusatori terminus probandi, nec probauit, tunc secundum communem tenetur ipsum reum definitiuè absoluere,iuxta no.in l.properandum.§.1.C. de iud.& Imol.d.ca.1.de offi.ord.quod ibidem videtur sequi. D.Nic.vt refert idem Bened.Capr.regul.32.nu.32.& seq.

Iudices remoti consensu actoris & rei literis impetratis siue rescripto possunt dari vltra vnam vel duas dietas, quod communiter teneri & in practica obseruari refert Benedict. Capra regula 53.nu.13.vide infra rescriptum.

Iudex si forma statuti disponatur, vt teneatur committere causam consilio sapientis,si partes vel aliqua ipsarum id velit valet & tenet,modo iudex habeat iurisdictionem & potestatem ab ipsis statuentibus, secus autem si à superiore nisi & is tale statutum confirmasset quo casu similiter teneretur ad obseruantiam statuti,communem refert Benedictus Cap.regula 28.nu.36.& seq.vide infra in verbo Statutum,per id quod habetur in clem.ne Romani.de elect. & stante tali statuto, si iudex dicat, pronũcio secundum consilium quod dicit reum absoluendum,valebit talis sententia, non solùm si consilium redditum sit super interlocutoria,vt tenuit Io.Andreas, in additio.ad speculatorem tit.de excep.§ viso.ver.porrò,sed etiam si sit redditum super definitiua,vt tenuit Cyn.in l.prima. C.si aduers.libert.licet Bartolus,ibidem & Io.Andr.in dicta addit. aliud voluerit sed male,cùm verba sententiæ intelligi debeãt secundum mentem consulentis, quæ talis fuit vt absolui debeat argument.c.intelligentia,& c.in his,de verborum significatione,secun.Imolam in c.si pro debilitate.de offic.delegat. cum quo communiter recentiores transire refert Benedictus Capra,regula 208.nu.39.vbi ex Imola monet, tutius esset vt iudex pronunciet sic pronuntio secundum formam consilij & sic absoluo vt in eo continetur.de quibus,in l.1.§.si quis ita. ff.de verb.sig.

iudex vt quis si aut esse possit, an sufficiat annum ante quẽ iudex esse nequeat iam cœptum esse, an oporteat eum esse completum,vide ẽ.in verbo Minor.& Bened.Capra reg.30.n. 22.& seq.

Iudex licet neminem regulariter sine accusatore condemnare debeat,tamen inter alias multas fallentias,quando generali inquisitione contra malefactores procedit,& aliquem inspectum ac culpabilem reperiat, poterit speciali inquisitione contra eundem procedere, & criminis conuictum punire, communem refert Bened.Capr.reg.74.nu.9.3.accusator.

Iudex. Pœnæ capitis appellatione in dubio de pœna mortis non intelligitur,& sic si iudex assereret in sententia diffinitiua condemnatoria,Titium condemnamus in pœna capitis, seu pœna capitali, non veniret plectendus pœna mortis iste reus,sed alia mitior,ac minori pœna,& per consequens exilij perpetui,quia pœna capitalis in exilium perpetuum interpretatur,secundum glo.in l.vnica. C. ne Christi.mancip.post Azonem ibi in summa,quam glo.dicit singularem Imol.in l. 2.de publi.iud.laf.in l.transigere.C.de transactioni.nu.9.Anani.& Fel.in c.qualiter,il 2.§.licet.nu 39.2.de accusatio.& marsil.cum aliis signatis per eum in practica criminali.§.opportunè,n.40.vbi præsupponit istam esse communem opinionem, & admonet iudices,quòd in sententiis capitalibus vltimi supplicij proferendis apponantur illa verba, scilicet quòd taliter moriatur, & anima separetur à corpore. F. Viuius libro 2. opin.152.

Iudex delicti condemnat delinquentem, etiam priuando ipsum bonis alibi existentibus, sed executio realis, hoc est ablatio possessionis fit per iudicem, sub quo bona sita sunt.ca. postulasti.ext.de fo.comp.vbi Io.de Im.Pan.Melchior Cling. & alij hanc doctrinam latiùs prosequuntur. Et ibi attestatur prædictus Io.de Imo.hoc communiter teneri.Propterea scribit Io.Berberius: si quis habuerit in diuersis territoriis bona, cui ista applicanda sint,an domino vbi condemnatur,an verò domino vbi sita sunt?si Dominus domicilij vel rerũ haberet fiscum,tunc bona quæ sunt in loco domicilij,occupari per fiscum domicilij,& maximè,quia proprius forus est domicilij, per gl.in c.statutum.§.cum autem.de reser.lib.6.& allegat Ber ber.l.3.C.de bon.vacan.lib.10. Cum fiscus territorij occupet bona in suo territorio vacantia.l.tutores.§.hæres.ff. de admini.& peric.tut.l.forma.§.si verò.vbi iurisc. Vlpian.inquit:si verò quis agrum in alia ciuitate habet,in ea ciuitate profiteri debet,in qua ager est.ff.de censi.Et hanc communem esse opi.in viatorio,seu directorio iuris,in 1.part.in rub.de crimini.læsæ maiest.fol.4. Kirchouius.

Iudex originis alicuius non potest inquirere contra delinquentem de delicto commisso in alieno territorio,præsertim si fuerit inquisitum & processum contra eum per iudicem loci delicti, cum de delicto eiusdem hominis sæpius quæri non debeat.l.licet.§. fin. ff. nautæ, caup.stabularij, vt recepta restituant.l.in delictis.§.fi.ff.de noxalib. Et hanc sententiam communem opinionem Doc.esse scribunt Hipp.de marsi. in prac. sua crim.§.constante.nu.90. & 91. vbi ipse plures authoritates scribentium adducit.& Iac.Nouel.in pract.& Theor.causa crim.c.de mod.& form.citan.reos criminis.nu. 51. Quia vbi delictum est commissum,vbi puniri debet, nec consideratur vnde est delinquens,&ea maximè,quando contra delinquentem est processum per iudicem loci, in quo crimen est commissum. Nam tunc per iudicem originis nullo modo procedi potest. Kirchouius.

Iudex secularis de & super possessorio beneficiorũ, & aliarum causarum spiritualium cognoscere potest,secundum opinionem Vincentij,quam recitat Io.And.in ca. fi.extr. de iudi. Quam & alij Doct.Archidia.Inn.& Ant.de Bu.approbarunt, cum possessorium non sit quid spirituale. Arch.in c.1.de rest. spol.lib.6.& Zabarel.Card.in clem.dispendiosam. de iudi. Et hęc omnia refert Guid.Pap.in decis.Gratiano.in q.1.nouissimè Io.Coras.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.17.verf. hinc denique videmus.Et ita Doct. communiter concludere inquit Ant.de Petru.in l.1.in 4.Remed.nu.410.in 2.vol.repe. Cuius decisionis quoque mentionem facit, & de ea differit in vtranque partem Roland.à Valle,in con.23.volentis hanc sententiam tum procedere & locum habere, vbi clericus intentasset remedium reintegrandæ possessionis beneficij contra laicum,coram iudice seculari:secùs vbi laicus vel clericus conueniat clericum pro possessorio beneficiali coram laico. in 2.Tom.con.Item an clericus coram iudice laico conueniri possit actione reali indicant,Roland.ibid.n.13.& Minsing. in Obserua.Cameræ.Obserua.22.in.1.Cent. Kirchouius.

Iudex secularis punire potest laicum vulnerantem alium laicum in ecclesia.Bald.in l.si quis in hoc.num.2.C.de epis.& cler. Licet autem alij contrariam sententiam secuti fuerint,tamen prior sententia communiter est approbata referente Rolan.à Valle,in cons.24.nu.6.in 2.Tom.vbi ipse nu.9.valdè eleganter explicat illam quæstionem,an vterque iudex tam ecclesiasticus ratione sacrilegij commissi in ecclesia,quàm secularis ratione vulneris respectiuè procedere possit. kirchoui.

Iudex

Universidad de Deusto Biblioteca

Iudex si probabiliter vim vereretur, aut alia immineret necessitas, tum ipse in causa necessitatis vel imminentis timoris ex turri posset ferre sententiam, vel in equo sedens iudicare. Ita gl. est notabilis in verb. recitauit. in l. 1. C. de sen. ex bren. recit. Licet ibi Bar. n. 3. contrarium sentiat, sed pro glo. est communis opi. Vdal. Zas. in l. pen. n. 24. ff. de iust. & iur. in To mo. 1. Kirchouius.

Iudex ex præsumptionibus violentis, & indiciis indubitatis, & vehementissimis non potest ipse deuenire ad condemnationem, ac sententiam diffinitiuam in causa capitali absque aliis probationibus, & sic huiusmodi indicia non sufficiunt ad pœnæ corporalis condemnationem, sed solummodo pecuniariæ, secundum Gandi. in trac. malefic. in rub. de præsum. indubitatis, ex quibus condemnatio sequi possit, Io. Andr. in addit. Specu. in tit. de probatio. §. videndum restat, Bald. in l. 2. C. de his, quæ pœnæ nomine, in test. & l. eius. §. 1. ff. de testam. vbi hoc idem firmant Fran. de Areti. & omnes, Pau. Castr. con si. 197. vol. 2. Ang. in l. 2. ff. de fur. Io. de Imo. in fi. ff. de hæred. instit. Aret. in tract. malefi. in ver. fama publica, ver. quarto an vnum, & Mathes. sing. 122. & seq. Io. de Anania, cons. 59. n. 2. Iaf. in l. seruum fugitiuum, nu. 29. C. de seru. fugit. Io. de Imol. Card. Abb. & Fel. in c. afferte. de præsum. & ita consuluit Pau. Cast. d. cons. 197. & Alex. cons. 116. in fi. vol. 3. & cons. 15. vol. 1. & opinionem istorum sequitur quoque Boer. decis. 164. n. 6. & sequitur, approbat, & fatetur æquiorem & communiorem Mars. in repet. rubr. C. de prob. nu. 252. cum aliis seq. Iac. Nouellus, in pract. crim. rubr. de restibus in materia criminali incip. crimina obiecta probanda sunt, n. 33. & seq. Tiraq. post alios innumeros relatos per eum, in tract. de pœnis temperandis causa. 27. n. 2. 10. & 11. vbi eam limitat, & Grammat. in decis. 96. vbi refert quod quidam inquisitus de homicidio in magna curia vicariæ propter indicia vehementissima, & indubitata fuit in eadem condemnatus ad remigandum per septennium, & introducta causa istius condemnati per remedium appellationis in sacro regio consilio extitit in eo moderata pœna prædicta, seu sententia magnæ curiæ, & sic fuit condemnatus dictus homicida inquisitus per triennium ad remigandū per sacrum consilium. Et licet multi Doctores asseruerint cōtrarium, quos recensuit Brunus, in tract. de indiciis, & tortura in 4. q. 1 partis. n. 13. Mars. in d. rub. de prob. n. 253. & Boer. in d. decis. 164. nu. 1. cum aliis seq. tamen quicquid isti suadeant fatuum quidem esset, & inhumanum in actu practico recedere à dicta cōmune. imò si iudex sententiam ferret ex præsumptionibus, certè & absque dubio aliquo non transiret in rem iudicatam, vt habetur, in l. si ij, qui adulterij, de adult. secūdum communem intellectum, de quo per Fel. post alios, in ca. proposuisti, extra de probationib. & quæ dicantur indicia indubitata, & qualia, & quæ sint, latè declarant Criminalistæ in locis præcitatis, & Marsi. in d. rubrica de probation. numero 253. F. Viuius.

Iudex iuxta acta, & probata contra eorum conscientiam, quæ ipse vt priuatus nouit, sententiā ferat, necesse est, vt magis commune pronunciant Did. à Couarru. lib. 1. variarum resolut. c. 1. num. 6. l. Clar. in pract. cri. §. vlt. q. 8. vers. vlt. & q. 66. ver. scias autem. & vir multæ doctrinæ, atque eruditionis Nicol. Ant. Grauatius in annotat. ad praxim Octauiani Vestrij. li. 3. c. 1. n. 7. E. Suarez.

iudex suum officium ad priuatam alicuius vtilitatem, si nō postuletur impertiri nec debet, nec potest, nisi vel causa pia sit. vel vertatur absentium fauor, vel litigantis inhabilitas intercedat, vt frequenter placita ostendit latè Viuius lib. 1. opi. 175. Idem.

iudex in diem sequentem sententiæ suæ prolationem absque noua citatione differre iure canonum potest, vt commune testatur Bologn. in l. si finita. §. Iulianus. n. 102. ff. de dam. infect. quin & iure Cæsarum idem procedet vt frequentius placitum attestantur Bolog. vbi supra & qui contrarium verius meritò censet, & vsu seruari ait, Iac. Menoch. de arbitra. iud. libro 1. q. 63. nu. 2. Idem.

iudex ecclesiasticus ad quem suæ iurisdictionis quispiam à populari iudice remittitur, non tenetur fidem habere processui, quem iudex ille fecit, commune aiunt Grammat. consilio crim. 42. Ruin. cons. 7. lib. 1. Viuius lib. 1. opi. 162. l. Cla. in pract. §. vlt. q. 35. ver. vlt. Idem.

iudex popularis seu laicus vt loquendi mos est, in crimine & omnino & merè ecclesiastico, si ab ecclesiastico iudice imploretur, non se causæ cognitioni obtrudet sed mandatū duntaxat exhauriet. commune ait iuxta iuris Pontificij interpretes, aliud fore iuxta Cesarei iuris professores affirmans. Alc. in c. pernicioſam. n. 100. de off. ord. amicus noster Nic. Ant. Grauatius lib. 8. c. vlt. n. 41. ad Vestri praxim. & vide quæ superius obseruo, ver. Acta Meminerisque semper quod si iudicatus, vel præiudicio, vel probabili præsumptione contra iudicis ecclesiastici sententiam protegetur, non tenebitur illam iudex laicus exequi, atque ad finem perducere, vt cōe effatur Alci. in d. c. n. 122. & affirmant ij, quos in laudato ver. refero. idem.

iudex in delicta extra suæ iurisdictionis limites patrata inquirere nequit commune pronunciant Soc. in l. à diuo Pio. §. sentētiam Romæ. n. 16. ff. de re iud. latè Viuius lib. 1. opi. 177. & qui latius hanc rem agit, & in originis, ac domicilii. iudice secus esse cum receptis sententiis ostendit I. Clar. in pract. §. vlti. q. 39. ver. sed quæro. idem.

Iudex alterum iudicem delinquētem, inter quem, & illum diuisa est iurisdictionis administratio, punire nequit, commune pronunciat Fel. in c. prudentiam. n. 4. de off. deleg. Nic. Ant. Granatius magnæ eruditionis vir lib. 3. c. 9. n. 20. ad Vestrium etsi Rot. perperam aliud censuerit, decis. 154. nunquid si duo. in nouis. idem.

iudex iniquæ sententiæ lator, à qua non appellatū sit, de dāno illa sententia illato conueniri poterit. commune inquiunt Alex. in l. dies cautioni. n. 1. ff. de dam. infect. Dida. à Couarru. in tract. de sponsal. 2. par. c. 8. §. vlt. nu. 18. Quin generaliter iudex imperitè iudicans, ei cuius intererit, arbitrio alterius cōpetentis iudicis tenebitur, vt frequenter placitum renūciant Aegidius Bosius in pract. tit. de official. corrup. n. 22. I. Clar. in pract. §. vlt. q. 83. ver. iudex. idem.

iudex alterutri parti consanguineus, si nulla ei iudicanti exceptio proponatur, firmam ac proculdubio valituram sententiam feret, vt commune interpretum dogma affirmat Iaf. in l. qui iurisdictioni. n. 6. ff. de iurisd. om. iud. idem.

Iudex si causæ cognitionē interueniſſe, aut quidpiam aliud simile affirmet, fidem merebitur. cōe pronunciant Soc. cons. 115. circa primam quæstionem, in 1. dubio lib. 1. Viuius latè lib. 1. opi. 184. vbi aliquam multo contrarium arbitratos memorat. quorum opinio vt verior, atq; vtilior mihi magis probatur, sed de illa alibi oportunius, & vberius. idem.

Iudex, vt veritatem rerum latitantium eruat, potest pro animi sui arbitratu inculpatè promittere impunitatem reo, & quæuis alia blandimenta ad id accommodata proponere: vt frequenter placitum asseuerant Additio. ad Dec. in l. ea est natura. n. 7. ff. de reg. iur. & qui eam refert, & nō negligenter hāc rem agit Placa lib. 1. de delict. c. 37. per totum. Non tamen ex confessione sic extorta reum damnare poterit. quæ fuit sentētia Imo. cons. 109. quam reputat vnicam, & mirabilem Hipp. in l. 1. §. quæstioni. n. 12. ff. de q. & in l. si quis obrepserit. n. 13. ff. ad leg. Corn. de falſ. & in pract. §. postquam. n. 13. asserūt communem Cag. in d. l. ea est natura. n. 18. Reinig. de immunit. eccle. fallent. 26. & qui mordicus illam defendunt, atque alios contraria sentientes referunt, & meritissimo damnant Anto. Gomez. de delict. c. 12. n. 6. & n. 7. Did. à Couar. libr. 1. resolut. c. 2. n. 16. Iul. Cla. in pract. §. vlt. q. 55. ver. circa secundum. idē.

iudex extra territorium suum existens partib. consentientibus sententiam ferre potest, dummodò dominus territorij eum non prohiberet. Bar. in l. ius plurib. n. 3. ver. in cōtrarium videtur. ff. de iust. & iu. & idem Bar. in l. 1. ff. de iud. Et hanc cōmunem opinionem Doct. veriorem esse, licet multi reclamauerint, tradunt Iaf. in d. l. ius pluribus. n. 10. & Zas. n. 26. kirch.

Iudex delegatus sedis apostolicę potest implorare brachiū seculare pro executione suæ sententiæ, quamuis expressè in sua commissione hoc sibi non concedatur: ita expressè post alios referūt Card. Zabarel. in cle. vnic. n. 14. ver. decimò quæro. & ibi Addit. in ver. nunquid executor. de off. & potest. iud. deleg. & Pau. de Ca. in l. episcopale. nu. 4. ver. allegatur etiam. C. de epi. aud. Nouissimè Pan. in c. significasti. n. 8. ver. ext. glo. quæro. Fel. n. 2. & Phil. Dec. n. 4. vbi Pan. & Dec. hanc communem Doct. opi. esse testantur. extrà. de off. & potest. iud. deleg. Non obstāte textu in c. officium. §. denique. de hæret. in 6. cui respondet Dec. adiectis nonnullis limitationib. sentētiæ communis, quas per te videre poteris. kirchouius.

iudex aut Doctor, cui summa causæ committitur, & qui iudicaturus est, non debet animi sui fundamenta exprimere, Vt est trita & communis sniā maiorum nostrorum, vt tradunt Ioan. And. Ant. de But. Card. Aret. & alij in c. sicut de re iudic. & fuit opi. Spec. in ti. de sent. §. qualiter. ver. verū, & voluit Bart. quē plerique sequuntur maximè Iaf. in l. pperandū. §. illo pcul dubio. C. de iudi. vñ eā ob causam dicebat Im. in l. si is, ad quē. ff. de acq. here. Qđ fatuus dicit Iudex, qui motiua animi sui in snia exprimit, idem dixit Ab. in c. ex parte, de conc. pb. Et tenet pro communi opi. Soc. iu. in cons. 73. n. 1. vol. 4. E. Musc.

iudex, q operā dedit, vt accusat⁹, vel inq̄sit⁹ aliqs falso accu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

saretur,per quod postea innocens ad mortem condẽnaretur, punitur pœna capitis. Idem,si per pecuniam, vel iracundiam innocentem ad mortem condemnauit. idem, si indebitè aliquem ad torturam ponit.Clar.q.68.verbo iudex. Bonac.

Iudex suam interlocutoriam potest tantũ bis reuocare regulariter,secũdum gl.in verbo super ea,in cle.fi.de ap.Bart.in l.quod iussi ff.de re iud.Bal.& do.Præpos.in c. cum cessante. extr.de app. Balb.decis.194.

Iudex appellationis debet seruare modum,terminos,stylũ, statuta, & consuetudinẽ fori iudicis à quo,quia ei succedit vt confirmator,vel infirmator, in auth.vt cùm de appell.cog.in prin.col.8.&secundum gl.in c.illud. 12.di.Inn.in rub.extrà de consuet.Bal.in tit.de pace Constan.§.in causis.in 1 col.in c.ad nostram.extrà de appellat.Do.Prepos.in rub.extrà eo.Do.de Rota in nouiss.decis.20 in rub.de appella. Balb.decis.469.

Iudex potest etiam in facto pro vna partium allegare & excipere, quando de tali exceptione vel iure constat ex actis & productis coram se.l.planè.& l.fi.ff.de peti.hæred.c. pia.in fine. de excep.in 6.gl.in l.vbi pactum.C.de transact. vult Bal.in l. 1. C.vt quæ desunt aduo. Balb.decis.232.

Si iudex in sententia dicat, victum victori in expensis: nec adiiciat condemnantes, non valet sententia respectu expensarum,quasi non continens condemnationem, absolutionem, aut æquipollens,secundum Bart.in l.præses.C.de sen.Bal.in l. errore,de tenstamen.Roma.& Nicellus in l.1.ff.de re iudi.Licet secundum eos cõtrarium senserit Bart.in l.1.§. finautem. ff.de heredib.instituen.cuius opinio ibi posset saluari,si essent adiecta illa verba,&c.quæ includunt omne quod venit de natura actus. iuxta tradita per Bart.& alios, in l.gallus.§.idẽ credendum.ff.de liber.& posthu. & probatur in l.si duo patroni. §.si quis iurauerit vendidisse.ff.de iureiur. Balb.decis.420.

Iudex potest moderari tempus anni datum ei,cõtra quem est facta missio ex primo decreto ad recuperandum possessionem abbreuiando,secundũ Roma.& Nicel,in l.2.ff.de re iud. per casum iuncta gl.in verbo, nisi intra certum tempus. in l.à quo fundus.ff.de dam. infect.item augendo eundem Roma. vbi suprà per c.cùm venissent.extrà de eo,qui mitti.in possess. cau.rei seru.quẽ textũ dicit ad hoc singularẽ.Balb.decis.427.

Si iudex præcipiat alicui,vel citet, vt coram eo compareat responsurus super his, super quibus interrogabitur, non valet præceptum & citatio, propter nimiam generalitatem & incertitudinem, secundùm Spe.in tit.de citatio.§.1.vers.item q̃ in ea.& ibi Io. And.in addi. Bal.in l.filiusfamilias.in §.diui. ff.de lega.1. domini de Rota, in nouis.decis.33.in rubr.de li. obl. Balb.decis.211.

Iudex ecclesiasticus,si aliquem condemnauit,& postea remittit illum iudici seculari puniendum, iudex ipse secularis non tenetur stare processui facto coram ecclesiastico,sed potest de nouo cognoscere,vt est cõis opi.Quod intellige in his criminibus non merè ecclesiasticis, secus in hæresi,& similib. Licet legistæ teneant cõtrarium, vt est communis opi. Tamẽ communis est canonistarum opinio in contrarium.Immo,q̃ etiam secularis iudex non possit commutare pœnam pro crimine hæresis,vt est communis opi.Si verò esset crimen seculare, vel mixtum, non tenetur secularis iudex præstare auxilium Episcopo, si fiat sibi fides de processu, vt est communis opi.Cla.q.96.ver.quæro etiam. Bonac.

Iudex excedens modum in tortura cõsueta,tenetur in syndicatu,vt est cõmunis opi.Et si reus tunc moueretur,puniretur iudex,vt homicida,si verò vt culposus, ob culpã puniret, secundũ modũ culpæ.Et ideo rectè faciunt iudices, qui iubẽt Notario in actis redigere qualitatem & quantitatem torturæ, vt communiter seruatur Cla.q.64.ver.iudex autem. Bonac.

Iudex in causa criminali potest propter paupertatẽ rei,pœnam pecuniariam mitigare,&diminuere,si mulcta sit fisco debita,nec tenetur illam commutare in pœnam corporalem,vt est communis opi.Cla.q.95.ver.Hæc autem. Bonac.

Iudex in causis criminalib.qui primam tulit sententiam,debet in causa appellationis citari, quando ex officio processit, vt est communis opi.Sed alij verò dicũt simpliciter.q̃ iudex, vel syndicus fisci,cuius interest sit citandus,q̃ ita practicatur. Clar autem dicit, se nunquam vidisse citari iudicem, nisi ageretur de condemnãdo ipso iudice propter sordes,vel iniustas condemnationes, sed fiscus, cuius interest est bene citandus. Cla.q 94.ver.quæro nunc. Bonac.

Iudex in casu, quando pœna committitur iudicis arbitrio, p̃t tunc etiam imponere mortis pœnam,vt est cõis opi. Quæ limitatur,q̃n dilecti qualitas,aut circunstãtia talis sit,vt de iure cõi,vel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda.Aliàs secus,vt est communis opi.Contra aũt,q̃ ipse iudex nõ possit arbitrari pœnam mortis, communem dicere plures de q̃bus Clar.d.q.81. vers.sed quæro,vide Grass.in suo communi opi.li.2.c.6 q.1.Affl.decis.Neap.276.n.6. Bonac.

Iudex iudicare debet in criminalib.secundũ acta & probata,etiam si sciat veritatem esse in cõtrarium,vt est cõis opi. in tantum,q̃ etiam,q̃ ipse sciret aliquem fore innocentem,si ex probationib.crederet bona conscientia illum cõdemnari posse. poterit eum condemnare, vt est communis opi.Posset tamen in isto casu iudex instare apud superiorẽ, vt ipse exoneraretur ab huiusmodi iudicio, & causa alteri delegaretur, vt est communis opi Cla.q.66.ver.scias autem. Bonac.

Iudex male iudicans ex imperitia,tenetur parti arbitrio iudicis,vt est communis opi.Clar.q.83.ver.iudex. Bonac.

Iudex maleficiorum non potest condemnare reum, ad restitutionem,vel ad damna partis.Nisi,q̃n illum condẽnat per stitutionem,vel ad damna partis Nisi,q̃n illum condẽnat per sfuam propriam confessionem,& non per fictam ex contumacia.Nam iudicis officium non deseruit, nisi veræ confessioni, vt est communis opi.Cla.q.2.ver.& hæc. Bonac.

Iudex maleficiorum non p̃t de restitutione rei furtiuæ cognoscere, nisi incidẽter idq̃; siue per modũ accusationis, siue per modum inquisitionis procedatur,vt est communis opin. Cla.q.2.ver.& hæc ĩ fi.Bossius.de Decreto mediol.n.31.Bon.

Iudex non potest offensum,vel læsum cogere ad querelandum,vel accusandum,vt est communis opi.Etiam quòd sit hæres læsi,vt est com.opi.Cla.q.15.ver.item quæro. Bonac.

Iudex potest etiam ex officio repellere accusatorem illegitimum.Etiam parte non opponente,vt est cõmunis opi. Cla. q.15.in prin. Bonac.

Iudex potest,etiam in criminalib.tanquam suspectus recusari,vt est communis opi.Cla.q.41.in prin. Bonac.

Iudex potest facere edictum,& promittere præmium ei,qui delinquẽtem capiat & tradat,vt est communis opi.Cla.q.29. ver.sed si quis delinquens. Bonac.

Iudex,qui facit aliquem iniustè torqueri,capite punitur,vt est communis opi.Cla.q.64.in prin. Bonac.

Iudicem superiorem Papa non habet præter concilium generale. Et ideò si de hæresi accusatur, vt potest accusari, & de nullo alio crimine accusari potest.cõcilium est iudex competens,communis est opi.Cla.q.35.ver.1. Bonac.

iudicandum est secundum acta & probata,etiam si de veritate aliter priuatim constet,vt est communis opi.Cla.q.66.ver. iudex.

Iudex propter enormitatem delicti potest iura transgredi, & ista est communis opi.Cla.in §.1.ver.sunt etiam. Bonac.

Iudex, quãdo lex ponit pœnam extraordinariam, potest etiam capitalẽ infligere.gl.communiter approbata.in §.in summa.insti.de iniur.Alc.cons.24.n.7.li.7.Maran.in pract.fol.45. n.53.Menochius de arb.iud. Bonac.

Iudex qui condemnauit aliquem, si adiicit moderationem per dictionẽ,saluo,nihil refert, q̃ in separata oratione hoc fecerit.& hæc quidem est magis communis opi. D.m. Alcia.in cons.4.n.18.lib.8.

Iudex secularis in crimine merè ecclesiastico,dum iudex ecclesiasticus petit sibi impartiri suum auxilium,nõ potest se intromittere in processu. Sed solum exequi mãdatum.secundũ canonistas.secus tamen secundum legistas.D.m. Alcia.in c. pnicioſam.de of.ord.n.110.communem dicit. Bonac.

Iudex habẽs merum & mixtum imperium in aliquo loco, potest cognoscere de omni delicto inter subditos suos,nisi in genere illo causarum,in quo aliquis est specialiter electus iudex, & hoc, quando ex forma concessionis iudex ordinarius est priuatus iurisdictione in illo genere.Sed si nõ est priuatus, talis iurisdictio dicitur alteri data addendo eam superiori, & sic vterque erit iudex,vt est communis opi.de qua Bossius de foro compe.nu.2. Bonac.

Iudex ecclesiasticus,ad hoc,vt inquirere possit,& procedere ↄ fratrem,& ↄ clericum in habitu laicali repertum delinquere, & ↄ eum in foro ciuili processum, debet de nouo processum per eum inchoari,&de nouo indicia recipere,vt est communis opi.de qua Rui.in cons.7.nu.6.in 5.vol. Bonac.

Iudicari debet in dubio contra fiscum, vt est communis opi.de qua Ias.in cons.99.col.fi.vers.præterea.Neuizi.in sylua lib.6.pag.583.Maximè quando tractatur de lucro captando. Ias.in cons.167.in fi.in 4.vol. Bonac.

Iudex incompetens censetur quis,etiam pro iniuria sibi illata,vt est cõis opi.de qua Gomes inter consilia crimi.cons.8. n.5.per tex.in l.qui iurisdictioni, ff.de iurisd.omnium iud.& c. qualiter & q̃n secundo de accusa. ibi, non tanquam idem sit actor & iudex,quod loquitur de causa inquisitionis. Chirco. in suo communium opin.lib.2.Centuria.5.conclu.57.Rol.à Valle

Universidad de Deusto Biblioteca

Valle conſ.47.n.8.In 2.vol.Cla.q.35.ver.ſolet etiam Pariſ.in tract.ſyndica.5 Notorium Affl.ſuper conſtitutione Regni.li. 3.in conſtitutione eos tantum.fol.187. Natta conſi.294.n.1. D.m.Alcia.in Practi.de Notoriis criminib.ver.quod verum intelligo.Gandy de malef.tit.de pœnis retũ n.26. Rol.à Valle conſ.48.in 2.vol.Et debet cauſa in his terminis de facili à Principe committi.vt dicit Cla.q.35.ver.ſolet etiam. Ne vltra demeritum producatur pœnalitas.c.menſurã.de peni. di.1. Bal. conſ.144.in fi.in 2.parte. Bonac.

Iudex debet querere innocentiam rei ex officio, & nemine petente,vt eſt communis opi.de qua Brunus conſ.feudali. 69.numer.2.

iudex debet arbitrari ſecundum qꝙ eſt conſuetum arbitrari & interpretari.Angel.Are inter conſ.crimin.conſ.51.nume. 26.volum.1.vbi communem dicit,etiam in criminalib.vt ibi num.27. Bonac.

Iudices ordinarii non poſſunt inquirere, niſi fama præcedente.D.m.Alci.in cap.pernicioſam.numer.34.de offic.ord. communem dicit. Fallit in iudicibus, qui poſſunt inquirere non ſeruato ordine D.m.Alc.in d.c.pernicioſam.n.47. communem dicit. Bonacoſſ.

Iudex originis non poteſt ꝺ originarium inquirere ratione delicti extra territorium commiſſi,vt eſt magis communis opin.de qua Tobias Nonius conſ.98.n.1. Bonac.

Iudici,teſti & Notario non creditur,qui dicat ſe tuliſſe ſententiam iniuſtam,vel falſum teſtimonium, vel falſum confeciſſe inſtrumentum.vt eſt communis opi.de qua Plotus in lege ſi quando,n.651.C.vnde vi. Bonac.

iudex maleficiorum non ꝑt condemnare reum ad rei reſtitutionẽ,vel ad damna partis,niſi quando illum ꝺdemnaret ꝙ ſuam propriam confeſſionem,& non per fictam,vt in contumaciam,vt eſt communis opinio Clar.in quæſtio.2.verſ.& hæc. Bonacoſſ.

iudex nõ poteſt cognoſcere de reſtitutione rei furtiuæ.Niſi incidenter, & procedatur ad quærelam partis, vel per viam accuſationis, vel ex officio & ſic per inquiſitionem, vt eſt cõmunis opi.Cla.d.q.2.verſ.& hæc quidem. Bonacoſſ.

iudex,ſi videt aliquem maleficium committere,nõ ꝑt eum punire.Sed habet informationes capere,& ꝺ eum procedere, & ſibi dare copiã poſtea proceſſus. Clar.q.8.ver.ſed pone,vbi communem dicit. Et ſi videt reum delinquere abſque teſtib. non poteſt eum punire.Sed cautela eſt,vt amoueatur iudex à magiſtratu,& alius eius loco ſubſtituatur,& tunc ipſe poterit eſſe iudex teſtis,&reus plecti.Cyrillus.in ſumma criminali.ti. de quæſtionibus.§.6.n.1.fol.154. Bonac.

Iudex antequam ſpecialiter inquirat.& ſic aſſumat indicia cõtra eum,debet citari reus de iure communi,vt eſt communis opi.Cla.q.11.verſ.item quæro. Seu de conſuetudine non ſeruatur.Si reus comparet,quia teſtes examinari pro informatione habenda, antequam iudex formet inquiſitionẽ,abſque rei citatione non faciunt indicium ad torturam,& nullam faciunt fidem,quò ad condemnationem,ſi tamen reus eſt contumax bene eſt.Neque reus eſt citãdus ad formandam inquiſitionem.vt ibi. Bonac.

iudex non excuſatur,quin teneatur in ſyndicatu, ſi pars appellauit ab eius ſententia,&poſtea deſeruit appellationem,vt eſt cõis opi.de qua Coraſius de communi opi.lib.2.ti.9.n.27. contrarium eſt verum, quando habuit opinionem Præcepto ris ſui,vt ibi per eum,communem dicens. Bonacoſſ.

iudex non tenetur in ſyndicatu,ſi non reperitur communis opi.& ipſe tenet eam partem,quam vult.Ang.in l.cum prolatis.ff.de re iud.Ab.in c.1.col.4.de re iud.Bald.in l.fi. C.de pœna iudicis qui malè iudica.Alex.in d.l. cum prolatis. communem dicit. Bonac.

iudex ſiue accuſator poteſt procedere contra calumniatorem,idem cum crimen probatur per inquiſitionem.ſecundũ communem opi.Cap.concl.74.n.9. Bona.

Iudex non poteſt partes cogere ad exburſandum ſalarium pro conſilio habendo, quando hoc facit ad ſe exonerandum à labore ſtudij, vel ad euitãdum maleuolentiam partium,per tex.cum gl. in Auth. vt iudi.non expec.ſa.iuſ.in pr.colla.9.gl. in l,1.C.de relatio.Secùs ſi hoc faciat propter dubitationem probabilem quam habet in cauſa.d.l.1. Et pars quæ inſtat cauſam mitti conſultori,quia fortè iudex dubitat contra eam,debet in totum ſoluere ſportulas conſultoris.Si autem vtraque pars hoc petat,vel iudex habens cauſam dubiam in iure,communiter ſoluuntur,ſecundùm Bart.in l.ſi poſtulauerit.ff.de adul.iudex verò poteſt reuocare commiſſionem factam conſultori ante habitum conſilium quando commiſſio eſt facta volũtariè,non ex neceſſitate,putà ſtatuti,ſecundùm Bart.in l. 1.ff.nil no.appel.pen.in l.ad iudicem.ff.de appellationi.per illum textum. Balb.deciſ.222.

Iudex delegatus non ꝑt ſibi reſeruare taxationem expenſarum,nec ſuam ſententiam interpretati,ſecundum Bart.& cõmuniter Doct.in l.ab executore.ff.de appel.per tex.ibi. & gl. in verbo præſes.Niſi ſecundũ eos eſſet talis delegatus,qui poſſet ſuam exequi ſententiam.iuxta no.per gl.in l.à diuo Pio.in prin.& §.1.& ibi Bart.ff.de re iud. Balb.deciſ.131.

Iudex qui iudicauit ſecundum vnam opinionẽ,quã plures doctores tenent,punietur in ſyndicatu,ſi contraria opinio erat communiter approbata. Secùs ſi neutra,& in dubio, quia tunc iudex non peccat,ſi in alteram ſententiam inclinauit, ſecundum Innocent. in capit.ne innitaris. extrà de conſtitutio. Balb.deciſ.15.

Vbi iudex oppoſita fori declinatoria ſe ingerit ꝓtendendo pro ſua iuriſdictione ac ſi eſſet pars, non ꝑt tãquam ſuſpectus cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio ſecundum gl.quæ dicitur ſingularis in c.ſtatutũ.in verbo copia.de reſc.in 6.idem quando notorium eſt, illum non eſſe iudicem competentem, vel hoc ipſe ſcit ſecũdum gl.in c.ſuper literis. ver.niſi forte.& ibi Pan. ext.de reſcriptis.habetur in c.ſi duob. per gl.in verbo cognouerit.ext.de app.Idem quando exceptio quę opponitur contra eum. illum notat infamia, ſeu defectu poteſtatis iudicãdi, vt quia dicitur excõmunicatus,infamis,vel ſeruus,ſecundùm Io.And.in c.pia.de excep. in 6.Bu.& Pan.in d.ca. ſuper literis. Ang.in l.2.ff.ſi quis in ius vo. non ier Bar.in l.quidam conſulebant.ff.de re iud.quicquid contrà ſenſerit Inn.in c.cum ſimp. in 1.col.extr.de offi. de leg.idem quando iudex eſt hãbituus commodum ſportularum ſecundum gl. quæ dicitur ſingularis in l.de iure. ff.ad munici. Bar.& Ang.in l.quidam.præalle. Poſſet in hoc attendi qualitas pſonæ iudicis.& quãtitas ſportularum,an ſit parua vel magna, vt cẽſeatur ſuſpectus vel nõ, ſecundùm But. & Pan.in d.c.ſuper literis.idem qñ opponitur de totali fundamento ſuæ iuriſdictionis, vt ꝙ non eſt epiſcopus,vel poteſtas,ſeu iudex,aut dominus feudi, ſecũdùm Pan. vbi s.Ang.in d.l.2.Bar.in l.ex ſententia.ff.de teſta.tutel.Inn.in c.cæterùm.in ſecunda gl.ibi alij dicunt ꝙ nõ,& ibi Pan.ext.de iud.ideo ſi citatus opponat ſe eſſe exemptũ,iudex de hoc cognoſcere non poterit.Inn.& Pan.in c.venerabili.in 3.col.ext. de cẽſi.idem qñ inter duos iudices contẽditur de iuriſdictione,ſin Ange.& Doct.in d.l.2.hæc ſunt ad limitationem dictæ l.2.& l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi. Balb.deciſ.259.

Iudex delegatus. Quando appellatum eſt ab interlocutocutoria ante diffinitiuam,& iudex delegatus ad illam cauſam appellationis pronunciauit:bene appellatum & male interlocutum,poterit ipſe iudex delegatus etiam de cauſa principali cognoſcere,ſicut poteſt ordinarius.c.vt debitus.ext.de appel la.ſecundũ Inn.in d.c.vt debitus.in gl.in verbo alioquin.Pan. But.& Hoſt.ibi.Quam opinionem dicunt veriorem, pro qua eſt gl.in c.ſi.§.ſi.2.q.6.Et hanc ſequitur domi.Conſtantius de Bargis in l.iudex.ff.de re iud.qcquid contrà ſenſerint Vincen. ac Fed.de Sen.in ſuis conſ.vt refert Panorm.in d.c.vt debitus. Secunda tamen opinio poſſet procedere,& ſaluari ſecundum Imol.in d.l.iudex.quando in commiſſione dixiſſet,Delego tibi cauſam appellationis tantum,aliàs procederet.quod prius dictum eſt:ſecundum præfatos doctor.& do.Præpoſ.Mediolanenſ.Cardin.nunc,& epiſcopum Alexand.in d.cap.vt debitus. Balb.deciſ.22.

iudex per inquiſitionem indebitè procedens.ſi de hoc conſtet etiam ex proceſſu, tenetur parti ad intereſſe, damna, & expen.l.ſeueriter.& ibi Cyn C.de excuſa tut Bald.in auth.generaliter.C.de epiſ.& cleri.cir.fi. in l.non ignorat. C.de fruct. & lit.expenſ. Balb.deciſ.400.

iudex domicilij & originis poteſt de delicto punire ſubditum, qui extra eius territorium deliquit. vt eſt communis opinio.Graſſus commun.opinio. libr.2.cap.8. quæſtio.1. contrarium tamen magis communem dicit Nouellus inter conſ. crimin. conſil. 169. tomo primo. & Grammaticus deciſ. 16. numero 9. & 10. Vide Riminald. in conſ.439. Boſſi. de foro competent. in addition. vbi probat magis communem opinionem eſſe. Corne. conſ. 114. in 1. Socinus regul. 87. Alini inter conſ. criminal. conſ. 108. numer.4.tomo ſecundo.Ber. Diaz in pract.crimin.canon.capit.8. & capit.9. vbi dicit magis communem quòd non poſſit, Roland.à Valle in conſil. 19. in 2. qui tenet hanc partem vti communiorem, & magis communem,quòd non poſſit, tenet Tobias Nonius in conſ. 98.numer.1. Nec iudex commiſſi delicti impedire poteſt iudicem originis, quo minus contra delinquentem extra territorium procedat. Sylua. conſil. 103. numer.4. in 2. vide Alexand.in conſil. 166.in vltim.volum. Bonacoſſ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iudici,vel teſti,dicenti in articulo mortis iniquam protuliſ ſe ſententiam, vel falſum dixiſſe teſtimonium, non creditur. D.m.Alcia.in tract.de præſump.regu. 3.præſump.4. nume.7. communem dicit.quia morienti creditur ad ſuum præiudicium,non alterius.Blancus in ſuo de indiciis.num.303.communem dicit. Bonacoſſ.

Iudex eccleſiaſticus de crimine habens cognitionem, non poteſt reum laicum capere,& in carcerem mittere,vt eſt cõis opin.Graſſus communi.opin.lib.2.c.8.q.8.Sed bene clericos poteſt. Bonac.

Iudex de iure communi debet omni via,ſtudio ac diligentia, perquirere & inueſtigare veritatem Rei innocentiam, vt eſt communis opinio,de qua d.Rolan. à Valle in conſ. 47. n.9.in 3.vol.& Brunus in conſ.feuda.69.n.2.Marſ.in l.1.§.fin. n.71.ff.de quæſt.Arno.ſoliloquio.7.9.& 53.Etiam ſtante ſtatuto excludente omnes exceptiones.Marſ.ſing. 59. Et ſi præcedit inquiſitio,vel accuſatio nulla,ſequuta contumacia reus non habetur pro confeſſo.Marſ.conſ.81.n.60. Et licet procurator nõ admittatur pro reo. Tamen admitti debet quiſquis pro reo,ad allegandum cauſas abſentiæ,&cauſas cauſæ,vt eſt communis opin.Rol.à Valle vbi ſupra nu.17.vbi plura.Vide Marſ.ſing.354.vbi inuenit contra iudices legum tranſgreſſores &in repe.rũb.de fideiuſſo.in fi.&in fi.ſuæ practicæ.vide ad propoſitum Vitali.de maleſi.in prooemio.nu.9.& ſeq. Ange. in conſilio trecenteſimonono.in fine. Bal.in conſilio ducenteſimo ſeptuageſimoſeptimo.in 5.Aret.conſ.147.Boer.deci. 206. numero 10. Marſi. in pluribus conſiliis exagerans contra iudices,qui Innocentiam reorum nõ inquirunt.vide Moronum de Fide, treuga & pace. quæſtione 185. per totum. Bonacoſſ.

Iudex ex nulla cauſa poteſt aliquid vltra ſalariũ ab aliquo accipere,nec cum cauſa, nec ſine cauſa, vt eſt communis opi. per tex.in §.ſcriptum exẽplar.il 2.in auth.vt iudices ſine quo. ſuffra.Niſi eſculenta & poculenta.Paſethus conſ.181.n.1.& ſeq. Bonacoſſ.

Iudex ex officio poteſt procedere ſuper accuſatione legitimè inſtituta deficiente accuſatore, vt eſt communis opinio. Corſe.in addi.ad Reperto. Abb. in ver. abolitio. vbi communem dicit.vide Bar.ad reprimen. verbo.Neglexerit.numer.5. Bonacoſſ.

Iudex non debet citari,etiam ſi ad inſtantiam partis procedatur in crimine falſi,licet poſſit aſſiſtere cauſæ ipſe iudex.Deci.conſilio 143.numero 2. in 1.volumin.communem dicit. Bonacoſſ.

iudex non debet eſſe clementior lege, vt eſt communis opi.de qua Marſ.ſingu.182. Fallit vt ibi. Nec debet capi facere quempiam iniuſtè,alias tanquam libertate ſpoliatus poteſt & debet reſtitui. Bartol. quæſtione 6. numero 1. Lapus fuit captus.

iudex non obſtante tranſactione,vel pace,poteſt ex officio procedere,vt eſt communis opi.de qua Albe. in l. tranſigere. n.2.C.de tranſact. Bonacoſſ.

iudex delicti poteſt punire delinquentem,licet alias non ſit de iuriſdictione ſua,non ſecundum ius commune,vt eſt communis opi.de qua Abb.in c.licet n.24.de foro comp.Non tamen debet iudex exequi cõdemnationem,ſi cognoſcit reum iniuſtè condemnatum.Abb.in c. de cætero numero 5.de ſententia & re iudica. Soarez in verbo,iudex. num 237. & ſeq. Bonacoſſ.

iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, vt eſt communis opi.de qua Io.Fab.inſtit.quib.mod. tutela finitur in prin.nu.1. Bonacoſſ.

Iudex ſecularis,qui habet ſolum exequi ſententiam contra hæreticum,quæ eſt facta per inquiſitionem hæreticæ prauitatis, poteſt cognoſcere de iniuſtitia proceſſus, vt eſt communis opinio.legiſtarum,de qua Bened.de Vado foro.Sempro. in Reperto.Felin.in verbo Iudex ſecularis ſed contrarium tenent canoniſtæ.vt ibi per eum.Soarez verbo, iudex.nu.234. Idem.

Iudex etiam ꝙ ei aliquid pro cauſa debeatur, puta aliqua quota,vel ſportulæ,poteſt nihilominus de cauſa cognoſcere, nec ob id debet remoueri ſecundum communem & veriorẽ ſententiam doct.quam refert Iaſ.in l.2.ff.ſi quis in ius voc.nõ ierit,vbi tenet contra Bart.in l.de iure.ff.ad municip.cui adde Aret.conſ.106.& quæ not.in l.qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. om.iud.

iudex requiſitus debet eſſe cautus,vt videat ſi iudex requirens ſit competens.& habuerit poteſtatem.l.in criminali. vbi Bald.& Caſtr.C.de iuriſd.om.iud vide Bart.in l.à diuo Pio.§. ſententiam.ff.de re iud.Ang. in l.ſi vt proponis.C.de execut. rei iud.Hippol.ſing.138.Fel.in c.poſtulaſti.col.pen.de ſo.cõpet. cui adde ꝙ quando nullitas eſt notoria, poteſt denegare executionem abſque eo ꝙ aliquid reſcribat iudici à quo requiritur,ſecundũ Ludouic.conſ.51.qui iudex in exequendo ſententiam non tenetur ſeruare ordinem iudiciarium.Inno.in c. ex ratione.de app.Bald.in l.1.C.de iuris & fact. igno. Et hanc practicam docet l.C.in l defendente.ff.quando ex fact.tut.Alex.in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de no.oper.nunt.Bart.in l.j. C.de exec.rei iudic.vide Afflict. rit. quæ ſint regal.verſi.bona committent.nu.15.vbi an & quando iudicatum per eccleſiaſticum teneatur laicus exequi:& an hoc locum habeat in ciuili,cùm Bart.in l.diuus. ff.de cuſtod.reor. loquatur in criminali,vide eundem Bart.in d.l.diuus.in l.non dubium.eo.tit.& in d.l.à diuo Pio.§.1. Et de eccleſiaſtico requirente laicum, vide Fel.in c.cum ſit.ver.limita quintò.de for.comp. Calcan.conſ. 110.Roma.conſ.51.quem ſequitur Ruin.conſ.7.nu.5.lib.4. vbi ſi nullitas eſt euidens & notoria poteſt denegare executionem.Et quando exhibetur ſententia ſiue proceſſu, dic ꝙ non facit fidem Ruin.conſ.124.in prin.lib.5.Aufr.de poteſt.iudic. ſecul.& eccleſ.n.31.Abb.in c.quoniam contra. de proba. vbi refert quinque opi.adde Bald.in auth.clericus quoque. C. de epiſc.& cler.vbi an,& quãdo iudex requiſitus teneatur ſequi acta facta coram iudice remittẽte,vel requirente. Et Quid in cauſa hæreſis vbi eccleſiaſticus remittit?vide Salic.in l.ea quidem.n.19.C.de accu.vbi tenet opi.Bart.in d.l.diuus.vbi Ang. tenet contrarium. An autem epiſcopus cui clericus mittitur degradandus teneatur ſtare proceſſui laici?Sal.in d.auth.clericus.C.de epiſcop & cler.Et quid in cauſa hæreſis ſi laicus requiratur ab eccleſiaſtico,Fel. in cap. ad abolendam de homicid.colum.vlti.tenet contra Bart.in d.l.diuus.in aliis verò delictis etiam mixtis ſecus. Et adde Bart. in §. ſi verò crimen. in auth.de ſanct.epiſc.vbi tenet eandem opi.quam tenet in d.l.diuus,quem ſequitur ibi Angel.ſed idem Ang.in d.l.diuus.ſequitur Barto. excepto crimine hæreſis. Et an iudex requiſitus de exequẽdo teneatur ſequi iura ſui territorij,vel fori iudicis requirentis.Iaſ.in l.à diuo Pio.§.ſententiam.de re iud.licet contrarium decidat Pract.Pap.for.libell.ſpol.poſſ.quem ſequitur Ripa.in c.ſæpè.colum.vltim de reſtit. ſpol.vbi in foro Cæſaris ſententia lata in remedio c.reintegranda.intentato,ſuſpẽditur per appellationem quæ aliàs de iure ciuili in cauſa poſſeſſoria non ſolet ſuſpendere executionem.&iudex laicus nõ tenetur præſtare brachium ſeculare iudici eccleſiaſtico in exe cutione ſententiæ à qua per clericum fuit appellatum.Alber. in l.epiſcopale.C.de epiſc.audient.nu.3.Et ꝙ eccleſiaſticus in uocet brachium ſeculare & econuerſo,tex.eſt in l.epiſcopale C.de epiſc.& cler.vbi per doct. Pur.

Iudex poteſt de plano & parte non citata informationes capere,& nõ ſedendo pro tribunali ſuper aliquo notorio.Item ſuper infamia. Item ſuper legitimatione perſonæ. Nec etiam tunc requiritur,quòd teſtes iurent, ſecundùm Butrig.in cap. in veſtra.extr.de cohabitat.cleric.& mulier. Idem ſuper fama ſecundum gloſſ.in verbo de plano.& Innoc.in capit. tua. extra de ſponſa.quod ibi ſequitur Panormitan.quando non tractatur de magno præiudicio, aliter ſecùs. Et idem dominus Conſtantius in tractatu de cautelis iudiciorum.in tit.de citatione.§.8.in fi. Balb.deciſ.41.

Iudex in ciuilibus poteſt pro contumacia capi facere perſonaliter contumacem. Barto. in lege prima. in principio. ff. ſi quis ius di. non obtemp. per l.ſacrilegij la 2.ff. ad l.Iul. pecul. Ang.in l.plerique.ff.de in ius voc.faci: l.nullum.cum gl.C.de teſti.Balb. deciſ.157.

Iudex à quo eſt appellatum ex vna cauſa, non poteſt ab appellante in alia cauſa recuſari vt ſuſpectus: quia ſola pendentia appellationis non eſt ſufficiens cauſa, vt poſſit recuſari.Caſus eſt in lege prima,ff.de appellat.& ff.apud eum à quo appellat.eſt,&c.Ratio,quia ſi de nouo grauabit, poterit appellare, vt ibi,vel recuſare eum tunc ſi maluerit.Sed ſi vellet probare veritatem grauaminis, propter quod appellauit coram arbitris,pronunciabitur ſuſpectus.Et ita intelligatur.cap. ad hæc. clem.1.extra de appellat.dum videtur velle poſſe recuſari iudicem à quo eſt appellatum.ſecundum Io.And. quem ibi ſequuntur Butrig.Panorm.& communiter Docto poſteriores teſte eodem Panormit.ibi,& etiam Bar.in d.lege prima.Balb. deciſ.46.

iudex à quo,non debet lapſo tempore appellationis proſequendæ ſententiam executioni mandare,niſi citato appellante ad dicendum cauſam quare ſententia executioni mandari non debeat.lege ſi contra maiorem. C.de appellationibus. & ibi Bald.& Salicet.idem Bald.in lege eos. C. eodem in prin.& Dom. de Rota deciſ. 422. in nouiſſi. Bartol. in lege prima,

Universidad de Deusto

ff.nil nouari appel.penden. Panorm.in capit. ex ratione.extrà de appel.vult enim dict. l. si contra. constare debere prætori de negligentia in prosequendo appellationem:quod non po test,nisi parte citata,quæ potuit habere impedimenta,quæ al legabit,& excusabunt à negligentia.facit l.fi.§.illud.C.de tem po.appella.licet Inn.in d.c.ex ratione.& in c.cum super.extrà de re iud. teneat citationem non fore necessariam in dicto ca su,quando fit executio in rebus adiudicatis per sententiam:se cus in aliis. Balb.decis.465.

Iudex in sententia diffinitiua non pōt sibi reseruare in futurum condemnationem vel absolutionem expens.sed taxatio nē sic,secundùm Cy.& communiter doct.in l.terminato.C.de fruc.& li.exp.Bal.in auth.generaliter.C.de epi.& cle.licet Bar. post gl.in d.l.terminato.senserit contrarium,secus in interlocutoria: quia per eam non definit esse iudex. Ita etiam sentit Fel.in c.significauerunt.in 7.col.ext.de excep. Balb.dec.335.

iudex requisitus in iuris subsidium per literas alterius iudicis non superioris vt exequatur,non tenetur exequi,si sentētia,cuius petitur executio,dicatur iniqua, no.singulariter In. in c.primo,extrà,de offi.de ordi.in c.cum in iure,extrà,de off. deleg.sentit Pan.in d.c. 1. & sequitur dominus Cato in l. cum quædam.ff.de iurisd.om.iud. Balb.dec.88.

Iudex delegatus qui pronunciauit se non esse competentē non potest talem interlocutoriam reuocare,per c.significantibus.ext.de off.deleg.in c.iudex.in fi.eo.tit.in 6.& secundùm Bal.in l.si vt proponis.la 1.& l.si præses desertam.C. quomodo & quando iudex. Secus si sit ordinarius vel delegatus ad vniuersitatem causarum,secundùm Ange.do.Cato.Sandilia. & communiter Doct.in l.2.ff.si quis in ius voc.non ierit. Sup quo tamen distingue,vt per Bart. in l.quod iussit.ff. de re iud. Primum dictum limita,nisi ab ipsa pronunciatione fuisset appellatum:quia tunc potest eam reuocare ipse delegatus,cum cum eius iurisdictio à se non sit abdicata, sed per appellationem suspensa,per c.cum dilectus,el 3.extr. de præb. quem ad hoc ponderant Imo.& Pan.in c.cum cessante.ext.de app.Bar. in d.l.2.col.7. Balb.decis.264.

Licet iudex à cuius interlocutoria est appellatum, nec detulit appellationi, possit in causa procedere ante inhibitionem,c.non solum.de appellationibus. tamen si debitè requisitus non dederit Apostolos, sic procedendo facit processum nullum.c.ab eo.& c.cordi.& ibi notatur,circa prin. de app.in 6. Nisi per comparationem appellātis coram iudice à quo in causa principali esset appellationi renunciatum.c.gratum.extrà de off.deleg.secus si comparuisset,vt doceret de grauamine.c.si à iudice.de appel.in 6. Balb.decis.448.

Iudex conuentus. Licet sententia iniqua transierit in rem iudicatam,potest tamen iudex in syndicatu conueniri,secundum Bart.& Ang.in l. 1.ff.quod quis.iur.per gl.in verbo noui Inn.in c.sepe.in gl.sua magna,& in fi.ext.de app.Bart.in l.si iudex.ff.de va.& extraord.cogni.Bald.in l.fi.C.de pœ.iudic.qui ma.iudic.Ang.in l.filiusfa.ff.de iudic. Balb.decis.379.

Iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem secularem ad præstañ sibi auxilium,teste Alc.qui communem dicit in c. pernicioſam.n. 123.de off.ord.secularis autem ecclesiasticum cogere nequit,secūdum communem vbi supra de qua etiam per Anch.cons. 382.vbi declarat,intelligendo,q̄ iudex secularis ecclesiastico parere teneatur & auxilium præstare si seruato iuris ordine ecclesiasticus processerit,Fel.in c.cum sit eo. 5. de for.comp.Afflic.dec. 220.n.9.Rol.cons. 34.n. 11.lib. 1. Qđ procedit,quando non agitur de re merè eccl.aliàs secus, vt p Iaſ.in l.magistratib.n.x.de iur.om.iud.Alc.vbi s.n. 100.Marc. delph.decis.269.773.

sed Quid econuerso,an iudex ecclesiasticus processui facto per secularem stare teneatur,& dic q̄ non,secundum communem per Fel.in c.at si clerici.de iud.ad quod quidem seculare brachium non peruenitur nisi elapsis quatuor mensib. post sentētiam,ratio est,quia menses quatuor ad soluendum condemnatis regulare dari consueuerant,teste Fel.in ca.querenti de of.deleg. Quid de iudice seculari,an processui iudicis eccl.stare debeat,& Distingue, vt per Dec.vbi doc.in apostil. in d.c.at si clerici col.8.circ.med.post Bar.in l.Diuus.n.3.ff.de custod.reor.& vide etiam quæ scribunt Boer.q.90.nu. 1.& 2. par. 1.foler.pract.crim.ver.pœnis debitis.n. 56.& seq.pulchrè Cagnol.in l.cum quædam puella.n.33.ff.de iur.om.iud.q̄ vero iudex secularis processui iudicis eccl. stare teneatur:q̄n delictum est mere ecclesiasticum,not.idem Dec.d.c. at si clerici. col.8.circ.med.ex c.vt inquisitionis.§.prohibemus. de hærer. in 6.licet de hoc dubitet Bart.in l. non dubium. ff. de custod. reor.vbi distinguit inter ciuil.& criminal.Archid.in c.admini stratores.23.q. 5.& disputat Fel.in d.c.at si clerici.n.4. de iudi. qua in re dixit Alex. q̄ brachium cuius auxilium imploratur non debet adhibere causæ cognitionem,Alex.cons. 130.n.1. lib.4.Prædictis accedunt quæ de iudice exequēte sententiam scribit Lanfr.in pract.c. 10.de interloq.& appel.nu. 39.vbi an iudex exequens sententiam,de ipsius sententiæ iustitia vel iniquitate cognoscere possit,vel sufficiat pronuntiatum esse per tex.in l.si prætor. 1.resp. ff. de iud. Quomodo autem vnus,iudex alterius iudicis sententiam exequatur,no.Hipp.sing.138. Guid.Pap.q. 574.Aufrer.ad Capel.Tolos.q.411.Cagnol.in l. cum quædam puella.n.33.ff.de iurisd.om.iud.& quando exe cutio sententię fit per alium iudicem quàm per eum qui eam tulit an sit necessaria citatio? dicq̄ sic,ex not.per Alex.in l.à diuo Pio.§.in venditione.n.35.ff.de re iud.Iaſ.in l.2.n.112.C.de iur.emphy.Rol.de ord.iud.ti.de execut.sent.n.16.& seq.Gui. Pap.q.23.419.574. Pro qua citatione adde,quid si cōmissio fiat per iudicem nuntio de citando, an morte iudicis expiret: & an successor absque vlteriori citatione exequi possit? Dic vt per Iaſ.in l.& quia.quam legit in l.more.nu.62.& seq.ff.de iurisd.om.iud.Quòd autem possit iudex secularis in reali supplere negligētiam iudicis ecclesiastici, & cognoscere de reb. clericorum,no.doct.in apost.ad Bald.in auth.clericus.lite. A. C.de episc.& cler.pro quo vide Abb.in c.verum.n. 16. de for. com.vbi an negligentia iudicis ecclesiastici transferat iurisdictionem in laicum. Casus autem in quib. possit iudex laicus de spiritualib.causis cognoscere,vide per Hipp.sing.70.

Iudæi an possint cogi ad obseruantiam iuramēti secundum legem mosaycam appositi,dic vt per Rom.cons. 155.col.fi.n. 8.vbi concludit q̄ non,de quo vide Iaſ.in l.qui se patris.n.24. C.vnde lib.Fel.in c. 1.n. 17.de consti.Io.Cirier.de primog.lib. 1.q. 16.& pro negatiua stat etiam Iaſ.in l.3.§.iurari n. 10.ff.de iureiur.Fel.cons. 30.n. 18.& seq.Dec.in c. 1.2.lect.post n. 8.de consti.soc.cons.65.col.penul.& consil.seq.colum.penultim. libr. 1.

Contrarium tamen verius esse scribit Imol. cons. 1. col. 3. Barb.cons. 15.col. 3.lib. 1.Dec.in l.pactum col.4.ver.nono limitatur C.de colla.Corn.cons.45.col. 2.lib. 1.Qua in re distingue, aut iudæus contrahit cum alio Iudæo, & tunc veriorem dicunt priorem opi.Aut cum Christiano,& secundam veriorem pronuntiant,teste Rob.mar.de ord.iud. 3.par.prin.c. 3.n. 55.& seq.Quam 2.opi.intellige, sine iudæus iuret secundum legem mosaycam,siue secūdum nostram Christianam, Nam licet iudæus per Christum iurare prohibeatur:tamen si iurat: ad iuramenti obseruantiam compellitur, teste Bar. in proœ. Digestorum. in prin.n. 3.Bauer.de virt.iur.ver. 59. pro quo vide spe.tit.de iur.cal.§.restat col.fi.Rol.cons. 35.lib. 2.consi. 25. lib. 3.Gozad cons. 24.Abb.cons. 39.lib. 1.Coraſ.miscell.lib. 5. c. 16.Rob.loco.supra alleg.Nat.cons. 434.Quomodo autem Christianus iudex iuramentum offerre possit? & vice versa iudæus Christiano,dic,vt per Bar. in l. iusiurandum & ad pecunias.§.ait prætor ff.de iureiurand.Alexand.in l.ait prætor §. iurari numero 4.eodem titulo.vbi Doct. in apostil. ponunt formam iuramenti pro qua vide etiam Roman. d. consilio 155. colum.fin.Specul.d.titulo de iuram.calum.§. Restat. colum. final. numero 17. & quæ habetur Deuteron. capit. 28. psal. 108.

Iudex tenetur ad obseruantiam statuti,licet non sit in causa per aliquem partium productum. Secùs in consuetudine vel reformatione non inclusa in volumine statutorum,secundum Butrig.in l.fin. C.quæ sit long.consuetu.Bal.in l.prima. C.vt quæ desunt aduo.Io.mona.in regula iuris ignorantia,de reg.iur.in 6. Balb.decis.389.

Iudex habens iurisdictionem limitatam vsque ad certam quantitatem,puta in causis vsque ad centum,petita re valoris centum tempore petitionis, si pendente lite eius valor creuerit,poterit de causa cognoscere & iudicare.quia incremētum æstimationis non habet excludere iurisdictionem in tali casu,secundum Guil.& Bar.in lege si idem cum eodem.ff.de iurisdictione omnium iud.per l.ampliorem.in §. fin. & ibi Sali. C.de appellat.idem secundum Docto.in d.capi.si idem. Idem in actione crescente propter inficiationem, quia debet attendi principium petitionis.l.item veniunt. §. cum prædiximus. ff.de pet.hære.facit gloss.in l certi condictio. in prin.ff. si cert. petatur. tenent Angelus in l. qui tabulas. ff. de fur. & Panormitan.in cap.cum inter.ad fin.extr.de re iud.Ex quibus potest fieri talis conclusio q̄ limitatio iurisdictionis non trahitur ad incrementum, sed ad principium: nisi incrementum etiam à principio in petitione comprehenderetur,vt in actionibus arbitrariis, in quibus ex iudicis officio potest interesse excedere,id quod petitum est secundùm Guil.& Angel. in l.si idem. Balb.decis.94.

Quand

Universidad de Deusto Biblioteca

Quando iudex absoluit condemnatum in principali ab expensis, debet exprimere causam quare absoluit ab expen. nec sufficit si dicat bonis moti respectibus, &c. alias sententia est nulla tanquam habens iuris errorem, secundum Salice. & Sandi. in auth. nouo iure. C. de iudic. per illum text. ibi declaret, &c. & in §. oportet in auth. de iud. Io. And. in c. finē. ext. de dol. & cont. But. in c. examinata ext. de iud. Licet Pan. ibi teneat ō rium. Nam qui sub genere dicit, non declarat. l. ita fidei. ff. de iure fisci. & cum Panor. tenet Fel. in c. sicut. in 12. col. extr. de re. iud. Balb. decis. 340.

Si iudex ad quem absque cognitione saltem summaria appellationem statim recipiat, potest ab eo appellari, & fortius si concedat inhibitorias, secundum Bart. in l. 1. in fi. C. quorum appel. facit ca. Romana. §. si verò vocatus. de app. in 6. & quod not. Spec. eod. ti. §. de officio. vers. sed quæritur. Nisi ipsi iudici constaret per exhibitionem sententiæ & appellationis, esse appellationem ad se deuolutam, secundùm do. de Rota in no uissi. decis. 11. inci. fuit dubitatum. quod est de mente Io. An. in d. §. si verò. dum dicit, q̄ cauti appellantes portant secū sententiam & appellationē. quas ostendunt iudici ad quem confiet appellationem ad eum deuolutam. Balb. decis. 466.

Iudex pro animi sui sententia reum damnare, vel non damnare potest ad sumptus ante litis contestationem expensos refundendos, si nulla eam in rē petitio proponatur, quod longè secus est erogatis à lite contestata expensis. quippe quia in illis nec supplicatio exigitur, nec iudicis arbitrio quidpiam permittitur. commune ait Ant. de Tremo. in addit. ad Bon. in practi. de recusat. n. 4. ver. rectificari. Villalob. in sua collecta. E. S.

Iudex si vel animam agens, atque in vltimo vitæ crepusculo iam constitutus, asseueret sese iniquam tulisse sententiam, nihil prorsus fidei consequetur, nihilque omnino vel proficiet, vel officiet. communia inquit And. Alc. vir magno ingenio, atque insigni doctrina. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 4. nu. 7. Idem.

Iudex ex causa etiam, non potest pœnam minuere, mutare, aut remittere. q̄ statuta sunt intelligenda ad literam, prout iacent. quia sunt intelligenda secundum vulgarem opi. & cōsuetudinem. quia eo casu statuti verba ad literam, sunt intelligenda, & pœna remitti non potest. Nouellus regula 41. ad regulas Duen. Bonacost.

Iudex qui sibi reseruauit taxationem expen. non poterit dāna taxare, licet fuerint in libello petita: quia expensarum nomine non continentur damna. c. in nostra. ext. de iniur. secundùm Bal. ī l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. Balb. decis. 281.

Iudex conuentus. Etiam finito syndicatu potest iudex in patria & villa sua, pro malè extortis conueniri, secundùm Bart. in l. 1. & 2. ff. ad leg. iul. repetund. Ang. in l. si filius. ff. de iud. Super quo distingue, vt per Bal. in l. obseruare. in §. proficisci. ff. de offic. proconsul. in 4. quæst. Calderi. in quæstionibus syndicatus. q. 249. Balb. decis. 226.

Iudex qui detulit appellationi, non potest reuocando delationem iurisdictionem reassumere in ea causa, & casu à quo est appellatum. secundùm Io. Andr. & communiter Cano. in c. cum appellationib. de appella. in 6. in clem. sicut. eod. ti. Bal. in l. eos. §. Apostolos. C. de appel. Do. Præposi. in c. vt debitus. extrà eod. Balb. decis. 480.

Iudex impartitur officium suum etiam non requisitus in causis personarum miserabilium. l. nec quicquam. §. fi. ff. de offi. proconsul. & ibi Bal. & do. Cato. Bart. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infect. per l. sancimus. §. 1. C. de admin. tut. idem in aliis casibus ibi per eum enumeratis. Balb. decis. 251.

Iudex quis esse potest in causa ciuili, parte non opponente, secus in criminali, vt est communis opi. de qua Bened. de Vado foro Sempr. in Repert. Felin. ver. iudex vtrum possit. Bon.

Iudex, quando pœna est commissa eius arbitrio, potest arbitrari vsque ad mortem, vt est communis opi. de qua D. Hieron. à Monte in suis variis quæstionibus 16. nu. 7. Sed communiorem esse in contrarium postea dicit ibi nu. 49. Bonac.

Iudex alter in magistratu, alterum vbi sit iurisdictionis diuisa administratio, punire nō potest, vt est com. opi. Soarez verbo, iudex. n. 239. Bonac.

Iudex, vt veritatem habeat, potest impunitatē reo promittere, vt est com. opi. Soarez in ver. iudex. n. 245. Non tamē potest ex tali extorta cōfessione reum condemnare, vt est com. opi. ibi. nu. 246. Bonac.

Iudicem corrumpens, vt iustam, vel iniustam ferat sententiam, amittit causam, vt est com. opin. Soarez in ver. iudicium num. 254.

Iudex per quæcunque verba prægnantia, quæ sibi fuerint commissa, non potest lædere partem contra iustitiam, vt est com. opi. de qua Capr. reg. 18. n. 33. Bonac.

Iudex non potest cognoscere de sua iurisdictione quando contra ipsum iudicem, ad eius iurisdictionem declinandam, opponitur talis exceptio, quę notaret ipsum iudicem, vt exceptio infamiæ, vel alterius criminis, cum esset suspectus, vt est com. opi. Capr. reg. 19. nu. 12. Bonac.

Iudex secularis non tenetur exequi sententiam iudicis ecclesiastici, quando pro condemnato est præsumptio contra sententiam D. m. Alc. in c. pernicioſam. n. 122. de off. ord. com munem dicit. Bonac.

Iudex licet habeat arbitrium, debet tamen seruare ius commune in maleficiis, vt est com. opi. Clar. q. 31. ver. arbitrio. atque balia. Alba. conſ. 69. n. 5. & conſ. 95. n. 2. Menochius de arbi. iudi. q. 9. & alibi in eo. lib. Et si per statutum habeat arbitriū in aliquo crimine, non tamen debet esse nimis gratiosus. sed pœnam commensurare cum delicto. Castrensis. in l. si fugitiui, nu. 12. C. de ser. fugiti. Bonac.

Iudex, si sibi videtur, non potest adhibere fidem instrumento publico, quamuis instrumentū non pronuncietur falsum, Ana. conſ. 49. & ibi bologni. Alba in conſ. 95. n. 4. & conſ. 70. n. 9. vide Albam conſ. 99. Bonac.

IVDEX.

Summaria.

Iudex domicilij, vel originis, an & quando possit cognoscere de delicto extra territorium commisso. q. 1.

Pluribus ad vniuersitatem causarum delegatis, etiam vnū posse ab initio sine aliis cognoscere & procedere: Secùs, si delegati sint ad vnam, vel certas causas. q. 2.

Delegatum non posse minuere, vel augere tempus, quod à lege datur iudicatis. q. 3.

Iurisdictionem delegati expirare per mortem delegāris, re adhuc integra. Idq́ue locum habere & in delegato ad vniuersitatem causarum. q. 4.

Res adhuc integra esse qñ dicatur in mādata iurisdōne. ib.

Iudicem delegatum, cui est commissa causa appellationis, posse absque noua commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit iustificata. q. 5.

Iudicem ecclesiasticum etiam delegatum posse implorare auxilium iudicis secularis, pro executione sniæ à se latæ. q. 6.

Iudicem ecclesiasticum posse censuris & pœnis spiritualibus compellere iudicem secularem ad ferendum auxilium in executione, sed non è contra. q. 7.

Iudex ecclesiasticus, q alioquī iure cognitionē de crimine habet, an possit propria authoritate laicos capere, & in carcerem mittere: cùm possit clericos, etiam non implorato auxilio secularis. q. 8.

Delegato inferioris à principe, non licere quem citare realiter, vel capere de persona: sed delegato principis licere. q. 9.

Delegatum, quamuis principis, nō posse subdelegare cum potestate subdelegandi. verū quēlibet ordinarium posse. q. x.

Delegatum principis posse subdelegare causas etiam meri, & misti imperij. q. 11.

Qui iudices possint recusari: Et q d in recusandis iudicib. vel remouēdis iure canonico statutū sit, qd itē iure ciuili. q. 12.

In proponenda recusatione suspecti, non esse necessariū de iure ciuili exprimere & probare causam suspicionis in libello: sed sufficit præstare iuramentum. q. 13. & q seq. in fin.

Recusationem iudicis, tanquam suspecti, cùm sit omnium exceptionū prima, proponendam esse ante litem contestatā: Nisi causa recusationis demùm post litem contestatam peruenirет ad notitiam recusantis. q. 14.

Iudex in causa recusationis quis. q. 15.

QVAESTIO I.

Quæro, An iudex domicilij vel originis possit de delicto punire subditū, qui extra eius territorium deliquit? Resp. huius quæstionis aliquam vide resolutionē, c. Forum. 3. q. latiùs tñ sic poterit distingui, quia quæstio est ardua & mirificè controuersa. Aut agitur ad punitionē criminis p viam accusationis, & omnium frequentiori interpretum consensu approbata est ea sententia, q̄ possit, ita tenet gl. communiter recepta. l. 1. & 2. C. vbi de crimi. agi. vt firmat Did. Couar. pract. q. c. 11. n. 5. ver. 6. in hoc tract. & est tex. c. fi. ext. de foro comp. Nec tenetur reum remittere ex necessitate ad iudicē loci delicti, nisi hoc petatur, ita tenet Bart. Bald. & alij. d. l. 1. Abb. d. c. fi. Guid. Pap. q. 102. & hanc sentēriam dicit cōem Hipp. in pract. §. opportunè. Aut agitur per viam inquisitionis, & de iure canonico nō est dubiū, qn iudex originis vel domicilij possit punire subditū suū, qa rōe domicilij qs est propriè subditus. c. ex parte. c. dilecti, de fo. com. At de iure ciuili dubitatū est, nōnullis existimātib. iudicē domicilij vl originis posse ēt p inq sitionē

cogno

cognoscere de crimine per subditum extra territorium commisso, cuius sententiæ authores sunt Bart. in l. si cui. §. fin. ff. de accus. per gl. l. relega. §. interdicere. ff. de interdictis. Io. Bernar. in pract. crimina. c. 8. Bart. l. sepulchri. ff. de sepul. violat. Eandē firmat Panor. n. 6. & alij c. cùm contingat. Iac. de Belui. ca. Romana. §. contrahentes. de foro comp. in 6. n. 117. Bald. in cons. 313. lib. 5. & l. fi. ff. de iurisd. om. iud. Ruin. cons. 84. lib. 4. nu. 9. Et eam dicit esse communem Bolog. cons. 54. quem refert August. Arimi. in addit. ad Ang. de malef. §. hæc est quædam inquisitio. ver. quæro an in delictis. Alc. c. 1. n. 67. de offi. ordi. Aliis verò contrarium asserentibus, nimirum nec iudicem originis, nec domicilij posse inquirere de delicto commisso extra territorium. quam sententiam tenet Io. And. in Spec. ti. de compet. iud. Bald. l. 1. C. de ædilit. actio. Hipp. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. n. 137. Gand. in tract. de maleſi. q. 6. Eam dicit esse magis communem Hipp. in pract. crim. §. constante. nu. 90. Thomas Gram. decis. Neap. 26. Io. Bernar. pract. c. 9. Quia inquisitio pertinet ad publicam vindictam, quæ non videtur competere iudici domicilij, ex eo, ꝙ nulla iniuria illi reipu. facta est, veruntamen priorem sententiam veriorem iudicat Didac. d. cap. 11. num. 5.

QVAESTIO II.

Quæro, Vtrum vnus ex pluribus iudicibus delegatis ad vniuersitatem causarum possit sine alio ab initio cognoscere & sententiare? Resp. Controuersum est, vtrum, quando sunt plures iudices delegati ad vniuersitatem causarum, vnus sine alio à principio possit procedere, nonnullis existimantib. posse, ad similitudinem iudicis ordinarij, cui æquiparatur. gl. Bart. & Doc. l. si vni. ff. de re iud. & in specie Alex. dicit ibi hanc esse communem opi. Et Ias. nu. 7. aliis verò contrarium asserentib. ex eo, ꝙ sicut alij delegati, ita quoque delegati ad vniuersitatem causarum habent iurisdictionem iure alieno, & vice delegati funguntur, non iure proprio, sicut iudices ordinarij. Hāc sententiam firmat Io. de Imo. c. 1. ext. de off. deleg. & Abb. in c. causam. el 1. de off. deleg. Sed prior sentētia magis obtinuit, quia delegati ad vniuersitatem causarum sicut ordinarij habent iurisdictionem & exercitium in solidum, non autem delegati ad vnam vel certas causas.

QVAESTIO III.

Quæro, An iudex delegatus possit ampliare & minuere tē pus, quod datur iudicatis, ex causa? Resp. Vtrum Iudex delegatus in sua sententia possit ex causa augere vel diminuere tempus quadrimestre, ꝙ à lege indulgetur iudicatis, sententiis variatum est. Nam ꝙ possit, tenet Raph. Cuma. in l. 2. ff. de re iudi. ex quo. n. potest in totum absoluere vel condemnare, potest etiam tempus apponere, cùm bonum sit argumentum à re ad tempus. Contrarium verò tenet gl. quam sequitur Bart. ibi in d. l. 2. qui mouetur ex eo, quia Iudex delegatus non potest exequi sententiam suam, sed mandatur executioni per ordinarium. Vnde non potest imponere legem superiori, hanc sentētiam communiter approbatam asserit Ias. ibi, n. 5. Et eam tenet Maran. in spe. dist. 5. n. 44. Et hęc est vna differentia inter ordinarium, & delegatum.

QVAESTIO IIII.

Quæro, Vtrum iurisdictio delegati expiret morte delegantis? Resp. Receptum est à Doct. communiter, iurisdictionem delegati ēt ad vniuersitatem causarum extingui morte delegantis re adhuc integra. Ita tenet Bart. in d. l. more. ff. de iurisd. om. iud. quem sequuntur omnes Doct. vt refert Ias. d. l. si vni. n. 9. & est tex. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. c. relatum. c. licet ext. de off. deleg. Eandem dicit esse communem sententiam Maran. in Spec. dist. 5. nu. 56. dicitur autem res adhuc integra, quando nondum facta est citatio, vt probatur per d. c. gratū, & firmat Bart. d. l. & quia. Abb. d. c. relatum. Et hanc dicit communem esse sententiam Marant. d. dist. 5. n. 56.

QVAESTIO V.

Quæro, Vtrum iudex delegatus, cui est commissa causa appellationis possit absque noua commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit iustificata? Resp. Verior & receptior est sententia, ꝙ sic, tex. c. vt debitus. de app. qui secūdum cōem intellectum non tm̄ in iudice ordinario, sed etiam delegato loquitur. vt tenet gl. c. ex tenore. verb. terminetis. de for. comp. Eandem sententiam tenent Ant. de But. Abb. & Im. d. c. vt debitus. Dec. n. 23. asserens eam esse cōem, post Francū n. 43. Eandem dicit esse communem Fel. c. causam quæ, de rescrip. li. 6. licet Francus ꝺriam sn̄iam conatus fuerit defendere.

QVAESTIO VI.

Quæro, An iudex delegatus ecclesiasticus possit implorare auxilium iudicis secularis pro executione sententię? Resp. Archid. c. vt officium. §. compescendi. de hæret. in 6. per illū tex. existimat Id tantùm procedere in iudice ordinario ecclesiastico ꝙ possit iudicem secularem requirere pro executione sententiæ. Contraria tamen sententia frequentiori interpretum consensu recepta est, quam probat text. c. dilecta. de sent. exc. Et eam tenet Inn. Io. And. & Doc. c. significasti. de offi. del. vbi dicunt eam esse communem. Abb. & Dec. Io. Lup. c. ꝙ vestras. nor. 2. §. sed est pulchra dubita. nu. 17. Eandem dicit esse communem Aug. Bero. d. c. significasti. nu. 24.

QVAESTIO VII.

Quæro, Nunquid iudex ecclesiasticus poterit censuris & pœnis spiritualib. compellere iudicem secularē ad auxilium hoc exhibendum? Resp. ꝙ sic, non autem econtrà iudex secularis poterit cogere ecclesiasticum. Ita tenet Inn. Pan. & alij in c. 1. de off. ord. Et ibi Alc. n. 26. & 123. asserit hanc esse comm. opi. Et tenet Ias. l. à diuo Pio. §. sententiam. n. 16. ff. de re iud.

QVAESTIO VIII.

Quæro, Vtrum iudex ecclesiasticus qui alioquī iure de crimine cognitionem habet, possit reum laicum capere & in carcerem mittere? Resp. Variatum est, nonnullis existimantibus posse, cuius sententiæ authores sunt Do. & Fran. c. cùm episcopus. de of. ord. in 6. Et eam probat Fel. ca. cū sit generale. n. 20. de for. comp. Aliis verò ꝺrium asserentib. s. iudicem ecclesiasticum non posse in carcerē proprium mittere, nec capere laicum prō criminis punitione, quæ ad ipsum pertinet, excepto hæresis crimine, tex. in c. excommunicamus. 2. de hæret. & firmat Old. cons. 86. Et eam dicit esse com. opi. Fel. in c. significasti. de of. del. & Aufred. repet. Clem. 1. de of. ord. q. 5. licet Fel. loquatur in ecclesiastico iudice delegato. Eandem dicit esse communem Anch. reg. ea quæ. de reg. iur. in 6. & Io. Andr. in spec. tit. de offic. ord.

Sed nunquid possit clericos capere & in carcerem mittere? Resp. ꝙ sic, etiamsi nō habeat in loco temporalem iurisdictionē, nec tenetur auxilium secularis implorare, tex. c. cùm episcopus. de off. ord. in 6. Et est communis omnium opi. quamuis contrarium Carol. Molin. consuet. Paris. tit. 1. §. 41. n. 66.

QVAESTIO IX.

Quæro, An iudex delegatus inferioris à principe possit citare aliquem realiter? Respon. communis & recepta est Doct. sententia. ꝙ non, ita tenet Bart. Alex. & communiter Doct. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. Bart. l. plerique. ff. de in ius vocan. Communem asserit Maran. in Spec. par. 4. dist. 5. nu. 54. Secùs est in delegato principis, qui sicut iudex ordinarius, potest aliquem capere, vt communiter teneri firmat idem Marant. ibid. & tenet Bart. auth. qui semel. C. quom. & quand.

QVAESTIO X.

Quæro, Vtrū iudex delegatus possit subdelegare cum potestate subdelegandi? Resp. Frequentiori Doct. cōsensu approbata est ea sententia, ꝙ iudex delegatus etiam principis non possit causam subdelegare cum potestate subdelegandi, vt tenet Alex. in cons. 157. vol. 2. Et tenet idem in rub. ff. de offi. eius. Bald. l. à iudice, ibi, Salycet. & Docto. communiter. C. de iudic. Ias. l. 1. ff. de off. eius. Eandem sententiam firmat Abb. ca. cùm Bertholdus. extr. de re iud. Bart. l. soler. ff. de iur. om. iud.

Sed nūquid quilibet ordinarius id potest? Resp. ꝙ sic, etiam minimus, ita tenet gl. c. is cui. de of. deleg. lib. 6. Bart. in l. more. Et ibi Alex. n. 12. dicit hanc esse com. opi. ff. de iurisd. om. iud. Et eam tenet Fel. c. super quæstionū. §. si verò. vers. fallit quartò de offi. deleg.

QVAESTIO XI.

Quæro, Vtrum delegatus principis possit subdelegare causas meri & mixti imperij? Resp. ꝙ sic. ita tenet gl. & Bald. l. vni. C. qui pro sua iurisdi. Bart. l. 1. q. 3. ff. de iurisd. om. iud. Et hanc esse cōmunem testatur ibi Ias. licet Alex. contrariam probet. Hanc quoque tenet Abb. c. venerabili. de off. deleg. Et firmat magis communem esse Maran. d. dist. 5. n. 63.

QVAESTIO XII.

Quæro, An quilibet iudex possit recusari? Resp. distinguendū est in hac quæstione, Aut loquimur in iudice delegato, & nullum est dubium, quin possit recusari, tex. est c. suspicionis. c. cùm speciali. ext. de offi. del. Aut loquimur in ordinario, & variatum est. Namque gl. l. apertissimi. C. de iud. videtur velle iudicem ordinarium non posse recusari: Verùm cōtraria sententia communiter approbata est per c. licet. ext. de fo. comp. vt firmat Ferrariensis pract. for. declinat. iudi. verb. iudicē suspectum. Quod tamen cum temperamento intelligendum, recusari iudicem ordinarium, i. suspectum haberi & asseri, non in totum remoueri.

in hoc enim, An in totum remoueatur sicut delegatus, dissident ius Ciuile & Canonicum. Nam iure Canonico etiam ordinarius prius remouetur, nec amplius in causa, vt iudicet admittit

mittitur, sed causa potius ad superiorem remitti debet: de iure vero Ciuili non tollitur ab eo iurisdictio, imò poterit ipse de causa cognoscere, adiuncto sibi Episcopo loci, vel alio honesto & integræ opinionis viro, vt not. Docto. communiter, Auth. si verò. C. de iudic.

QVAESTIO XIII.

QVAERO, Vtrum in libello recusationis de iure Ciuili requiratur expressio causæ, quando iudex recusatur? Resp. communiter receptum est, non requiri mentionem causæ, sed satis esse, iudicem ipsum dici suspectum, mediante iuramento, q̃ ea recusatio calumniosè non proponatur, ita tenet gl. l. aptissimi. C. de iud. Et hanc opin. asserunt communem esse Abb. c. si quis contra. n. 12. ext. de foro comp. Aufrer. in tract. de recusat. n. 13. Dec. c. cùm speciali. de app. Lanfr. de Oria. ca. quoniam contra. verb. recusationes. de probat.

QVAESTIO XIIII.

Quæro. Quo tempore sit proponẽda recusatio iudicis: Respon. Regulariter recusatio iudicis proponenda est ante litem contestatam, quia est omnium prima exceptio, quæ ante omnes proponitur. l. fi. C. de except. ne si alia prius opponeretur, videatur in iudicem consentire. Ita tenet Bar. Alex. & omnes Doct. l. quidam consulebant. ff. de re iud. gl. ibi cõmuniter approbata. c. pastoralis. verb. protestatæ. de excep. Bart. Ias. & reli qui. l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. Ias. l. apertissimi. n. 11. C. de iudic. Et hanc asserunt communem esse opi. Aret. & Deci. n. 24. c. 1. de iudic. Fel. c. inter monasterium. n. 4. de re iud.

Limita si recusationis causa post litem contestatam peruenire ad noticiam recusantis, Namque tunc post litem contestatam nihilominus opponere posset, præstito huius ignorantiæ iuramento, arg. tex. c. insinuante. de offi. deleg. ibi gl. & Panor. Et hæc limitatio est absque vlla controuersia, quò ad iudicem ordinarium inferiorem, nec mirum, cùm iure Ciuili absque vllius causæ expressione, solo tantùm iuramento præstito, recusatio admittatur, nec requiratur probatio causæ, vt modò diximus.

QVAESTIO XV.

Quæro, Quis sit iudex super recusatione? Resp. Quoties iudex recusatur, receptum est non iudicem, qui suspectus habetur, de causa ipsa recusationis cognoscere, sed arbitros à litigantibus electos, qui si pronunciauerint, suspicionem iustam esse, non poterit in causa iudicare, tex. est. c. cùm speciali. in pr. de appel. c. si quis contra clericum. de for. comp. c. iudex ab apostolica, ibi, gl. communiter à Doctoribus recepta, de offic. deleg. in 6. Michael Grassus.

Iudex originis contra originarium delinquẽ extra territorium per viam inquisitionis procedere non potest, secus per viam accusationis, secundum communem per Rol. cons. 19. n. 21. lib. 2. de qua vide quæ scribunt Guid. Pap. q. 202. Boer. q. 270. n. 4. Bar. in l. 1. col. 17. q. 8. C. de sum. trin. vbi videtur concludere q̃ ratione præuentionis possit iudex originis punire subditum suum delinquẽ in alio territorio, de quo per Neuiz. cons. 68. n. 54. Clar. in prac. §. fi. q. 39. versi. sed quæro post Alex. cons. 111. lib. 1.

Iudices duo inquirente. Quando duo iudices formarunt processum inquisitionalem contra aliquem, ille præfertur, q̃ prænenit in procedendo. ff. de iudic. l. si quis postea. Quando autem vterque eodem tempore incipit procedere, reus eligere poterit quem velit, & alteri opponere non exceptionem præoccupationis, sed q̃ coram altero causa pendet, corã quo peteret se remitti, secundum Bald. & Sandilia. in l. nulli. C. de iudic. Balb. decis. 329.

Iudicis recusati processus est nullus, cum cognitio translata sit in arbitros. Ang. in l. apertissimi. C. de iud. & ita Doc. cõmuniter concludere refert Phil. Dec. in cons. 175. num. 2. De qua decisione quoque in ver. processus factus post recusationem, dictum est. kirchouius.

Iudices ordinarij plures constituti tam in temporalib. quã spiritualib. habent iurisdictionem & exercitium insolidum adeò q̃ quilibet eorum iurisdictionem datam exercere possit, prout vult gl. in cap. prudentiam, de off. deleg. per capitulum, prout vult gl. in cap. prudentiam, de off. deleg. per capitulum, loquitur. 24. q. 2. & c. 1. de iure patron. & l. si libertus. ff. de bonis libert. in fin. & l. viæ. ff. dẽ seruit. l. si sepulchrum. C. de religiosis l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad l. Falcid. quam communiter teneri asserit Bene l. Capr. reg. 27. n. 4. quod tamen fallit, si iurisdictio ordinaria daretur plurib. nõ vt singulis, sed vt collegio, quia tunc collegium & non singuli dicentur habere iurisdictionẽ, in c. irrefragabili. de officio, ordi. vt no. per gl. in c. vt officium, de hæret. lib. 6. vt voluit Inn. & Io. And. in c. prudentiã, de offic. deleg. & Bart. in l. si vni, alias Pomponius. ff. de re iud. & id similiter communiter teneri dicit ibidem, n. 5. idem Bened. Capr. similiter fallit quãdo aliud reperiretur expressè in iure cautum, vel aliud esset dictum per dantes plures ordinarios. Item si ipsi ordinarij simul incepissent exercere iurisdictionem, vel si procederent circa actum per quem finiretur eorum iurisdictio, aut si daretur vnus ordinarius, vt ex eius persona descenderet ad plures. vti exemplis ac legibus siue iuribus declarat ibidem nu. seq. idem Bened. Capra, vide verbum Delegatus.

Iudices plures. Si plures sint, qui debent iudicare, omnes debent loqui & pronunciare, nec sufficit vno loquente alios esse præsentes, si taceant, secundum gl. in l. cum magistratus. C. quando prouocare non est necesse, & in l. tunc autem, alias incipit, si vni, & ibi Bart. ff. de re iud. & ita cõmuniter tenetur reprobata gl. in l. sicuti. ff. de arbitr. per textum ibi in fi. Quæ tamen gl. secundum doct. vbi 3. potest procedere, & saluari in arbitris. Sufficit tamen secũdum eundem Bart. vbi suprà, si vno legente & pronunciante cæteri expressè dicant, se consentire tali pronunciationi. Balb. decis. 18.

iudicis decretum, quod ex falsa causa interpositum probatur, nullius ponderis, ac momenti est. commune ait Curt. iu. cons. 170. n. 2. & vide q̃ inferius obserno ver. Sentẽtia. E. Suar.

iudicis decretum, seu authoritas non impedit, nec remoratur auxilium l. 2. C. de rescind. vend. vt magis commune pronunciat Deci. cons. 210. n. 8. ver. 3. Sed verius atque æquius & vtilitati publicæ magis coniunctum contrarium est, quod frequenter placitum asserunt Rebuf. in 2. tom. ad leges Gall. nu. 40. Ant. Gomez. de contract. c. 2. nu. 3. & magis commune recenset Arius Pinelus. meus olim iuris doctor, ad illam l. 2. parte. c. 2. nu. 18. Idem.

Iudicis ecclesiastici processui fidem habere non adstringitur popularis, seu laicus iudex, ad quem quis ab illo dãnatus plectendus remittitur, vide suprà ver. alia. idem.

iudicem corrumpens vt pro se vel iustè, vel quo iure, quaque iniuria sententiam dicat, tum quidquid ea causa dedit, tũ litem ipsam amittit. commune inquiunt Did. à Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. Iulius Clar. in pract. §. vlt. q. 74. ver. iudex committens. E. Suarez.

Iudices ordinarij quamuis nisi fama præcedat ad inquisitionem, aggredi nequeunt: tamen qui non seruato ordine poterunt inquirere, iidem & absque fama rectè riteque inquirent. communia dicit Alc. in c. pernicioſam. n. 34. & n. 77. de off. ordina. qd & alij affirmant superius relati. ver. inquisitio. E. Suar.

Iudices pacto eorum, qui agunt, prorogati, etsi pœnitentia respui possint, tamen qui fidẽ franget, ad id obligatus manet, quod illius interest, qui in fide semel data constanter præstat: eaque de re iidem iudices cognoscent. commune ponit Pan. in c. 1. de iudic. idem.

Iudices pecuniariæ corruptionis damnati, & officium & ius ad officium amittunt, ac legis Iuliæ repetundarum tenentur, quadruplumque præterea eius, quod acceperũt, euomere coguntur, vt commune testatus rectè explicat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 73. ver. iudex committens baratariam. idem.

iudices duo ex tribus selectis, si sententiam tertio absente ferant, quamuis postea latam ab ipsis sententiam tertius ille ratam habeat nihil omnino profuturum egisse censentur, ac nulla eiuscemodi sententia prorsus est, vt commune renuncio ex Ang. in l. licet. in fi. ff. de iud. Dec. cons. 434. ad fi. atque ex aliis, quos citat Seba. in tract. de nullit. n. 179. idem.

Iudicij tractatio (instantiam interpretes fantur) quamuis perimatur, ac sentẽtia à iudicij obseruatione reum liberans subsequatur: non tamen effectus per litis contestationem inducti extinguntur. commune dicit Ant. Gomez. de testam. ca. 3. nn. 32. ver. quarto facit. E. Suarez.

Iudex recusatur ex causis plurimis max. ĩ. scriptis.

1. si est suffraganeus litigatoris. quia tunc est suspectus. c. accedens el 2. ext. vt lit. non conte. phi. in c. postremo. in 6. col. ibi 15. quando suffraganeus. ext. de app.

2. si ab eo app. sit in alia causa. quia merito est suspectus ca. Ad hæc. ext. d̃ app. d̃ q° vid phi. in d. c. postremo. ĩ 7. col. ibi. 27.

Requi. tamen hoc casu grauaĩs prob. vt per Fel. & phi. in d. c. ad hæc. & per Phi. in c. proposuit eo. ti.

Limita etiam nisi ipse reuocauerit grauamen. vt vult phi. in c. cum cessante. in 12. col. de app.

3. si habet familiaritatem cum litigatore. 3. q. 5. c. accusatores & c. insinuante. extr. de app. phi. in c. postremo. in 6. columna de appel.

Limita si exprimatur qualitas fãmiliaritatis, Alex. in 5. vol. cons. 154. in 2. col.

4. si est affinis. ca. absens. 3. quæst. 9. phi. in ca. postremo. in 3. colum. de appel.

Limita

Universidad de Deusto Biblioteca

Limita nisi esset magnæ sanctimoniæ. Ita vult Barb. in 1. vo lu. cons. 23. in 9. col. Et Ias. in repe. l. admo. in 89. col. ff. de iure-iur. vide in ver. persona. §. 5. ibi 4. adduc.

5. si litigatores fuerunt homines seu subditi iudic. l. senatus ff. de off. præsi.

6. Si cle. excommunicatus. ca. cum R. canonicus. extr. de offic. deleg.

7. Si est consang. vnius partis. ca. postremo & ibi præpo. & doct. extr. de app.

Amplia etiam si est consang. inimici ita phi. in d. ca. postremo. in 4. col.

Limita tamen, nisi sit honeste vite. Ita. Barb. in 1. vol. consi. 23. in 9. col. Addo Ias. in l. q iurisdict. in 3. col. ff. de iurisd. om. iud. & in l. 2. in 8. col. ff. si quis in ius voc. & in auth. iubemus in 3. col. C. de iud. idem vult phi. vbi s. in 4. col.

8. Si est compatriota. ita Spec. in tit. de iud. deleg. §. superest videre & sequitur præpo. in d. c. postremo. in 5. col. vers. 31.

Ad quod tamen vide Fel. in d. c. accedens el 2. in 1. col. vt lite. non conte. & phi. in d. c. postremo. in 6. col. ibi decimonono quando, &c.

9. Si habet similem causam. c. causam que. ext. de iud. arg. l. propter litem. ff. de excus. tu. & ita vult Ias. in l. apertissimi. in 3. col. ibi 8. causa. C. de iud. phi. in d. ca. postremo. in 7. colum. ibi 25.

Nam valde periculosum est, coram iudice suspecto litigare. d. l. apertissimi. bene fac. rex. in c. 2. requiris. in fi. & in c. cũ spũs. de app. & in c. quia suspecti 3. q. 5.

10. Si iudex procurauit causam sibi committi. Fel. in c. irrefragabili. in fi. ext. de off. ord. & in c. fi. ext. de testi. phi. in d. c. postremo. in 7. col. ibi 23.

11. Si est nedum inimicus meus sed etiam amicus inimici mei. Fel. in d. c. accedens. el 2. in pr. vt lite non ꝓte. Ias. in d. l. apertissimi. in 2. col. de inimico autem ꝙ possit recusari. vide j. ver. 31. causa, &c. phi. vbi s. in 8. col. ibi 34. Bal. in l. vnica. C. si quacunque præd. pote.

Adde ꝙ cõitiones inducunt inimicitiam ex qua iudex potest recusari. Pau. de ca. in 2. vol. cons. 22. in prin. fac. quod habetur j. prox. ibi Adde ꝙ animositas.

12. Si nimis Animose ꝓcedit, imo. in c. 2. in 3. col. & ibi Pan. in 2. col. extr. de in inte. rest. præpo. in d. ca. postremo. in 7. col. ver. 58. & phi. ibidem in 7. col. in prin.

Adde ꝙ animositas probatur si 1. citatio est peremptoria. c. 1. extr. de dila. faciunt dicta s. in versi. 11. si est ibi. Adde quòd comminationes.

13. si iudex est indiscretus. quia potest recusari. Fel. in ca. ad nostram in 1. col. ext. de prob. Ias. in d. l. apertissimi. in 2. col.

14. si esset pater filius vel patronus maritus gener. socer. vitricus vel priuignus. Ita phi. in d. c. postremo. in 5. col. ar. l. lex. Cor. in prin. ff. de iniur. al. Spec. in ti. 1. §. superest ver. item si sit consang. & ver. item maritus.

15. si iudex esset cõsang. prælati impetrant. vel litigant. etiã in causa ecclesiæ vt in specie. vult phi. in d. c. postremo. in 5. colum. al. multa quæ omitto.

16. si prælatus esset iudex in causa. suæ ecclesiæ. phi. vbi s. in 4. col. ibi quinto quæritur.

17. quando iudex fuit vel esset aduocatus in causa illa. ita philip. in d. c. postremo. in 1. col. & in 1. not. & aliquid in 5. colum. ibi 6. quando iudex fuit. Dec. in d. c. n. 3. limitat.

Quid si filius iudicis esset aduocatus vel procurator. vide j.

18. quando iudex. fuisset consultor. vel præstitisset consiꝫ. in causa. aut prius per actorem. vel reum respondisset quid iuris. phi. vbi s. in 5. col. vbi vide latius per eum.

19. si iudex fuit testis in illa causa. Ita phi. vbi s. in 6. col. arg. l. fi. in pr. & in fi. C. de asse. & l. fi. ff. de testi. al. Spec. in d. §. superest ver. item si fuit test.

20. Canonicus potest recusari. in causa alterius canonici. eiusdem ecclesiæ. c. cum R. de off. deleg. phi. vbi s. in 6. col.

Limitat phi. nisi esset Iudex in causa alterius concanonici. quia tunc pars affectionis causa. tollit omnẽ suspitionem. faciunt quæ dixi. in trac. de testi. §. 68. ibi 3. casus.

21. si iudex esset commensal. alicuius par. d. c. insinuante. & in c. 1. & c. accusatores 3. q. 5. phi. in d. c. postremo. in 6. col. ver si. 12. quando iudex.

Subiic. phi. idem etiam si iudex esset comes aduersarij, siue aduersarius sit de familia ipsius iud. sine libertinus. l. senatus. ff. de of. præsi. & l. 1. C. si quacun. præd. pote. all. spec. in d. §. superest ver. item comes.

amplia etiam si sit commensal. alicuius qui est inimicus ptis. phi. vbi s. in ver. 14. quando iudex.

22. Quando iudex esset vasallus impetrantis ar. 23. q. 5. c. de forma. phi. vbi s. in ver. 13. al. Spec. in d. §. superest in prin.

Et idem dicit ipse si iudex esset clericus impetrantis secun. Io. And. in d. c. leg.

23. quando iudex est dominus impetrantis. c. causam quæ inter. R. de off. deleg. phi. vbi s. in ver. 16.

24. Non solũ si iudex sit subditus aduersarij. sed etiam quãdo iudex esset subditus. & de districtu inimici alterius part. litigantis coram eo. licet tal' inimicus alt' non litiget. cum parte. vel coram illo iudice. tex. est in d. c. Accedẽs. & ibi Pan. refert & sequitur phi. vbi s. in 6. col. ibi. 17. non solum, &c.

25. quando iudex esset socius impetrant. Spec. in d. §. superest ver. quid si est Socius. vbi dicit ꝙ socius in domo. non potest esse iudex consocij & poterit recusari. durante habitatione. & ita etiam vult Pan. in d. c. accedens. refert & sequi. phi. vbi s. ver. 18.

26. quando iudex qui est ciuis. esset iudex. inter ciuem & forensem. s. non ordinarius. sed delegatus. c. sta. §. cum vero de re scrip. in 6. & ita vult Pan. in d. c. Accedens. & sequitur phi. vbi s. licet. secundũ eum. Ant. de But. in d. c. accedens. dicit ꝙ hoc esset arbitrarium inspecta qualitate ipsius iudicis.

27. Quando iudex esset nimis fauorabilis alteri parti. d. ca. accedens. & c. ad hæc ext. de reser. Io. Andr. in d. c. legitima. de appel. in 6.

Subic. phi. vbi s. in ver. 21. ꝙ iudex potest reducere parti ad memoriam. factum de quo recolit vt priuatus. vt puta pactũ de non petendo factum defuncto. vel aliter nec per hoc dicetur nimis fauorabil. ipsi parti. al. Imo. in l. 4. §. hoc autem. in fi. ff. de dam. infec.

Subiungit. quòd quando dicatur iudex nimis fauere parti relinqui arbitrio iudicis cognoscent. de ipsa suspitione. secundum But. & Pan. in d. c. Accedens.

Debet tamen (secũdum eum) in excusatione exprimi spẽs causa fauoris secundum Io. And. ibi. & in d. c. leg.

Et spẽs causa fauoris est. quando iudex nimis animose procedit per dicta s. in ver. 12. si nimis, &c.

28. Si scholaris contra non scholarem impetret doctorem suum. phi. vbi s. in 7. col. al. spec. in d. §. superest. versic. quid de magistro.

29. Quando vnus esset iudex alterius. vt quia impetrauit te contra titium. & tu impetrasti me contra seium. phi. in d. c. postremo. in 7. col. ibi 26.

Et propterea subiungit ꝙ nullus potest esse conseruator deputati sibi conseruatoris. c. fi. de off. deleg. in 6. & ita tenet Io. Andr. in d. c. leg. & spec. in d. §. superest. ver. si vnus. Arbitrio tamen iudic. relinqui. secundum eum. se remittentem ad But. in c. causam. el 2. in fi. de iud.

